PETRI TATARETI PARISIENSIS,

In gymnasio Subtilium longè clariss. uniuersæ Aristoteleæ logicæ disertissima Explanatio.

Septem tractatibus absolutum opus,

IVXTA NVMERVM LIBRORVM, ARISTOTELIS LOGICAM AEQVE INTEGRANTIVM.

In his excolendis, pristinæque integritati restituendis, quantum operę pręstiterit F. Ioannes Balainius Andrius Conuentualis Franciscanus, ex huius editionis ad reliquas priores collatione facilè elucebit.

Cum Indice locupletissimo.

VENETIIS, apud hæred[es] Melchioris Sessæ. M D LXXI.

PRAESTANTISSIMO PATRI, IOANNI PICO CAMERTINO,

Vniuersi Seraphici Conuentualis Ordinis Vicario Apostolico integerrimo.

Frater Ioannes Balainius Andrius Obseruantiam, & fœlicitatem.

SI QVA ornatiora Apophtegmata, præclariora ve facinora (Amplissime Pater) cum accuratè obseruanda, tum summa ope comparanda nobis, ingenua illa vetustas prodidit; elegantissimum profectò, & propemodum singulare videtur; quod Diogenes Cynicus in Corinthios, nobilissimos iam Achaiæ populos, aliquando inuexit. Præmebantur siquidem hi: & in dies magis ac magis acrius à Philippo Macedonum Rege & bello, & armis petebantur: dum vnà omnes pro sua suorumq; salute elaborarent: vnius Diogenis despecta est pars, & opera virilis: At verò is, quàm egregium Scomma in illos meditatus: doliolo, domicilio suo, impetuosius vrbis Plateas circuire aggressus est: Tum demum accitus, quid isthæc dolij volutatio sibi exposceret: concinnè respondit. Ne inter tot, tantosq; laborantes ciues solus ipse desidiosus videretur. Iam (Pater ornatissime) vndique Franciscana Conuentualis Religio cir-

cunfusa ruit, te Præsulem Max. pariter & Patrem Opt. multiplicibus obsequiorum generibus coho nestatura: num ne fraterculus ipse, vnus iners, deses, tenacior, aut immanior videbor? Petrum Tataretum, in Gymnasio nostro Scotistarum appri mè insignem, nuper e Tartaro, & (quod aiunt) ἐκ τοῦ σκότου prorsus reuocatum, ac ab omni, vel temporum, vel librariorum iniuria semel atque iterum vindicatum; Amplitudini tuæ dicandum transmitto. Ipsa igitur vigilias nostras qualescunque patria benignitate æqui boniq; consulat, ac foueat. rata id me ei præstitisse, quid beneuolens filius pientissimo Patri, & Patrono aut charum, aut gratum pro viribus præstitisset unquàm. Sed & Dijs, (inquit Plinius) lacte rustici, multæq; gentes supplicant, & motu tantum salsa litant, qui thura non habent. Vale Minorum Iubar, alme Ioannes, humilis Ioannis quandoq; memor.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Con-

circa

D

Distin-

Est,

Medium

N

** 2 Neces-

Paſ-

V

FINIS.

A C

PETRI TATARETI PARISIENSIS

Philoſophi pariter & Theologi perſpicaciſsimi, in uniuerſam Ariſtotelis Logicam ſubtiliſsimæ Enarrationes.

Quæſtiones Præambulæ.

QVAESTIO I.

An Logica ſit ſcientia, rationalis, una, & ab aliјs diſtincta.

B CIRCA initiũ totius logicę mouetur talis quæſtio: Vtrum logica ſit ſciẽtia, rõnalis, vna, & ab aliis diſtincta. Arguitur primò, ꝙ non ſit ſcientia: quia omnis ſcientia acquiritur per demonſtrationem: ſed logica nõ acquiritur per demonſtrationẽ: ergo ipſa non eſt ſcientia. Maior patet ex diffinitione ſcientiæ.
1. Primo poſt. tex. 8. & 6. Ethi. ca. 4. Minor probatur: quia ſi logica acquireretur per demouſtrationem, ante logicam eſſet alia logica; per quam illa demonſtratio eſſet nota, & ſic eſſet proceſſus in infinitum. Secundò ſic, Modus ſciendi non eſt ſcientia, ſed logica eſt modus ſciendi, ergo logica non eſt ſcientia. Maior patet:
Tex. cõ. 15. quia inſtrumentũ acqrendi ſciam non eſt ipſa ſcientia. Et minor probatur per Ariſ. 2. Metaphyſicæ dicentem, quòd abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiã, & modum ſciendi. Tertiò ſic, D probando, quòd non ſit rationalis, quia quælibet ſcientia eſt verum ens reale, exiſtens in anima, de prædicamento qualitatis: ergo nulla erit ſcientia rationalis, cum reale & rationale opponantur. Quartò ſic, probando, quòd non ſit vna ſcientia: quia illa ſcientia non eſt vna, in qua colliguntur plures concluſiones demonſtrabiles per diuerſa media; ſed ſic eſt de logica, ergo non eſt vna, Maior patet, quia ſcientia eſt habitus concluſionis, ergo multiplicatis concluſionibus, multiplicantur & ſcientiæ. Quintò ſic, quòd non ſit ab aliis diſtincta, quia illa ſcientia non eſt ab aliis diſtincta, quæ eſt de obiecto cõmuni cum aliis ſcientiis, ſed logica eſt huiuſmodi, igitur. Minor

E patet: quia scientia est habitus conclusionis, ergo multiplicatis conclusionibus, multiplicantur, & scientiæ. Quinto sic, ꝙ non sit ab aliis distincta, quia illa scientia non est ab aliis distincta, quæ est de aliquo obiecto communi cum aliis scientiis: sed logica est huiusmodi: igitur. Minor patet: quia logica est de syllogismo vel modo sciendi, quo vtuntur omnes aliæ scientiæ, ergo non est ab aliis distincta. In oppositum arguitur per Philosophum tradentem scientiam logicalem, vnam, et ab aliis distinctam. In quæstione ista, & in omnibus aliis erunt tres articuli: In primo declarabuntur termini quæstionis. in secundo mouebuntur dubia, in tertio ponetur conclusio responsalis ad quæsitum, & soluentur rationes ante oppositum.

Art. 1. *Logica duplex.* PRIMO sciendum ꝙ pro declaratione huius termini logica, supponitur ꝙ logica est duplex, scilicet naturalis, & artificialis. Logica naturalis non est aliud, quam naturalis inclinatio, vel quædam habilitas naturalis, naturaliter inexistens animæ vel intellectui: qua naturaliter inclinatur, vel est potens ad assentiendum magis vero q̃ falso: ex quo assensu procedimus de noticia noti ad noticiã ignoti, & de ista ponuntur aliquæ propositiones. Prima: ista logica naturalis est idem realiter cum anima, vel intellectu: & hoc capiendo ipsam, pro inclinatione ipsius animæ, vel intellectus: quia omnis inclinatio est eadem realiter cum illo, cuius est inclinatio. Et dicitur notanter capiendo pro inclinatione: quia si caperetur pro habilitate ipsius animæ vel intellectus, posset bene distingui ab anima & intellectu: cum habilitas & inhabilitas sint qualitates de secunda specie qualitatis. *S. li. 2. di. 17. & in 4. di. 49. q. 10*

G Secunda propositio: logica naturalis non est scientia: ideo per ipsam non dicimur scientes, licet per ipsam possumus dici logici.

Tertia propositio, omnes sumus inclinati naturaliter ad assentiendum vero; tamen aliqui magis, vel minus sunt dispositi: ideo aliqui promptius & facilius assentiunt vero, quam alij. Sed logica artificialis est duplex, scilicet docens, & vtens. Docens est, quæ docet diffinire, diuidere, arguere, & verum a falso discernere: & ista acquiritur per demostrationem, & per certas regulas artis logicæ. Sed logica vtens capitur duobus modis. Vnomodo pro noticia scientifica logicæ, acquisita per demostrationem, qua vtimur in singulis scientiis diuidendo, diffiniendo, arguendo, & verum a falso discernendo: & sic est vera scientia, non distincta a logica docente. Aliomodo capitur pro habitu, vel noticia acquisita, ex frequenti argumentatione, & exercitio arguendi; siue talis noticia fuerit vera, siue falsa, siue dubia, vel certa siue cum formidine, siue non, & sic logica vtens non est vera scientia, sed tantum promptitudo quædam ad tales actus exercendos, generata ex frequenti argumentatione: quia secundum. Scot. ex omni actu voluntatis, vel intellectus pōt generari habitus, vel prompti- *Sco. li. 1. d. 33.* H

A promptitudo: quia talis habitus generatur in manu. Aduerte vlterius, ꝙ logica artificialis, seu docens potest capi dupliciter. Vnomodo pro simpli habitu alicuius conclusionis logicalis, acquisito per demostrationē vel demostrationes: Et sic quilibet habitus, vel notitia alicuius conclusionis demostrabilis in logica potest dici logica artificialis, & sic potest describi: Logica artificialis est sciētia vnius conclusionis logicalis, per demostrationem vel demostrationes acquisita. Et ab ista non dicitur communiter & vsualiter homo logicus, quia ad hoc ꝙ aliquis dicatur communiter logicus, oportet ꝙ habeat omnes noticias omnium cōclusionum logicalium, vel saltē maiorē partem. Et si quis dicat: a qualibet noticia scientifica potest aliquis dici sciens; ergo per illum habitū quis erit sciens, & non nisi scientia logica: igitur talis erit logicus. Respondetur ꝙ aliquis per talem habitū vnius conclusionis potest dici logicus, sed non vt communiter vtimur logico. Aliomodo capitur logica artificialis pro collectione plurium noticiarum adhæsiuarū logicalium: & hoc tripliciter. Vnomodo largè, pro aggregato ex omnibus noticiis adhæsiuis tam principiorum logicalium, quàm conclusionum, ex eisdem principiis deductarum, siue scitarum, siue opinatarum; id est siue sciantur cum formidine, siue non. Aliomodo capitur strictè, pro aggregato ex omnibus noticiis omnium principiorum logicalium, & conclusionum sci

Instātia. B

tarum deductarum ex illis principiis. Tertio modo capitur magis strictè. s. pro aggregato ex noticiis adhæsiuis conclusionū logicalium, demostratarum per principia logicalia. Et de ista ꝓpriè datur diffinitio logicę, cum dicitur, ꝙ logica est scientia, docens diffinire, diuidere, arguere, & verum a falso discernere per rationes: & talem distinctionem debes proportionabiliter capere in qualibet scientia. C

Aduerte finaliter quòd capiendo logicam artificialem. tertiomodo adhuc est duplex, scilicet vetus & noua. Vetus, quæ determinat de partibus argumentationis, & syllogismi, tam propinquis quàm remotis: & propter hoc dicitur vetus & non propter antiquitatem: & ista continet sub se librū Prædicabiliū, Prędicamētorū, Perihermenias, librum diuisionum Boetii, librum suppositionum, ampliationum, restrictionum, appellationum, & distributionum. Alia est logica noua, quæ determinat de syllogismo, & de partibus subiectiuis eius, & ista continet sub se librum Priorum, Posteriorum, Topicorum, Elenchorum, & etiam tractatum consequentiarum, insolubilium, & obligationum. D

SECVNDO sciendum quòd pro declaratione secundi termini supponitur, quòd scientia est quædam qualitas vel habitus, existens in anima; quo habens faciliter operatur, delectabiliter, prompte, & expedite: ita, videlicet quòd scientia, seu habitus inclinat potentiam ad faciliter, delectabiliter,

E prompte, & expeditè speculandum conclusionē, de qua est talis habitus, & etiā passiones sub iecti talis habitus. Et aduerte ꝙ scientia multis modis capitur. Vnomodo pro noticia certa alicuius ꝓpositionis veræ, per quā intellectus firmiter assentit tali propositioni, sine tamen eius euidētia: & istomodo multa sciun tur per fidem. Scimus ēt istomo do ꝙ hic est pr̄, & hęc mulier est mater: de quo tamen non habemus euidētiā. Secundomō capitur scientia pro noticia alicuius complexi, habente euidentiā ex obiecto: & hoc mō dicimus nos scire, ꝙ paries est albus, eo ꝙ videmus albedinē in pariete, & istis duob⁹ modis sciētia nō ē tm̄ necessariorū, sed ēt cōtingentium.i.propositionū contingentiū. Tertiomō capit scientia pro noticia euidente alicuius necessarii.i.propōnis necessariæ, nata causari in intellectu ex noticia terminorum intellectorū: & hoc mō sciuntur principia: quia principia cognoscimus inquantū terminos cognoscimus, ex primo posteriorū, & hoc mō noticia, quā habemus de præmissis alicuius syllogismi demostratiui, pōt dici sciētia. Quartomō dr̄ scientia noticia euidens alicuius obiecti necessarii mediati.i.propositionis necessariæ mediatæ, nata causari ex euidenti noticia præmissarū, applicatarum ad ipsum scitum.i. ad ipsam cōclusionem per discursum syllogisticū, & hoc modo capitur scientia in titulo quæstionis. Et qua diffinitione eliciuntur quatuor condōnes requisitę ad sciētiā propriè dictam. Prima, ꝙ sit noticia certa & euidens: & per hoc differt ab opinione & suspitione. Secūda condō ꝙ sit de obiecto necessario.i.de conclusione necessaria: & per hoc differt ab arte & prudentia, quæ respiciunt obiectum contingens. Tertia, ꝙ talis cognitio sit causata prius a causa euidēte intellectui.i.a præmissis vel noticia præmissarum: & ꝑ hoc deberet ab arte, & prudētia, & ab intellectu, qui est habitus principiorum, vel præmissarum. Quarta, quòd in causatione eius præmissæ sint applicatæ ad conclusionem demostrabilem per discursum syllogisticū: & istę conditiones satis patent ex diffinitione scire, in qua dicitur: Scire, est rem per causam cognoscere, propter quā res est, & quoniā illius est causa, & nō est cōtingere hoc aliter se hr̄e. Et si q̄s dicat: talis quarta condō sciētię nō cōuenit sciētiæ, quā hn̄t beati & angeli: cū nō cognoscāt per discursum, cum omnia cognoscant in essentia diuina. Respondetur ꝙ beati & angeli possunt habere veram scientiam, & etiam per discursum, nam de ratione discursus non requiritur succeesio temporis: sed requirit & sufficit, ꝙ alterum extremum discursus sit naturaliter prius notum, & ꝙ sit causatiuum alterius extremi discursus.i. cognoscere conclusionem ꝑ præmissas: quæ præmissæ sunt natura prius notę, & causatiuæ scientiæ conclusionis. Dico tn̄ ꝙ deus non habet scientiam per talem discursum, quia omnia intuitiue cognoscit sine discursu.

TERTIO sciendum, ꝙ habituum acquisitorum quidā sunt intellectuales, qui sunt subiectiuè in intellectu: quidam sunt morales,

[Left margin: Sco. li. 3. dis. 24. in prin. pro-pria reso lu. — Sco. q. 14 quotli. et lib. 3. dis. 23. — Sco. q. 6. prolo. — F — sex. c. 6. — Sco. vt su pra. et 24 dist. 3. — Conditio nes vere scientia.]

[Right margin: G — Instantia — H — Sco. q. 6. prolo. & in 3. dist. 24. — Sco. li. 3. dis. 33.]

A morales, qui sunt subiectiuè in voluntate, vel in appetitu sensiti uo: cuiusmodi sunt virtutes morales. Item habituum intellectualium, quidam est, quo in differenter contingit assentire vero vel falso diuisim: vt opinio, suspitio, & etiam fides capiendo fidem largè, pro omni assensu, qui habetur ex reuelatione alicuius. Alius est, quo imposibile est assentire vero: vt habitus erroneus. & ignorantia prauæ dipositionis. Alius est, quo imposibile est assentire falso: & talis est quintuplex, quidam est intellectus, alius sapientia, alius scientia, alius prudentia, & alius ars: nam omnis habitus intellectualis, quo imposibile est sic assentire falso, aut est circa verum necessarium, aut circa verum contingens. Si circa verum necessarium, hoc est tripliciter: quia vel est circa conclusiones, & sic est scientia: ipsa enim est habitus cōclusionis, B per demonstrationem acquisitus. Aut est circa principia, & præmissas, & sic est intellectus, non quidē intellectus pro potentia, sed pro quodam habitu seu noticia, quæ habetur de principiis vel præmisis syllogismi demonstratiui: & talis habitus noīatur noīe potētiæ: quia acquiritur in intellectu sine priori habitu, sed mediante sola notitia terminorum: quibus apprehensis intellectus statim assentit talibus principiis, vt apprehensis istis terminis totum, & pars: intellectus immediatè assentit ꝙ omne totum est maius sua parte: Aut est circa principia & conclusiones simul, & sic est sapientia, ipsa est enim intellectus & scientia honorabilisimo C rum in natura. Circa quod est aduertendum ꝙ sapientia est vnus habitus numero, sicut alii habitus intellectuales. Et dicitur intellectus & scientia non formaliter nec idēptice, sed solum æquiualenter & obiectiuè: quia habetur de illo, de quo habetur scientia, & de illo, de quo habetur intellectus. s. de præmisis: & generatur in nobis ex frequentatione actuum, quorum quilibet est circa præmissas & conclusionem, quę simul omnia possunt intelligi. Si sit circa verum contigens, hoc est dupliciter, aut est circa agibilia, vel circa factibilia: si circa agibilia, sic est prudentia. Vnde prudentia, est habitus intellectualis, docens rectè operari circa agibilia: & circa illa, quę non manent cessante operatione agentis: cuius- D modi sunt intellectiones, visiones, volitiones. Sed ars est recta ratio rerum a nobis factibiliū, i. habitus intellectualis, docens rectè operari circa factibilia, i. circa materias existentes extra intellectum & voluntatem. i. circa illa, quæ manent cessante operatione agentis: vt domus, & nauis. Et quot modis dicatur ars & quot sunt artes liberales, & mechanicæ: visum est in principia summularum notabili. 2. circa diffinitionem dialectices.

QVARTO sciendum ꝙ pro declarationem istius termini, rationalis, supponitur quòd aliqua scientia potest dici rōnalis quadrupliciter. Vnomodo, quia est in ratione. i. in intellectu: Aliomodo, quia ipsa est inuenta per actum rationis, i. intellectus, inquirentis ignotum ex

Habitus acquisiti duplices.

Sco. q. 4. quodli.

6. Ethic. cap. 4.

Sapientia quid sit.

Prudentia qd sit

Scientia quadrupliciter dicitur rationalis.

E ex noticia noti. Tertiomodo dr̃ rationalis: quia est directiua rationis. id est intellectus in actib. suis: & istis tribus modis omnis scientia potest dici rationalis. Quartomodo scientia dicitur rationalis obiectiuè, & extrinsecè: quia est de subiecto, quod est ens rationis, id est de secundis intentionibus: sic videlicet. ꝙ omnis scientia, cuius subiectum est ens rationis, seu secunda intentio, dicitur sciẽtia rationalis, non intrinsecè & formaliter: sic ꝙ sit ens rationis, sed solum obiectiue: quia est de subiecto entis rationis; & sic logica dicitur esse scientia rõnalis: quia subiectum in logica est aliqua secunda intentio; puta modus sciendi, vel syllogismus. Sed illa scia dr̃ realis, cuius subiectũ est ens reale; sicut physica, quæ est de reb.

F realib. vel de terìs significantib. res reales. Ex quo sequitur, ꝙ cũ scia diuidit in realem & rõnalẽ; est diuisio per differentias extrinsecas; qa talis sumitur a parte subiectorum illarum sciarum.

Scientia multipliciter dicitur cõmunis. Secundo supponitur, ꝙ aliqua scientia põt dici cõis multis modis. Vnomodo per prædicationem, sic ꝙ ipsa de omnibus aut de multis aliis scientiis prædicetur: & istomodo nulla scientia dicitur esse cõis. Aliomodo per prædicationem sui subiecti: sic scilicet ꝙ subiectum eius prædicetẽ d̃ oib. aut de plurib. subiectis aliarum sciarum: & sic metaphysica dr̃ esse cõis: qa subiectũ ei⁹, quod est ens inquantũ ens, ꝑdicatẽ de subiectis aliarũ sciarum. Aliomõ dicĩ eẽ cõis ꝑ applicationẽ: & sic logica dr̃ esse cõis: quia docet formare argumentationes ex principiis cuiuscunq; scientiæ.

G Quartomodo aliqua scientia dicitur esse communis per considerationem, eo ꝙ considerat ea, quæ in alijs scientiis considerantur: siue considerentur per se, siue per accidens, seu secundariò: Et isto modo logica dicitur etiam communis: quia considerat de illis, quæ considerantur in aliis scientiis, supple secundariò; pro quanto eis attribuuntur secundæ intentiones logicales.

Dubitatio. Sed diceret aliquis vtrum logica dicatur sermocinalis scĩa. Rñdetur ꝙ aliqua scĩa dicitur sermocionalis dupliciter. Vnomodò, quia vtiẽ sermone: & sic logica non dr̃ sermocinalis: qa quælibet scĩa illo modo diceretur sermocinalis. Aliomodo; quia ipsa docet discernere, quis sermo est verus, & quis falsus: & quæ propõ est vera: & quæ falsa: & isto modo logica

H bene dicitur sermocinalis. Et hæc de primo articulo.

Art. I. *Logica an sit modus sciendi.* DVBITATVR primo. Vtrum logica sit modus sciendi? Ad quod dubiũ respondetur, supponendo, ꝙ duplex est modus sciendi. s. obiectiuus, & directiuus. Obiectiuus est, qui natus est obiectiue terminare actũ intellectus, seu qui cognoscitur per actum intellectus. Sed modus sciendi directiuus est habitus natus dirigere intellectum circa modum sciendi obiectiuum. Verbi gratia: argumentatio est modus sciendi obiectiuus: sed habitus de tali obiecto seu de argumentatione vocatur modus sciendi directiuus. Et aduerte quòd duplex est modus sciendi obiectiuus: quidam est, qui est medium seu ratio cogniti-

A ua cognoſcendi aliud. Et eſt triplex, ſm ꝙ triplex eſt ignotũ, ſcilicet. Diffinitio, Diuiſio, & Argumētatio; & ſecundum iſtos modos ſciēdi cognoſcitur & notificatur in nobis omne ignotum: nam omne ignotum vel eſt complexum, uel incomplexum. Si cōplexum, notificatur nobis per argumentationē: & hoc maximè ſi tale complexum ſit mediatũ, ſeu propoſitio mediata. Si incōplexum hoc eſt dupliciter: quia vel eſt ignotum quantum ad eius entitatem & quidditatē: & ſic notificatur nobis per diffinitionem. Vel eſt ignotum quãtum ad ſui confuſionem ſeu multiplicitatē: & ſic notificatur nobis per diuiſionem. Alius eſt modus ſciendi obiectiuus, qui non eſt medium ſeu inſtrumentum notificandi aliud: cuiuſmodi eſt B concluſio: de qua habeť aliquis habitus vel ſcĩa. & ēt ſubiectum cuiuslibet ſcĩę. Modus ēt ſciendi directiuus eſt duplex; quidã eſt ſcientificus, acquiſitus per demonſtrationem: & talis eſt vera ſcĩa. Alius eſt acqſitus ꝑ vſum & exercitium. cuiuſmodi eſt logica vtens; q̃ ſolum acqſita eſt ex frequenti argumentatione: & talis modus ſciendi directiuus non eſt ſcĩa: & de iſto loquitur Ari. cum dicit: ꝙ modus ſciēdi, ſupple directiuus, acquiſitus ꝑ vſum & frequentationē alicuius, & non ꝑ veram demonſtrationem, non eſt ſcĩa: & hoc eſt, quod dicunt aliqui, ꝙ modus ſciendi, qui eſt logica vtens nõ eſt ſcientia, ſed benè modus ſciēdi, qui eſt logica docens. Poteſt etiam dici, ꝙ nullus modus ſciēdi ſupple obiectiuus: cuiuſmodi eſt diffinitio, diuiſio, & argumētatio eſt ſcientia: ſed bene modus ſciendi directiuus, acquiſitus per demonſtrationem, eſt uera ſcientia. C

1. Metaph. tex. com. 15.

DVBITATVR ſecundo, vtrum logica ſit acquiſita per logicam. Et videtur ꝙ ſic: quia omnis ſcientia acquiritur per logicam: ſed logica eſt ſcientia: ergo logica acquiritur ꝑ logicam. In oppoſitum arguitur: quia ſi logica acqreretur per logicam, ante logicam eſſet logica: ꝙ eſt falſum: quia tunc eſſet proceſſus in infinitum. Pro ſolutione dubij ſupponitur, ꝙ ex hoc quòd hõ eſt rationalis & intellectualis: ideo naturaliter eſt apprehēſiuus ſimplicium, & illorum cõpoſitiuus, & diuiſiuus: & per huiuſmodi compoſitionem, vel diuiſionem adiuuatur ad inquiſitionē huiuſmodi diuiſionis, uel compõnis: ſic ꝙ ex aliquo noto venit in noticiam ignoti: Sunt enim aliqua adeo vera, ꝙ ipſis oſtenſis intellectui, intellectus non põt eis diſſentire: ſunt enim aliqui diſcurſus ita manifeſti, ꝙ ſi intellectus aſſentiat principijs non poteſt diſſentire concluſionibus. Ex quo patet quòd intellectus ex principiis naturaliter notis poteſt peruenire ad concluſiones dubias, inquirendo earum veritatem. Et aduerte ꝙ logica poteſt dupliciter haberi. ſ. vſualiter, & artificialiter. Vnde ſyllogizans, & neſciens ſe ſyllogizare, habet logicam vſualem, & non artificialem: ſed ſyllogizans, & ſciens ſe ſyllogizare, habet logicam artificialem. Ex iſtis ponuntur aliqua dicta. Primum: quælibet ſcientia acquiritur per logicam, ſiue natura- D

Logica an habeatur per logicam.

Sco. li. 2. di. 3. q. 4.

E lem, usualem, vel artificialem: quia quælibet acquiritur per demonstrationem, quæ demonstratio non põt haberi sine logica. Scd̄m dictũ: logica artificialis, q̃ docet diffinire, diuidere, & arguere, non acquirit̃ per logicam artificialem: quia esset processus in infinitum: sed bene acquirit̃ per logicam naturalem, vel ꝑ logicam usualem: nam per logicã naturalem formamus naturaliter quandam demonstrationẽ, imperfectè tñ cognitam, ex qua frequẽter iterata, generat̃ in nobis habitus imperfectus, seu logica usualis, per quam formamus demonstrationes artificiales: ex quibus gñatur in nobis logica artificialis, seu logica docens. Et per hoc patet solutio ad dubiũ: ꝙ logica artificialis non acquiritur ꝑ aliam logicam artificialẽ, sed per aliam logicam naturalẽ vel usualem, mediãte intellectu,
F quo naturaliter inclinamur ad deueniendum de noticia noti ad noticiam ignoti.

Logica an sit sciẽtia una, uel plures.

DUBITATUR tertio: Virum logica sit scientia vna, vel plures. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ propositiones. Prima; quælibet scientia potest dici vna dupliciter. s. vnitate intrinseca, & vnitate extrinseca, quæ est ab obiecto, vel conclusione, vel ꝑdicato. Scd̄a propõ: scientia põt capi dupliciter. Vno modo pro hitu vnius conclusionis demonstrabilis in illa scientia. Aliomodo pro aggregatione habituum conclusionũ demonstrabiliũ in illa scĩa. Tertia propõ: triplex põt esse scĩa siue habitus. s. formalis, virtualis, & potẽtialis. Formalis est habitus proprius conclusionis demonstratæ siue propter qd & à priori, siue quia est a posteriori, inclinãs
G ad speculationem illius conclusionis: & talis est vnus de quinque habitibus intellectualibus. Sed scẽtia seu habitus virtualis est simplex intellectio & quidditatiua primi & principalis subiecti, continentis in se virtualiter omnes veritates scibiles de illo subiecto, inclinans formaliter ad speculationem illius subiecti incomplexi, inclinando etiam virtualiter ad speculationẽ omnium, complexorum virtualiter inclusorũ ĩ tali subiecto, primo. Sed scientia seu habitus potentialis est simplex noticia alicuius subiecti, inclinans intellectũ ad speculationem talis subiecti, inclinando ad speculationem, oĩum complexorum, virtualiter cõtentorum in tali subiecto primo. Consequentur ponuntur aliqua dicta. Primũ: quęlibet scientia dicitur vna vnitate intrinseca à sua propria differentia: sicut homo dicitur vnus vnitate specifica a sua propria differentia: & de illa unitate intrinseca non solet quæri q̃stio ſm dictũ: scientia dicitur vna vnitate extrinseca a subiecto primo, uel prędicato, vel utroque; sic videlicet ꝙ si subiectum primum illius scientiæ sit genus ipsius sciẽtię, ipsa dicitur vna gñe remoto: sed si sit species specialissima, dicitur vna vnitate gñis propinqui, vel vna ſm speciem. Tertiũ dictum: omnium conclusionum demonstrabilium logicalium, termino uel terminis differentium, non est vnus habitus formalis: sed sunt tot habitus formales, quot conclusiones demõstrabiles, termino vel terminis differentes.
H

Sc. li. 2. di. 3. q. 6. et q. 15. quotlib.

Sc. li. 1. di. 11. q. 2. & in multis alijs locis.

Sco. q. 4. prolog.

A differentes. Ex quo sequitur, ꝙ logica illo modo non est vnus habitus respectu oīum conclusionum demonstratarum in logica. Quartum dictum: quælibet scīa hñs speciem specialissimam pro obiecto adæquato, pōt dici unus habitus, saltem uirtualis seu unitate uirtualis continentiæ; saltem si talis scīa sit realis. i. de subiecto reali. Pro cuius declaratione est aduertendum ꝙ aliqua scīa uel habitus dicič uirtualis dupliciter. Vnomō: quia est de obiecto, uirtualiter continente aliqua complexa, & sic logica non dr̄ unus habitus uirtualis: quia subiectum in logica nihil uirtualiter continet, cum secundæ intentiones nihil contineant uirtualiter. Aliomodo aliqua scīa dr̄ habitus uirtualis: q̄a

Sc. lib. 1. di. 3. q. 6.

Sc. li. 3. di. 8.

B talis noticia inclinat ad speculationem aliquorum complexorum, siue talia complexa contineantur uirtualiter in subiecto primo illius scīæ, siue non: & sic noticia simplex, quæ habetur de subiecto logicæ, posset dici una uirtualiter, uel saltem potentialiter. Ex quo sequitur ꝙ cum quæritur de unitate alicuius scīæ, debet illa scīa distingui: quia uel quæritur de scīa formali, uirtuali, uel potentiali: & tunc oportet rñdere proportionaliter ꝑm dicta, applicando conformiter in oībus scientiis. Et siquis quærat utrum habitus diuersarum conclusionum, termino uel terminis differentium, in logica possint dici unus habitus? Respondetur ꝙ habitus diuersarum cōclusionum pñt capi dupliciter. Vnomodo ꝑm suas proprias rationes & in particulari: & sic nō dicūtur unus habitus, sed diuersi habitus. Aliomodo ut habent respectum ad unum incomplexum, quod uirtualiter continet illos habitus; & sic possunt dici unus habitus unitate saltem uirtuali, uel unitate ordinis, uel attributionis: quæ tñ uirtualis continentia non propriè inuenitur in scientiis rōnalib. respectu subiecti: cum in ipsis nullum sit subiectum cōe, quod contineat uirtualiter aliquem habitum: Pñt tñ dici unus habitus, ut hñt respectum ad noticiam incomplexam illius subiecti: quæ uirtualiter continet illos habitus, licet non subiectum: poterit etiā dici unus habitus unitate ordinis uel attributionis. Ex quo patet ꝙ multorum habituum, specie differentium, pōt esse unum obiectum commune: & sic in scientiis assignatur unum obiectum

Arguendo contra hæreticū. & li. 4. di. 1. q. 2.

Quæsitū.

C

D commune, a quo non est unus habitus specie, sed tm̄ genere. Et hæc de secundo art. Quantū ad tertium articulum sit.

Sco. q. 4. prolog.

CONCLVSIO responsalis: Logica est scientia, una, rōnalis, & ab aliis distincta: quæ conclusio patet ex primo & secundo art. Ad rōnes. Ad primam dicitur: ꝙ benè probat, ꝙ logica artificialis nō acquiritur per logicam artificialem: sed non probat, quin non acquiratur per logicam naturalem uel usualem: ut patuit in 2. art. Ad secundam dicitur; quod bene probat, quòd nullus modus sciendi obiectiuus est scientia, sed nō probat, quin modus sciendi directiuus sit sciē: tia: ut patuit in 1. art. Ad tertiam patet solutio in primo art. ubi dictum est, ꝙ scientia non dicitur rōnalis, eo quod sit ens rōnis: sed quia est de obiecto, qđ ē ens rationis.

Art. 3.

E rationis. Ad quartam dr̄; quod logica dicitur vna vnitate intrinseca: capiendo logicam pro uno habitu alicuius conclusionis: & qualiter dicatur vna vnitate extrinseca, visum est in 2. arti. Ad quintam dicitur quod logica est scientia communis: nō quidem communitate prædicationis, sed communitate vsus vel applicationis: vt visum est in primo art.

QVAESTIO II.

An Logica sit scientia, practica uel speculatiua.

Quæritur secundo vtrum logica sit scientia practica vel speculatiua. Et arguit̄ primò ꝙ sit practica: oīs illa scīa est practica, F quæ non est solum cognitiua sui subiecti, sed ēt productiua: sed logica est hmōi, igitur est scientia practica. Maior patet ꝑ *Tex. cō. 1* phylosophū. 6. metaph. ponentē differentiam inter scientiā speculatiuam & practicam: penes hoc ꝙ speculatiua considerat suum subiectum: practica autem facit ipsum. Et minor probatur: quia subiectum logicę est modus sciēdi, vel syllogismus, q̄ mediāte habitu logicę producitur: nam logica docet, de quibus, & qualiter est componēdus syllogismus. Arguit̄. Scđo sic, Oīs habitus directiuus praxis est practicus: sed logica est huiusmodi: igitur. Maior est manifesta: & minor probatur: quia logica est directiua actuum rationis, qui sunt praxes: quia praxis in græco idem est ꝙ opatio ī latino. Tertiò sic: oīs scientia, quæ non est gratia sui, est gratia operis, cuius est directiua; sed logica ē huiusmodi, igitur. G Maior est manifesta: & minor probatur: quia logica est gratia aliarum scientiarum: cū applicetur ad acquirēdum alias scientias. Quarto sic: omnis illa scientia est practica, quæ est de operabilibus a nobis: sed logica est hmōi: igitur. Maior est nota: & minor probatur, quia logica est, de secundis intentionib. quæ fiunt a nobis per actum comparatiuum intellectus. Quinto sic: omnis habitus, cui competunt isti respectus habituales. s. respectus prioritatis & respectus conformatiuitatis siue directionis, est practicus: sed logica est huiusmodi: igitur. Maior patet: quia in hoc consistit rō habitus practici; vt posteà dicetur. Minor probatur primo de prioritate: H quia logica est prior in acquisitione oīum scientiarum. Secundo probatur de conformatiuitate: q̄a oēs aliæ scīæ vtuntur logica, & regulantur per eam: igit̄. In oppositum arguit̄: illa scīa est speculatiua cuius totalis & vltimus finis est scire; sed logica est hmōi: igitur. In qōne erūt tres art. sicut in præcedenti.

Art. 1. *Potentia triplices ī homine.* *Sco. q. 7. prolog.*

PRIMO sciendum, ꝙ in homine triplices sunt potentiæ: quædam enim sunt potentiæ vegetatiuæ, quæ sunt tres. s. nutritiua, augmentatiua, & generatiua: & illæ sunt merè naturales: nec actus ipsarum sunt in potestate nostra: neque tales actus vnquàm possunt dici praxes: vt generare, nutrire, & augmentare. Aliæ sunt potentiæ sensitiuæ: vt sunt visus, auditus, &c. & de operationibus talium potentiarum ponitur talis distinctio;

A ctio: ꝙ tales operationes potentiæ sensitiuę pñt capi dupliciter. Vnomodo ſm se, & sic non sunt praxes: quia præcedunt actum voluntatis & intellectus. Aliomodo capiuntur vt moderantẽ à ratione, & pręcipiuntur à volũtate; & sic sunt benè praxes: ut audire, videre; inquantum regulantẽ à ratione. i. intellectu; & pcipiuntẽ à voluntate, sunt bene praxes. Adhuc sunt aliæ duę potẽtiæ. s. intellectus & volũtas: de actu intellectus dr̃, quod nullus actus intellectus est praxis: vt postea patebit. de actu volũtatis poniẽ talis distinctio: Actus voluntatis est duplex. s actus elicitus, & imperatus. Actus elicitus est actus productus ab ipsa voluntate sine imperio ipsius volũtatis: vt velle dare eleemosynã. Sed actus imperatus est actus

B productus ab aliqua potẽtia mediãte imperio ipsius voluntatis; dum talis actus possit esse in potestate voluntatis: vt audire lectionẽ, imperatum à voluntate; studere in theologia, imperatũ à voluntate. Ex quo sequitur ꝙ actus imperatus ipsius voluntatis aliqñ producitur ab ipsa voluntate, vt velle honorare deũ imperatũ ab ipsamet voluntate: aliqñ non est actus voluntatis, sed potentiarũ sensitiuarũ vel ipsius intellectus: vt patuit in exẽplis, & actus, quo volũtas imperat alijs potentijs, vel sibi; dr̃ actus imperatiuus, & nõ imperatus; nisi forte imperaret ab ipsa voluntate. Aduerte tñ vlterius, ꝙ praxis põt capi quadrupliciter. Vnomodo pro operatione cuiuscũq; potẽtiæ; siue talis potentia sit cognitiua, siue appetitiua, siue naturalis, siue libera; & sic omnis actus cuiuscũq; potentiæ fuerit potest dici praxis. Aliomodo capiẽ ꝑ operatione solius potentiæ cognitiuę, aut sequentis cognitionẽ: cuiusmodi est operatio potentiæ apetitiuę: & isto modo actus intellectus põt dici praxis. Tertiomodo capitur ꝑ operatione existente in potestate nostra, siue sit bona, siue mala: & isto modo furari, & adulterari sunt praxes. Quarto modo capitur proprijssimè pro sola operatione alterius potẽtiæ q̃ intellectus, posterior ipsa intellectione, nata conformiter elici rõni rectæ: & isto modo solũ est hic ad propositum.

Praxis quadrupliciter sumitur.

C *Vide Sc. q. vlt pro log.*

SECVNDO sciendum, ꝙ praxis proprijssimè capta, sic diffiniẽ a Scot. in prolog. 1. sen. Praxis est operatio alterius potentiæ ab intellectu, naturaliter posterior intellectione, nata cõformiter elici rationi rectæ, ad hoc ꝙ sit recta: ex qua diffinitione eliciuntur tres conditiones requisitæ ad ipsam praxim. Prima: quod talis operatio sit alterius potentię, quàm intellectus. Ex quo sequitur quod nullus actus intellectus est praxis: & hęc cõditio si probatur: quia sola illa operatio dicitur praxis, ad quam intellectus se extẽdendo fit practicus: sed intellectus ad nullam sui operationem potest extendi, igitur nulla operatio intellectus est praxis. Maior patet per philosophũ. 3. de anima dicentem, ꝙ intellectus sola extensione fit practicus. Et minor probatur: quia extendere est extra se tendere. Sed contra istam conditionem arguitur primò sic: omnis operatio: q̃ est in potestate nostra, est praxis

Praxis qd. q. vlt. q. vlt.

D

Text. cõ. 49.

E praxis; sed aliqua operatio intellectus est huiusmodi; igitur. Secunda sic: aliqua operatio intellectus est dirigibilis ab alio actu ipsius intellectus; ergo talis, quæ sic est dirigibilis, est praxis; quia ad talem intellectus se extendit. Tertia sic; Operatio sequens consilium & electionẽ, est praxis: sed aliqua operatio intellectus est huiusmodi: igr. Minor patet: quia aliquis consiliatur, an debeat studere, vel non: & eligere media ad studendum: & propter has rationes inferunt aliqui, quòd aliqua operatio intellectus potest dici praxis. Sed istis non obstantib⁹ respõdetur ad istas obiectiones simul, negando maiores: nam illa, quæ sumuntur in maioribus, non sufficiunt ad rationem praxis: sed cum hoc requiritur, ꝙ

F talis opatio sit alterius potẽtiæ quàm intellectus. Secunda conditio est, ꝙ talis operatio, quæ dicitur praxis, sit naturaliter posterior intellectione: quæ conditio dupliciter probatur. Primò sic, intellectus non potest regulare operationem, priorem naturaliter intellectione: sed intellectus dicitur practicus ab operatione, quam regulat mediante actu vel habitu practico; ergo illa operatio, quæ dicitur praxis, debet esse posterior naturaliter intellectione. Secundò sic; actus potentiarum animæ vegetatiuæ nullo modo sunt praxes, quia non subsunt directioni intellectus; quia non sunt naturaliter posteriores intellectione: sed magis præcedunt intellectio nem. Ex istis duabus conditionibus infertur, ꝙ omnis praxis propriè dicta, est actus voluntatis elicitus vel imperatus: qa G nullus actus ab actu elicito vel imperato voluntatis, est essentialiter posterior intellectione: qa quicunque alius detur, potest præcedere actum ipsius intellectus. Tertia conditio, ꝙ illa operatio sit conformis rationi rectę. i. ꝙ illa operatio sit bona, & non mala. Ista conditio probatur auctoritate philoso. 6. ethicorum dicentis. ꝙ electio recta necessario reqrit rationem rectam: vbi per electionem intelligit volitionem, quæ est praxis. Ex ista conditione sequitur ꝙ nulla mala operatio dicitur praxis cuiusmodi est velle furari, vel adulterari. Et siquis dicat aliqua est praxis, quæ non est dirigibilis ab aliqua ratione: igitur non omnis praxis est conformis rectę rationi. Antecedẽs probatur, quia illa praxis, qua vult deus se amare infinite, est praxis: & tamen non est dirigibilis ab aliqua notitia, cum voluntas dei non sit regulabilis. Respondetur quòd notitia, qua deus cognoscit se infinitè à se amandum, quantum est de se, est directiua & regulatiua ipsius praxis; sed non dirigit, qa potentia prætic ans. s. voluntas dei non est dirigibilis; & hoc sufficit ad hoc, ꝙ noticia sit practica, & operatio sit praxis *Instãtia.* H

Tertio sciendum, quòd est vna parua difficultas: nam dictum est, ꝙ tam actus elicitus ipsius voluntatis, quàm imperatus potest esse praxis: dubitaret aliquis; quis illorum actuum dicitur primò praxis. Respondetur quòd elicitus est primò praxis: ꝙ sic probatur: illa operatio est primò praxis, quæ sequitur *Quis primo dicitur praxis actus elicitu⁹ an impatus.*

A tur immediatiùs actum intellectus per modum directi vel regulati: sed actus elicitus voluntatis est huiusmodi: quia sine eo non potest haberi actus imperatus. Item actus elicitus ipsius voluntatis potest esse verè praxis, circunscripto omni actu imperato ipsius volūtatis. quod probatur: quia quandocunque aliquid est primò tale coniunctum cum aliquo posteriori, si separaretur ab illo, adhuc remanet tale: sed actus elicitus uoluntatis est primò praxis: ergo si coniungatur ipso actui imperato, separatus ab illo, adhuc remanet talis. Ex quo inferuntur duo correlaria. Primum quòd actus imperatus a voluntate nō est primo praxis: sed quasi per accidens & secūdario: quia nec primo est posterior intellectione; nec primo conformis ratio B ni rectę: Secūdum correlarium, ꝙ actus elicitus ipsius voluntatis, & actus imperatus ipsius voluntatis dicuntur vniuocè praxes; quia ratio praxis ipsis uniuocè conuenit: licet forte conueniat primo actui elicito ipsi⁹ voluntatis. Sed consequenter videndum est, quid sit speculatio, postquam visum est quid est praxis. Pro cuius declaratione supponitur, ꝙ speculatio est operatio intellectus ad nihil aliud extra genus contemplationis .i. intellectionis vel actus intellectus finaliter ordinata. Ex qua diffinitione eliciuntur duæ conditiones ipsius speculationis. Prima ꝙ sit operatio intellectus. Ex quo sequitur ꝙ nulla operatio alterius potentię q̃ intellectus, est speculatio: ideo nullum uidere, nullum audire, nullum velle est speculatio: Secunda conditio, ꝙ talis operatio C non sit directiua seu regulatiua alicuius operationis alterius potentiæ quàm intellectus, immo ꝙ sit gratia sui: sic videlicet ꝙ nō sit ordinata ad aliquid aliud, quod sit praxis. Ex quo sequit̄, ꝙ non omnis operatio intellectus est speculatio, licet omnis speculatio sit actus intellectus.

Scot. vbi supra.

Speculatio quid.

QVARTO sciendum, ꝙ secundum Sco. habitus siue sciētia dicitur practica ab extensione eius ad praxim: sicut regulæ ad regulatum, & consistit talis extensio in duplici ratione aptitudinali .s. prioritatis & conformatiuitatis siue directiuitatis, q quidē respectus prædicatur de ipso habitu v el scientia in secundo modo dicendi per se sicut ꝓpria passio de subiecto, & prouenit prioritas talis ex ordine D potentiarum sic ordinatarum in agendo .s. intellectus, & volūtatis. Sed conformatiuitas siue directiuitas prouenit ex parte obiecti: quod quidem obiectū est rectitudo praxis, vel virtualiter includens ipsam rectitudinē praxis: & ideo praxis est conformabilis illi cognitioni: quia talis cognitio est talis cogniti, sic videlicet, ꝙ ad hoc ꝙ aliquis habitus seu notitia dicatur practica, requiritur ꝙ nata sit pręcedere naturaliter praxim, & ꝙ nata sit regulare seu dirigere praxim. Et potest cognosci habitus seu notitia practica: quia oportet ipsam esse de aliqua cōclusione vel principio exprimēte aliquam praxim .i. aliquam operationem alterius potentiæ quàm intellectus; vt notitia, qua quis intelligit, deum esse diligendum

Scientia vnde dicitur practica. Scot. vbi supra.

E dum super omnia, dicitur practica: quia talis est de conclusione vel propositione exprimente praxim. Ex istis sequitur. ꝙ ad hoc quòd aliquis actus vel habitus sit practicus, non requiritur, ꝙ actualiter sit prior praxi: nec quòd actualiter regulet praxim: quia tunc sequeretur ꝙ habens artem domificandi, & carens manibus non haberet habitum practicum: quia talis habitus in eo, qui caret manibus, actualiter non præcederet praxim: cum ille nullam talem praxim posset habere. Sequitur secundo, quòd aliquis habitus posset esse successiue practicus, & speculatiuus: sed ista sunt inconuenientia: igitur. Et aduerte, quòd ad hoc quòd de aliqua cõclusione seu propositione sit habitus vel noticia practica; re-

F quiritur ꝙ deducatur ex principijs practicis: nam conclusio practica non deducitur ex principijs speculabilibus. Et siquis dicat: contra: quia ista cõclusio Deus est summe diligendus, est practica, & tamen deducitur ex principijs vel principio speculabili, sic arguendo: omne summũ bonum est diligẽdum: deus est summe bonus: ergo deus est summè diligendus: ecce quomodo minor non est practica, cũ nõ exprimat aliquam praxim. Respondetur, quòd principia dicuntur practica dupliciter. Vnomodo formaliter: quia dictant formaliter de praxi eligenda vel fugienda, sicut est istud. omnem summum bonum est diligendum: omnis turbator boni cõmunis est puniendus: & sic bene conceditur, quòd illa minor non est formaliter practica; quia non dictat formaliter de praxi eligenda vel fugienda: sed solum virtualiter cõtinet praxim: & sic talis minor dicitur esse practica. Ex quo sequitur, quòd aliqua noticia potest dici practica dupliciter: Vno modo formaliter: quia formaliter dictat de praxi eligenda vel fugienda: sicut est noticia cõclusionis practicæ vel principiorũ practicorum. Alio modo dicitur noticia practica virtualiter: & est noticia alicuius incomplexi, virtualiter continentis noticiam principiorum & conclusionis practicæ: cuiusmodi est noticia incomplexa & quidditatiua ipsius dei. Et similiter potest dici quòd duplex est rectitudo scilicet formalis, quæ non est nisi noticia conclusionis & principiorum syllogismi practici: alia est virtualis, quæ non est nisi noticia incomplexa alicuius incomplexi virtualiter continẽtis noticiam principiorũ & cõclusionis syllogismi practici. Et aduerte, quòd quando conclusio vel principiũ est propositio contingens: tunc noticia vel habitus habet rectitudinem ab aliqua voluntate: sed quando est propõ necessaria, tunc habet rectitudinẽ ab aliquo obiecto: cuiusmodi est ista, deus est summè diligendus, quæ habet suam rectitudinem ab obiecto .s. à deo. Aduerte finaliter, ꝙ aliquid dicitur practicum à praxi duobus modis. Vnomodo per denominationem intrinsecam: & sic voluntas, vel aliqua alia potentia producẽs praxim, dr̃ practica. Aliomodo per denominationem extrinsecam: & sic intellectus,

Instãtia.

Prĩcipia quo dicũtur practica. Scot. ubi supra.

Rectitudo duplex. H

tellectus,

A tellectus, notitia, & habitus dr̄ practici. Intellectus dr̄ practicus, qui intelligit actu, vel habitu practico: actus dr̄ practicus, qui habet praxim pro directo: ita ꝙ habitus practicus est circa praxim tanq̄ circa directum & regulatū: & non tanq̄ circa obiectū, & sic patet ꝙ habitus dr̄ practicus, qui inclinat ad actum intelligendi praxim.

Scot. vbi supra.

Art. 2.

Vtrū practicū, & speculatiuū essentialiter diuidant scientiā.

DVBITATVR primo, vtrum practicum & speculatiuū sint differentiæ essentiales notitiæ, seu scientiæ in communi. Respondetur ponendo aliquas propositiones. Prima: practicum non dicit formaliter, nisi duplicem respectum aptitudinalem ad praxim, scilicet conformatiuitatis, & prioritatis naturalis: vt iam visum est. Ex qua propo-

B sitione sequitur, ꝙ practicum non est formaliter differentia essentialis scientię, cum non sit nisi duplex aptitudo seu respectus aptitudinalis, qui nunquam est de essentia alicuius absoluti. Ex quo sequitur, quòd ille respectus non potest esse de essentia alicuius notitiæ, cum notitia sit quid absolutum de prima specie qualitatis: saltem accipiēdo pro fundamento suo, licet cōnotet relationem. Tertiò sequitur, ꝙ practicum non dicit aliquid per se vnum, cum dicat duplicem respectum aptitudinalē ad praxim, scilicet conformatiuitatis, & prioritatis. Ex quo sequitur quarto, quòd practicū, seu ille duplex respectus formaliter & intrinsecè non conuenit notitiæ, nisi propter aliquod absolutum: puta quia talis notitia est talis entitas: nam talis duplex respectus præsupponit aliquam cōditionem intrinsecam

Sco. q. 13. quotl.

C in noticia, per quam talis duplex respectus tali noticiæ conuenit: & talis conditio, propter quam conuenit talis duplex respectus alicui notitiæ, non est propriè nisi differentia essentialis scientiæ vel notitię; quæ etiam potest circumloqui per talem duplicem respectum: quia quando differentiæ sunt nobis ignotæ, tunc circumloquimur, id est nominamus eas p proprias passiones. Secunda propositio: speculatiuum formaliter non dicit, nisi negationem illorum duorū respectuum: sic videlicet, quòd illa notitia dicitur esse speculatiua, quæ non est nata præcedere praxim, neque regulatiua ipsius praxis: cuiusmodi est notitia, quā cognosco, hominem esse animal. Ex quo sequitur, quòd speculatiuum non est de

D essentia notitiæ vel habitus: cū negatio non sit de essentia absoluti: & per consequens non est differentia essentialis notitiæ: cum nulla negatio sit differentia essentialis alicuius positiui. Ex istis sequitur quòd practicum & speculatiuum non sunt differentiæ essentiales notitiæ vel scientiæ in communi: ita quòd hæc diuisio, qua scientia in cōi diuiditur per practicū & speculatiuum, non est diuisio generis per suas differentias: sed est quasi diuisio generis per proprias passiones specierum: sicut si diuidatur numerus per par & impar, vel linea per rectū & curuū. Ex quo sequitur quòd practicū conuenit, & dr̄ de aliquā notitia per se scđo modo: & conuenit tali notitiæ ex aliqua condīone intrinseca tali notitię.

Sequi-

E Sequitur secundò, ꝙ practicum & speculatiuum non possunt dici intrinsecè & formaliter, nisi de noticia actuali, vel habituali, vel saltem de actu vel habitu intellectuali: cum sint passiones habitui tali vel talis. Ex quo sequitur, quòd nullus habitus moralis, existens in voluntate, vel aliqua alia potẽtia appetitiua: dicitur practicus à tali duplici respectu: quia nullus talis est notitia: etiam nullus talis regulat praxim, neq; præcedit praxim: licet benè inclinet ad praxim eliciendam: tamẽ non dictat de praxi eligenda vel fugienda.

Vtrũ sciẽtia dicatur practica ab obiecto vel à fine.

DVBITATVR secundò: vtrum scientia dicatur practica ab obiecto, vel a fine: & arguũt aliqui, ꝙ à fine dicatᷣ practica. Primo auctoritate philosophi, 3. de anima. dicentis, ꝙ intelle-F ctus extensione ad opus fit practicus; & differt à speculatiuo in fine: ergo etiam scientia practica differt à scientia speculatiua in fine. Et dicit Aristo. 2. meta. ꝙ finis theoricæ. s. sciẽtiæ speculatiuæ est veritas: practicæ uerò opus. Dicit etiam Aristote. 1. metaph. ꝙ scientia practica est minus nobilis speculatiua: quia est gratia vsus. i. operationis & finis. Probant etiam rationibus; quia habitus practicus & speculatiuus possunt esse circa idem subiectum: ergo nõ dicitur practicus ab obiecto. Antecedens patet: quia habitus de istis duabus propositionibus: puta deus est diligendus, & deus est summè bonus. sic se habent, quòd vnus est practicus, & alius speculatiuus; puta ille, qui habetur de ista: deus est summè bonus, est speculatiuus: cum non dictet de aliqua praxi eligenda vel fugiẽda. G Item medicina diuiditur in speculatiuam & practicam: & tamen tam speculatiua quàm practica sunt de eodẽ obiecto, s. de corpore sanabili. In oppositum arguitur, ꝙ ab eodem habet habitus esse practicũ, à quo habet suam entitatem: sed illã non habet a fine, sed ab obiecto & intellectu: ergo. Maior patet: quia practicum nõ dicit formaliter, nisi duos respectus aptitudinales, qui identificantur cum ipsa noticia, quę dicitur practica. Item si habitus esset practicus à fine, vel esset à fine producto ad extra, vel à fine intento seu cognito: nõ à fine producto ad extra: quia tunc esset posterior ipso habitu: neque à fine intento siue cognito: quia tunc non haberet rationem finis. sed rationẽ obiecti: & tenendo istas H duas rationes cum Scoto ponũtur aliquæ propositiones de mẽte eius. Prima: scientiam esse practicam potest intelligi dupliciter. Vnomodo formaliter & intrinsecè: alio modo extrinsecè & effectiuè. Formaliter scientia dicitur esse practica duplici respectu aptitudinali. s. prioritatis: & conformatiuitatis; & sic non quærit dubium: sed extrinsecè & effectiuè scientia dicitur practica ab illo, à quo causatur talis sciẽtia: sed sic est quòd causatur ab obiecto: igitur. Et sic intelligitur dubium: ita ꝙ cum quęritur, Vtrum sciẽtia dicatur practica à fine, vel ab obiecto, non est aliud quærere, quàm à qua effectiuè seu causaliter habet primò & per se scientia conformatiuitatem: tunc dicitur ꝙ habet illam conformatiuitatem effe-

A effectiuè ab illo, a quo causatur illa scientia: sed sic est, ꝙ illa primo & per se causatur ab obiecto: igitur ab obiecto habet per se illā conformatiuitatē. Ex quo sequitur, ꝙ multi male capiētes Scotum, & non intelligentes eū male redarguunt. Secunda propositio: habitus non dr̄ practicus ab actu suo proprio; qa act⁹ proprius habitus dicitur etiam esse practic⁹ effectiuè ab aliquo priore, puta ab obiecto. Tertia propositio: nulla scientia dicit̄ esse per se practica: quia ordinatur ad praxim, vt ad finē: qa à praxi vt finis est, non causatur talis habitus. Quarta propositio: habitus practicus quandoq; dicitur practicus ꝑ se a fine ipsius praxis; non tamen vt finis est, sed vt obiectū. Prima ps patet: quia scientia dicitur ꝑ

B se practica ab obiecto: sed quandoq; obiectum, & finis praxis coincidunt in idem: vt noticia, qua quis dictat de ista conclusione: deus est diligendus propter se, est practica effectiue ab obiecto: puta a deo, & ipsemet est finis talis dilectionis: immo deus virtualiter continet principia practica, per quæ deducitur talis conclusio: igitur &c. etiā continet talem noticiam conclusionis. Secunda pars ꝓbatur, videlicet ꝙ non sit practica a fine vt finis est .i. vt amatus & desideratus: quia prius naturà deus continet virtualiter illa principia practica, per consequens illam conclusionem, antequam ametur, & desideretur. Et siquis dicat: notitia cautur ita bene ab intellectu sicut ab obiecto: ergo etiam dicetur practica ab intellectu sicut ab obiecto. Negatur consequentia; C & ratio est: quia non oportet, quòd noticia habeat conformatiuitatem ab omni illo, à quo causatur: quia tunc omnis scientia esset practica: cum omnis notitia causetur ab intellectu: ergo oportet quòd talis conformatiuitas conueniat sibi ab aliquo alio speciali causante, quod non est nisi obiectū. Et siquis iterum dicat; habet. Arist. ꝙ principia practica semper sumuntur à fine: ergo finis virtualiter continet noticiam eorum: Respōdetur quòd verum est, vbi finis, & obiectum coincidunt: sed vbi non coincidunt, non oportet: concesso etiam, quòd sumerentur à fine: non tamen vt finis est, D sed in ratione obiecti. His propositionibus propositis, rñdendum est ad auctoritates & rationes alterius opinionis. Ad primā dico, ꝙ Arist. loquitur de fine vt cognito .i. vt habet rationē obiecti: nā intellectus ratiocinans propter aliquid, ratiocinatur ꝑꝑ finem cognitum. Item ēt non est simile de habitu, & intellectu: nā idem intellectus numero est speculatiuus, & practicus: sed impossibile ē eundē habitū esse speculatiuum & practicum. Ad secundam dico, quòd scientia practica non est gratia vsus, vt per se finis: habet tamen aliquam habitudinem ad vsum. Ad tertiam dicitur, ꝙ speculatiua & practica habent diuersos fines, loquendo de per se finibus infra genus cognitionis: sed non distinguntur ab illis finibus, sed a suis obiectis. Et aduerte, quòd finis scientiæ speculatiuæ, est perfecta cogni-

1. met. text. c. 3.

Quis sit finis sciētiæ speculatiuæ.

B

E cognitio illius scientiæ, non dirigendo ad opus: vel est cognitio similis cognitionibus, ex quibus talis habitus generabatur: & hoc loquendo de fine, conuemente habitui ex natura propria; & non de fine conuenienti ratione voluntatis, habentis talem habitum; nam multos tales potest habere: nam potest aliquis discere logicam propter pecunias lucrandas: aliquis propter honorem habendum: sed neque pecuniæ, neque honor sunt finis logicæ, conuenientes sibi ex natura rei; sed solum per voluntatem habentis. Sed finis scientiæ practicæ est perfecta cognito subiecti illius scientiæ, dirigendo in praxim: vel est cognitio similis cognitionibus, ex quibus generabatur habitus: habet etiã
F praxim pro fine: non propter se, & immediatè, siue elicito, sed pro fine directo. Ad quartam dicitur, quòd mens Scoti est, quòd de eodem obiecto non potest haberi scientia speculatiua & practica: & quia deus est vnum obiectum: ideo de eo non potest haberi, nisi scientia practica formaliter vel virtualiter. Et quando dicitur, ista deus est summè bonus: deus est vnus: pater generat filium, non sunt practicæ. Respondetur, quòd omnes istæ virtualiter sunt practicæ, & virtualiter indicant, quòd deus est summè diligendus; & tale iudicium prouenit ex eo, quia tale obiectum, id est deus, est talis entitas, & licet de eodem obiecto non possit esse scientia speculatiua & practica: tamen de eodem obiecto potest considerari in scientia speculatiua, G & practica: vt de eo consideratur in metaphysica, quæ est sciẽtia speculatiua, & in theologia, quæ est sciẽtia practica. Vel melius dico, ꝙ de eodem obiecto est scientia speculatiua simpliciter. licet tamen practica virtualiter: ita enim de deo speculatiuè simpliciter scitur, ꝙ est trinus & vnus; quæ tamen sciẽtia virtualiter est practica; & practicè simpliciter & formaliter scitur, ꝙ est summè amandus: & tunc tota scientia aggregatione multarum conclusionum, quarum aliquæ sunt practicæ, & aliquæ speculatiuæ (virtualiter tamen practicæ) denominatur talis, qualis est sua principalis cõclusio & finalis; vt in theologia, ab ista deus est summè amãdus: quæ est practica vnde & tota sumit sibi nomen propter H ordinem aliarum ad ipsam: & hoc sufficit ad intentionem Scoti, nec igitur plus videtur velle q̃ illud. Ad quintam dicitur, ꝙ tam medicina vniuersalis, q̃ est de sanitate, & curis in vniuersali: & medicina particularis, quæ est de sanitate in particulari, applicando ad opus: puta ꝙ tali hora vel tali danda est medicina, est scientia practica. sed uniuersalis dicitur speculatiua: quia non est immediatè nata esse conformatiua praxis eligendæ. Sed particularis dicitur practica quia immediatè est nata esse cõformis praxi eligẽdæ.

An idẽ habitus scientifi° possit dici practic°, & specu latiuus.

DVBITATVR tertio. Vtrum idem habitus scientificus possit dici practicus, & speculatiuus. Et videtur ꝙ non: quia quando aliqua duo insunt per se aliquibus specie distinctis, illa non

A la non possunt esse eadem, sed sic est quod speculatiuum & practicum insunt per se noticijs specie distinctis: ergo non possunt inesse eidem notitiæ: & per consequens vnus habitus non potest esse practicus & speculatiuus. In oppositum arguitur; quia notitia, quam ego habeo de ista propositione, Angelus mouet cælum: est speculatiua; cum praxis non sit in potestate mea, & tamen notitia, quam habet Angelus de illa, est practica: igitur.

Pro responsione ponuntur aliquæ distinctiones. Prima ad hoc quod noticia sit practica, non requiritur, quod ipsa noticia, & ipsa praxis sint eiusdem subiecti; sed possunt esse diuersorum subiectorum; ideo duplex est noticia practica; quædam est eiusdem subiecti & directiui simul; quæ sic se habet, quòd B noticia, & praxis sunt i eodē subiecto; vt noticia, qua deus cognoscit, se esse a se infinite amādum; & etiam nocicia, qua ego cognosco, quod deus a me est summè diligendus; & talis vocatur scientia practica, & subiecti & directiui simul. Alia est noticia practica, quæ est vnius vt subiecti, & alterius vt directiui i. cuius praxis est in alio subiecto; vt noticia, qua ego cognosco, quod ab angelo mouēdum est cœlum. Et si quis dicat, talis notitia, qua ego cognosco, quod angelus mouet cœlum: non potest regulare praxim cum talis praxis. s. mouere cœlum, non sit in potestate mea. Respondetur, quòd ad notitiam practicā non requiritur quòd regulet praxim, sed sufficit quòd quātū est de se sibi non repugnet regulare il-

Notitia practica duplex.

Instātia.

lam praxim vel aliam eiusdem C rationis, modò notitia, per quā ego cognosco, quod ab angelo mouendum est cœlum, sibi non repugnat regulare illam praxim vel sibi similem. Et ista debent intelligi, tenendo quòd ad notitiam practicam non requiritur, quòd notitia & praxis sint eiusdem suppositi: quia si oppositum teneretur, oporteret dicere oppositum. Secunda distinctio; aliqua notitia potest dici practica dupliciter. Vnomodo; quia quantum est de se est directiua praxis, sine potentia practicans, vt voluntas sit regulabilis, siue non: & sic notitia, qua deus cognoscit se esse infinitè amandum, est practica. Aliomodo: quia potētia practicans in sciente est dirigibilis & regulabilis respectu suæ praxis: & sic talis notitia non esset practica: cum voluntas dei non sit regulabi- D lis. Tertia distinctio: aliqua notitia potest dici practica dupliciter. Vnomodo per se, quæ habet conformitatem ab obiecto; Aliomodo per accidens, quæ habet conformitatem non ab obiecto, sed aliunde. Et istam distinctionem videtur tenere Scotus in fine quæstionis de praxi: vbi dicit, quòd theologia dei de contingentibus tam in intellectu diuino quàm in intellectu creato est per se speculatiua: licet in intellectu creato sit per accidens practica. Quantum ad tertium artic. sit.

CONCLVSIO responsalis: logica est simpliciter speculatiua, & nullo modo practica: quia illa scientia est

Art. 3.

E ſimpliciter ſpeculatiua, quæ nõ eſt naturaliter prior praxi, nec directiua praxis: ſed logica eſt huiuſmodi: quia logica non eſt niſi directiua actuum intellectus, quorum nullus dicitur praxis. Ad rationes ante oppoſitum. Ad primam dicitur, quòd logica non eſt productiua ſui ſubiecti: nam ſubiectum logicæ eſt modus ſciendi vel ſyllogiſmus, qui non ſunt niſi ſecundæ intentiones, productæ per actum comparatiuum intellectus: & non per logicam: verum eſt tamen, quòd bene logica docet facere ſyllogiſmos & argumentationes. Ad ſecundam dicitur negando minorem; quia licet logica ſit directiua actuum intellectus: non
F tamen eſt directiua praxis: cum nullus act⁹ intellect⁹ ſit praxis. Ad tertiam dicitur, ꝙ hoc non eſt ratio ſcientię practicę, neq; ſufficit ad ſcientiam practicam: puta quod non ſit gratia ſui: ſed gratia operis: ſed requiritur, quòd talis operatio cuius eſt directiua: ſit praxis. Ad quartam dicitur, quòd hoc non ſufficit ad ſcientiam practicam. Ad quintam dicitur, quòd maior eſt vera; ſi ille habitus ſit directiuus in operatione, quæ eſt praxis: & tunc minor eſt falſa: quia logica non dirigit niſi in actum rationis, qui non eſt praxis; ideo logica non poteſt eſſe directiua praxis: neque eſt prior praxi: cuius ipſa ſit directiua.

QVAESTIO III.

An argumentatio ſit ſubiectum primum logicæ.

QVAERITVR tertio vtrum logica, q̃ eſt pars philoſophiæ, ſit de argumentatione tanq̃ de ſubiecto primo. Arguitur primo contra primam partem: Tantum ſunt tres partes philoſophię. ſ. mathematica, phyſica, & metaphyſica: ſed logica non eſt aliqua iſtarum partium: igitur logica non eſt pars philoſophiæ. Maior patet per philoſophum. 6. metaphyſ. diuidentem philoſophiam in illas tres partes: & minor eſt nota: ſcilicet quòd logica non ſit aliqua illarum partium. Secundo ſic contra aliam partem. Intentio ſecũda in communi ſumpta, eſt ſubiectum in logica, ergo nõ eſt argumentatio: conſequentia tenet: quia vnius habitus eſt tantum vnum ſubiectum. Añs patet per Auicennam, dicentem logicam eſſe de ſecundis intentionibus adiunctis primis. Arguitur tertio ſic: Sicut ſe habet metaphyſica ad ens reale: ita ſe habet logica ad ens rationis. Sed metaphyſica eſt de ente reali tanquam de ſubiecto: ergo logica eſt de ente rationis tanquã de ſubiecto. Hoc ẽt confirmatur per philoſophũ. 4. meta. dicẽtẽ; ꝙ logicus & metaphyſicus circa idẽ laborãt. Argr̃ quarto ſic: Oĩs ſciẽtia acquiritur per argumentationẽ: ergo ſi de argumẽtatione eſſet ſcientia, illa acquireretur per argumentationem: ſed

Tex. c. 2 (margin, beside "phiæ. Maior patet per philoſo-")

H

Tex. comment. 5. (margin, beside "per philoſophũ. 4. meta.")

A sed hoc est impossibile: igitur. Quod sit impossibile, patet: quia vel illa argumentatio esset nota, vel ignota: non ignota quia tunc per ipsam nō acquireretur scientia: nec nota: quia vel hoc esset per se, uel per aliam: non per se, vt notū est; neq; per aliam: quia tunc esset processus in infinitū. Arguitur sic quinto: Illud est subiectū in aliqua scientia, quod est principalissimum inter oīa cōsiderata in tali scientia: & de quo demostrantur passiones, & ad quod oīa alia reducūtur: sed syllogismus est huiusmodi: ergo argumentatio nō erit subiectū. In oppositum arguitur per com munes expositores logicæ, qui tenent logicā esse de argumentatione tanquā de subiecto. In hac quæstione erunt tres articuli sicut in præcedenti. Quantum ad primum.

B *Art. 1.* PRIMO sciendum, quod pro declaratione primi termini ponitur hæc distinctio: philosophia diuiditur in philosophiam generaliter captam, & in philosophiam specialiter captam. Vnde philosophia generaliter capta est, quæ docet cuiuslibet admirabilis veritatem cognoscere secundum modum nobis possibilem, secundum quem potest à nobis apprehendi. Vnde admirabile est, cuius causa est occulta, inuentioq; rara. Vel sic potest diffiniri, philosophia generaliter capta est, cuiuscunq; entis siue a nobis, siue a natura causati veritatis appræhēsio. Sed phylosophia specialiter capta, est veritatis cuiuscunq; entis, a natura causati, apprehensio: & ista phylosophia specialiter capta diuidit in metaphysicam, physicā, & mathematicam.

Philosophia diuisio, & definitio.

C Philosophia aūt generaliter capta, diuidit in philosophiā realē, moralē, & rationalē, siue sermocinalem. Vnde phylosophia realis, & philosophia specialiter capta idē sunt: ideo sicut philosophia specialiter capta diuidit in physicā, metaphysicam, & mathematicam: ita philosophia realis; Sed philosophia moralis diuiditur in ethicam, politicam, œconomicā, & monasticā. Ethica traditur ab Arist. in 10. libris ethic. & cōsiderat modū viuendi in cōi: hoc est ethica est de his, quæ sunt cōmunia ad oēm modum vivēdi; siue solitarie: siue domesticè, siue ciuiliter, siue politicè. Politica vero considerat de regimine ciuitatis, & de modo viuendi ciuiliter: & illa traditur ab Aristo. in politicis. Oeconomica est quæ tractat de regimine domus D vel familiæ: & de modo viuendi domesticè: & traditur ab Arist. in œconomicis. Monastica vero considerat de regimine vnius hominis, siue de modo viuendi solitariè: & illa non inuenitur tradita ab Aristot. tamē multi dicunt illam partem satis esse traditam in libris Ethicorū. Sed philosophia rationalis siue sermocinalis diuiditur in grammaticam, logicam, & rhetoricam. Ex istis sequitur, quòd logica est pars philosophię, generaliter captæ: & non specialiter captæ.

SECVNDO sciendum, quod argumētatio capitur tripliciter. Vno modo largè pro omni oratione formata ad modum consequentiæ: siue sit bona siue mala: & sic diceremus ibi esse argumentationem, Petrus currit: ergo

Argumētationis acceptiones.

E ergo asinus currit. Aliomó capitur strictè, pro oratione cōposita ex añte & cōsequente in cōsequētia bona; siue añs sit ꝓbatiuū cōsequentis; siue non. Aliomō capitur strictissimè, ꝓ oī oratione, cōposita ex añte & consequente in bona cōsequētia; cuius añs est ꝓbatiuū consequētis. Et circa hoc restat paruum dubiū· Vtrū argumētatio sit gen⁹ ad inductionem, syllogismū, enthymema & exēplū. Rñdetur, ꝙ argumentatio strictissimè capta, quæ est oratio cōposita ex añte & consequente in bona cōsequentia & probatiua, non est genus ad illa quatuor: quia rō eius nō conuenit oī syllogismo: quia multi sunt syllogismi, q nō sunt ꝓbatiui: quēadmodū est syllogismus simpliciter dictus; Sed

Dubitatio.

F species argumentationis sic captæ, sunt syllogismus ꝓbatiuus inductio probatiua, exemplū ꝓbatiuū: & enthymema probatiuum. Sed argumentatio strictè capta: vt est oratio cōposita ex añte & consequente in bona cōsequētia, siue sit probatiua, siue non, est genus ad illa quatuor: qa sufficienter diuidunt ipsam argumētationē, sicut species diuidunt genus. Adhuc est paruū dubiū: vtrū syllogismus sophisticus, peccans in forma, contineatur aliquo modo sub argumentatione tanquam species. Respondetur, quod bene potest cōtineri sub argumentatione large capta .s. pro omni oratione formata ad modū cōsequentię: siue talis consequētia sit bona, siue nō. Et si q̄s dicat argumētatio est quid complexum, ergo non videtur habere species sub se. Respondetur ꝙ argumentatio accipitur dupliciter. Vno modo primè intentionaliter. s. ut ꝓ denominato: & sic non est nisi oratio mentalis, vocalis, vel scripta, composita ex antecedente & consequente, vt petrus currit: ergo homo currit: talis oratio dicitur argumentatio primè intentionaliter: & sic est quid complexum, non habens sub se species: neque potest esse subiectum alicuius scientiæ. Aliomodo capitur secundè intentionaliter; & sic non est nisi vna secūda intētio, attributa per intellectū, q̄tum, supple ad denominationem orationi mentali, vocali, vel scriptę, compositę ex antecedente & consequente: & sic est respectus simplex, cōtinens sub se illas quatuor species.

Instātia.

G

T R T I O sciendum, ꝙ subiectum scientię solet sic diffiniri a Scoto; Et quod primo virtualiter continet oēs veritates necessarias illi⁹ sciæ, cui⁹ est subiectum. In qua diffinitione ponitur, primò, ꝙ idē est, quod adęquatè. Nā subiectū, in rōne supple subiecti continet virtualiter omnes veritates necessarias .i. omnes propositiones necessarias illius scientię cui⁹ est subiectū. Pro cuius declaratione est aduertēdū, ꝙ multiplex, est cōtinentia; q̄dam est essentialis, qua vnū cōtinet aliud ī primomō dicēdi p se quēadmodū inferi⁹ cōtinet supi⁹. Alia est continentia vnitiua, qua vnum cōtinet aliud sibi idē realiter, distinctū tamē formaliter; & isto modo aīa dicitur cōtinere suas potentias; & etiam essentia diuina dicitur cōtinere sua attributa .s. bonitatē, sapientiam, & sic de alijs. Alia est continentia potentialis, qua supe-

H *q. 3. 4. & s. Prolog. & lib. 2. d. 2. q. 10.*

Continentia multiplex.

A ſuperius continet ſuum inferiꝰ. vt animal hominẽ, bouem, leonem: & ſic de alijs. Alia eſt cõtinentia virtualis: vnde continere aliud virtualiter, nõ e aliud, q̃ poſſe producere aliud in eſſe reali, vel in eſſe cognito. Ex quo ſequitur: ꝙ continentia virtualis eſt duplex; quædam eſt in eſſe cognito: & alia in eſſe reali. Vnde continere aliud in eſſe cognito non eſt aliud, q̃ notitiam illius producere: & iſto modo eſt intelligendum, ꝙ ſubiectum continet ſuas paſſiones virtualiter in eſſe cognito. Et per hoc ſoluuntur ferè omnia argumenta Gregorii de arimino; quæ facit contra Scotum. Sed continere aliud in eſſe reali eſt, poſſe aliud verè producere: quemadmodum deus continet creaturas, quas poteſt

Gregoriꝰ de Arimino. q. 4. prolog. art. 1.

B producere; & iſto modo ſubiectum non continet ſuas paſſiones: neq; capitur ſic, virtualiter, in diffinitione ſubiecti, ſed primomõ: quia ſubiectum non dicitur primo virtualiter continere veritates neceſſarias .i. ꝓpõnes neceſſarias in eſſe reali, ſed in eſſe cognito. Ex quo ſequitur vnum: ꝙ iſta diffinitio non datur de ſubiecto ſcientiæ rationalis, cum ſubiectũ illius nihil continet virtualiter; q̃a tale eſt ens rationis ſeu ſcḋa intẽtio, quæ nihil virtualiter continet, neq; in eſſe reali, neq; ĩ eſſe cognito, neque partialiter, neq; totaliter; q̃a producere eſt actus entis realis, qui non p̃t conuenire alicui, niſi illud exiſtat: modò nulla ſecunda intentio exiſtit, cum ſecũda intentio non habeat verius eſſe q̃ illud, cui attribuitur .ſ. ſuo fundamento, quod habet tm̃ eſſe cognitũ: datur ergo iſta diffinitio de ſubiecto ſciẽtiæ realis, cuiꝰ ſubiectũ eſt ſpẽs ſpãliſsima.

Sco. li. 1. d. 23.

C QVARTO ſciendum, ꝙ veritates neceſſariæ, quas ſubiectum primo cõtinet virtualiter, ſunt ꝓpõnes conſtitutæ, ex ipſo ſubiecto & ſua diffinitione: & ꝓpõnes conſtitutæ ex diffinitione. & ꝓpria paſsione; & poſtea ꝓpõnes conſtitutę ex ſubiecto, & propria paſsione. Et aduerte, ꝙ non ſolum ſubiectũ continet virtualiter p̃dicatum .i. ſuã diffinitionem, vt genus vel dr̃iam, ſed ẽt eſſentialiter. Aduerte ẽt ꝙ propõ conſtituta ex ſubiecto & ꝓpria paſsione continet in præmiſsis, conſtitutis ex ſubiecto & diffinitione, & ex diffinitione et propria paſsione: aliter tñ q̃ ſubiecto: q̃a ſubiectũ continet talem cõcluſionẽ primo .i. adęquatè in ratione ſubiecti: ſed tales p̃miſſę cõtinẽt primo .i. immediatius, & non ſicut ſubiectũ: continet ẽt ſubiectũ propõnes, cõſtitutas ex ſua ꝓpria paſsione, & ex aliquo ſuorũ inferiorum, vt hõ continet virtualiter iſtã, Petrus eſt riſibilis: ſed potentialiter cõtinet propõnes conſtitutas ex ſuis diffinitionibꝰ & paſsionibꝰ ꝓprijs earum: vt animal potẽtialiter continet iſtã, hõ eſt riſibilis, & aĩal rõnale eſt riſibile. Et ſi q̃s dicat: nonne ſubiectũ continet ẽt propõnes contingẽtes, quæ tractãtur in illa ſciẽtia? R̃ndetur ꝙ nõ: q̃a veritas propõnis contingentis non h̃r cõiter niſi ex intuitione terminorum; ideo tales virtualiter nõ cõtinentur in ſubiecto: licet bñ reducant̃ ad ſubiectũ, vel ꝑ ſe, vel ꝑ accñs. Vnde ad hoc ꝙ aliqua veritas ꝑ ſe ꝑtineat ad aliq̃ ſciẽ-

D

Quæ veritates cõtineantur virtualiter a ſubiecto.

Obiectio.

A inductione, exemplo, & enthymemate: sed ista bene reducuntur ad modum sciendi, sicut partes subiectiuę; quæ continentur sub argumentatione, quæ est species modi sciendi. Vnde ipsius modi sciendi tres sunt species. s. diffinitio, diuisio, & argumentatio, de quibus omnibus determinatur in logica: quia logica docet diffinire, diuidere, arguere, & verum a falso discernere: & hoc nō est nisi mediāte modo sciendi, ad quem ista immediate reducuntur tanquàm partes subiectiue igitur. Item syllogismus est subiectum scientiæ libri priorum: ergo non totius logices. Respōderet aliquis ꝙ syllogismus simpliciter est subiectum scientiæ libri priorū: sed syllogismus est subiectum totius logicæ. Contra syllogismus simpliciter & syllogismus conuertuntur ad inuicem: quia de B quocunque prędicatur vnum, & reliquum: nam syllogismus simpliciter prędicatur de syllogismo dialectico demostratiuo, & sophistico: quia de ipsis prædicatur diffinitio syllogismi simpliciter, quæ datur in lib. Prio- Cap. 1. rum; igitur si vnum est subiectum totius logicę, & reliquum. Dices ꝙ syllogismus simpliciter potest capi dupliciter. Vno modo vt idem est ꝙ vniuersaliter: puta quantum ad omnes partes eius, tam integrales quàm subiectiuas: & quantum ad omnia sua principia, &, sic est subiectum totius logicæ. Aliomodo capitur simpliciter, vt idem est ꝙ incontractæ. i. non determinatus ad aliquam materiam: & sic est subiectum scientiæ libri Priorum. Contra, syllogismus incontractè consideratus. i. sine determinatione. conuertitur cū C syllogismo: igitur. Item syllogismus simpliciter. i. vniuersaliter, & syllogismus simpliciter. i. incontractè habent easdem passiones, & eadem principia: quia hñt eandem diffinitionem: igiť de ipsis erit eadē scientia: & per consequens si vnū sit subiectum totius logicæ, & reliquū. Etiam mirū est, quo illi, qui ponunt syllogismum esse subiectum totius logicæ, non ponunt ipsam argumentationem: cum ad ipsam veriori modo reducatur inductio, enthymema, & exemplū. Relinquitur ergo ꝙ magis probabiliter modus sciendi dicitur esse subiectum totius logicæ, quam syllogismus.

DVBITATVR secūdo, Vtrum logica sit de secundis intentionibus, & quid sit secunda intentio, & quid prima, pro cuius solutione est aduertendum, quòd de isto dubio sunt duæ opiniones famosæ. *An logica sit de secundis intentionibus.* D Prima est opinio nominalium, dicentium, quòd secunda intentio est terminus mentalis, naturaliter significans terminos ea ratione, qua sunt signa, seu ea ratione, qua sunt significatiui aliorum terminorum: vt sunt isti termini mentales, nomē, verbum, propositio, vniuersale, pdicabile, genus, species &c. qui naturaliter significant alios terminos. Sed prima intentio est terminus mentalis, naturaliter significans rem, & non terminum: vt isti termini mentalis homo, Ioannes, lapis, qui naturaliter significant rem ad extra, & non terminos. Alia est opinio Scotizantium, dicentium secundas intentiones non esse terminos mētales, sed secūda inten

Sco.li.1. dis 23.q. vn.ca.

E tio est relatio, seu respectus rationis, causatus per actum comparatiuum nostri intellectus, cō parantis vnum in ordine ad aliud. Pro cuius declaratione est aduertendum, ꝙ duplex est actus intellectus, s. simplex, per quem aliquid simpliciter & absolute cognoscitur, non in ordine ad aliud. Alius est actus cō paratiuus, per quem cognoscitur aliquid in ordine ad aliud: vt actus intellectus, quo ego cognosco hominem in ordine ad animal, vel ad aliquid aliud: & per talem actum causantur secundæ intentiones. Sed prima intentio, est obiectum cognitum vel cognoscibile, non causatum per actum comparatiuum intellectus: super quod nata est fundari secunda intentio, vel cui nata est attribui aliqua secunda intentio. Ex istis sequuntur aliquę propositiones. Prima, secundæ intentiones nunquam fundant, i. nunquam alicui attribuuntur, nisi secundū esse cognitū illius.

F Sc. li.1. di.31. Sco.q.1. quot.

Secunda propō: Iste, secundæ intentiones nunquam attribuuntur alicui, nisi ratione alicuius proprietatis in illo repertę. Ex quo sequitur, ꝙ intellectus non potest attribuere Petro quamcū que secundam intentionē, sed solum illam, quæ potest sibi conuenire ratione alicuius proprietatis. Tertia propositio: secūdæ intentiones non habent esse: ideo ista non est concedenda, Secūdæ intentiones sunt. Probatur: quia nec veriori modo, neque perfectiori habent esse secundę intentiones, quàm illa, quibus attribuuntur, seu in quibus fundantur, sed illa, quibus attribuuntur sub illa ratione, qua ipsis attribuuntur; habent esse tantum cognitum, de quibus non potest verificari istud verbum, est secundum adiacens: ista enim non conceditur, Adam est: ergo etiam non debet concedi de secundis intentionibus, quæ in ipsis fundantur. Ex istis sequuntur aliqua correlaria. Primum: ꝙ ad hoc ꝙ de aliquo habeamus scientiam, non requiritur, quòd illud habeat verum esse, sed sufficit quòd habeat esse cognitū: nam de rosa non existente possumus habere veram scientiam: etiam de secundis intentionibus, quæ non existunt. Sequitur secundo, quòd ipsæ secundæ intentiones non inhærent alicui, capiendo inhærere propriè, sed tantum diminutè: nec sunt in aliquo subiectiuè proprie: quia ad hoc ꝙ aliqd sit in aliquo subiectiuè propriè, oportet ꝙ sit: & illud, cui inhærent, etiam sit. Et si quis dicat: quid dicetur ad Auicennam qui dicit, quòd logica est de secundis intentionibus adiunctis primis? Respondetur: ꝙ secundæ intentiones non adiunguntur primis secundum inhærentiam, sed solum secundum denominationem, vel quasi subiectiue, & secundum quid: sic videlicet ꝙ secundæ intentiones seu termini secundarum intentionum denominatione extrinseca prædicantur de primis. Sequitur tertio: ꝙ illi, qui dicunt ꝙ secundæ intentiones mouent intellectum partialiter. i. causant suas intellectiones seu notitias partialiter: non bene dicunt: sed dant nobis modum sustinendi, ꝙ antichristus & etiam chimera aliquid causant: quia secundæ intentiones non habent veriori

G

Sco. li.1. di.8.q.4. Sco. li.1. dist.13. Sco.q.7. quotl.

Obiectio. H

A riori mō esse, quàm antechristus vel rosa, quæ non existit. Item causare est verus actus entis realis (vt visum est) igitur nō potest conuenire nisi enti reali. Sed restat parua difficultas: nam quæreret aliquis, vtrum secundæ intentiones sint per se intelligibiles? Respondetur quòd sic. Et si quis dicat: non cadunt sub obiecto nostri intellectus, quod est ens reale, creatum, limitatū: Respondetur, quòd secundæ intentiones per se virtualiter cōtinentur sub obiecto adæquato nostri itellectus, scilicet, ī primis intentionibus; virtute quarum intelliguntur; aliquid tamen dicitur contineri virtualiter & in alio, & ēsse cognito dupliciter. Vnomodo immediate, vt passio immediate continetur virtualiter secundum esse cognitum in subiecto. Aliomodo a posteriori, seu ex consequenti: & sic dico ꝙ secundæ intentiones continentur virtualiter in primis; ita ꝙ cognoscuntur in primis intentionibus: ita ꝙ primæ intentiones ratione aliquarum proprietatum, in ipsis repertarum, causant cognitiones illarum secundarum intentionum; ideo continentur in primis virtualiter.

Sco. q. 3. quotli.

Contine- ri in alio esse quo- modo intelligatur.

B

Sc. li. 4. di. 1. q. 2.

An logica deseruiat acquisitioni aliarum scientiarum.

DVBITATVR tertiò vtrū logica sit vtilis, honesta, & necessaria ad acquisitionem aliarum sciarum. Pro dubio ponuntur quædam distinctiones, & aliqua dicta. Prima distinctio: bonorum aliud honestum, aliud vtile, & aliud delectabile. Secunda distinctio: bonum vtile dicitur quadrupliciter. Primo dicitur bonum vtile, quod non est appetibile propter se, sed solū propter aliud, sine quo tamen illud aliud potest acquiri: vt ambulatio post cęnam dicitur vtilis isto modo: quia propter se non appetitur, sed propter sanitatem, sine qua tamen talis sanitas pōt acquiri. Secundomodo dicitur bonum vtile, quod non est appetibile propter se, sed solum propter aliud: sine quo tamen illud aliud non potest bene acquiri: & isto modo comestio dicitur bonum vtile: quia propter se non est appetibilis: sed propter aliud scilicet ad extinguendum famem, sine qua talis extinctio famis non potest bene haberi: & istis duobus modis logica non dicitur vtilis. Tertiomodo dicitur bonum vtile, quod est appetibile propter se & etiā propter aliud, sine quo tamen illud aliud potest acqui. i: vt potio dulcis dicitur isto modo vtilis: quia propter se est appetibilis, & etiam propter aliud. s. propter sanitatem; sine qua tamen sanitas potest acquiri. Quartomodo dicitur bonum vtile, quod propter se est appetibile, & etiam propter aliud, sine quo illud aliud non potest acquiri faciliter & isto modo bonum utile coincidit cum bono delectabili, honesto, & necessario; & isto modo logica dicitur esse utilis; quia ꝑ pter se est appetibilis, & etiam propter aliud. s. ad scientias acquirendas, sine qua aliæ scientiæ non possunt bene acquiri. Tertia distinctio, bonum honestum dicitur dupliciter. Vno modo, quòd solū est appetibile propter se; & nullo modo propter aliud, magis supple appetē dum, vt deus: & tale nunquam com-

C

D

I coincidit cũ bono utili: & isto mõ logica non est honesta, seu bonum honestum. Aliomodo dicitur bonum honestum, quod est appetibile ꝓpter se, siue si appetibile ꝓpter aliud, siue nõ: & hoc mõ coincidit cũ bono vtili, tertio & quarto modo dictis: & istomodo logica bene dr̃ honesta. Quarta distinctio: necessarium capitur dupliciter. Vno modo simpliciter & absolute: & hoc modo illud dr̃ necessarium, qđ sic est, ꝙ non põt non esse: & sic solus deus dr̃ necessarius: & sic logica non est necessaria. Aliomodo dicitur necessarium ex suppositione finis, seu necessitate conditionata: & istomodo logica dicitur necessaria; nam si velimus habere alias scientias, necessario requiritur logica: nã per ipsam logicam acquiruntur aliæ scientiæ. Et est aduertendũ, ꝙ ipsius logicæ quatuor sunt vtilitates. Prima, est facilitas diffiniendi, diuidendi, & arguendi. Secunda, est facilitas discernendi verum a falso. Tertia, est facilitas arguendi, & respondendi in omni materia. Quarta, est facilitas soluendi paralogismos, peccantes in forma. Et hæc de 2. art. Quantum ad tertium articulum est.

Logica quatuor vtilitates

Art, 3.

CONCLVSIO respõsalis: Logica est pars philosophiæ generaliter dictæ, de modo sciendi tanquam de subiecto attributionis primo, & adæquato. Et hæc conclusio relinquitur probata in primo, & secundo articulis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam patet solutio: nam logica est pars philosophiæ generaliter dictæ, sed non specialiter dictæ. Ad secundam dicitur: ꝙ logica est de secundis intentionibus non tanquam de primo obiecto, sed tanquàm de his, quæ communiter tractantur in ea. Ad tertiam dicitur: ꝙ ens rationis in communi non est subiectum logicę; quia tale excedit metas illius scientiæ: ideo nõ est simile de ente reali respectu metaphysicæ, & de ente rationis respectu logicæ. Et ad confirmationem dicitur, ꝙ non omne illud est subiectum in logica, circa quod cõiter laboratur: nam circa multa laboratur in scientia, quorum nullum est subiectum. Et ad auctoritatem dicit, ꝙ metaphysicus & logicus considerant idem, non tamen eodẽ modo: nam illa, quæ per se metaphysicus considerat; logicus per accidens cõsiderat; pro quãto eis attribuuntur secundæ intẽtiones logicales. Ad quartum dicitur, ꝙ bene probat pro nobis, ꝙ neque argumentatio, neque syllogismus est subiectum in logica; sed modus sciendi. Ad quintam patet solutio in primo dubio, vbi ostensum est, ꝙ modus sciendi veriori modo debet considerari in logica, quàm syllogismus; quia non possumus discernere verũ a falso, nisi prius discernamus notum ab ignoto.

A # MALCHI PORPHYRII, C
TYRII IN ARISTOTELIS
Logicam Iſagogæ.

Quinque voces, quinque vniuerſalia, tum in primis quinque prædicabilia paſsim appellatæ.

CVm ſit neceſſariū Chryſaori & ad eā, q̄ eſt apud Ariſto. prædicamenorum doctrinā, noſſe quid genus ſit, quid differentia, quid ſpecies, quid proprium, quid accedens: & ad diffinitionem aſsignationem: & omnino ad ea, quæ in diuiſione,
B ne, vel demonſtratione ſunt vtilia &c.

Quid ſit iſagoga. INcipiunt iſagogæ Porphyrii in categorias Ariſt. in quo titulo dicitur primo, iſagogæ, quod eſt dictio græca, compoſita ex duabus dictionibus græcis *ἀπὸ τοῦ καὶ ἄγω.* ſcilicet ab iſos, quod eſt intro, & gogos, quod eſt ductio: īde iſagogæ. i. introductiones Porphyrij in categorias Ariſt. i. in prædicamenta Ariſt. Et diuiditur iſte liber in procemium & tractatū; tractatus autem incipit; ibi. Videtur autem neq; genus, neq: ſpecies &c. ſed procemium diuiditur in tres partes. *Diuiſio libri.* In prima oſtēdit utilitatem ſcientiæ. In ſecunda ponit modum procedendi: & remouet quaſdam quæſtiones difficiles a conſideratione huius ſcientiæ. In tertia oſtendit, quos philoſophos uult imitari in traditione huius ſcientiæ. In prima ergo parte alloquens ſuum diſcipulū Chryſaorium, ad quem hoc opus dirigebat: ſic aiebat: O chryſaori, cum ſit neceſſarium, noſſe quid ſit genus, quid ſpecies, quid differentia, quid proprium, quid accidēs ad eam doctrinam prædicamentorum, quæ eſt apud Ariſt. habendam: Et cum ſit neceſſarium noſſe, quid genus, quid ſpecies &c. ad diffinitionum aſsignationem. i. ad componendum diffinitiones: Et cum etiam ſit neceſſa- D rium, noſſe quid ſit genus, quid ſpecies. &c. ad diuiſionum aſsignationem. i. ad componendū diuiſiones: Et ēt eſt neceſſariū, noſſe quid genus, q̄d ſpēs, ad demoſtrationū aſsignationē. i. ad cōponendū demōſtrationes: Ideo ego Porphyrius volo tibi traditionē cōpendioſam. i. librū breuē & vtilē facere de ſpeculatione rerū. i. iſtorū quinq. prædicabiliū, q̄ dicta ſūt ab antiquis: ſed non introductoriè. i. mō puerili, ſed mō nimis ſubtili. Ex iſtis ſequuntur quatuor vtilitates huius ſcientię. Prima eſt ad doctrinam prędicamentorum Ariſt. habendam: quia quæcunque ſunt in prędicamento, ſunt genera, ſpecies, differentię, & indiuidua. *Vtilitas libri.* Secunda vtilitas eſt ad componendas diffinitiones: q̄a diffinitiones, ſupple qdditatiuę dant per genera & differētias, & i talibus

tula

E sola species diffinitur. Sed diffinitiones descriptiuæ dantur per genus & proprium, vel per multa accidentia. Tertia vtilitas est ad componendas diuisiones: quia aliqua est diuisio generis in species per proprias differentias. Quarta vtilitas est, ad componendas demonstrationes: nã in demonstratione concluditur passio de subiecto, & medium est diffinitio: quæ constat ex genere & differentia: sed omnia ista non possunt sciri nisi cognoscendo, quid sit genus, quid sit species, differentia, proprium, & quid accidens. In secunda parte, quæ incipit ibi. Mox de generibus: remouet quasdam quęstiones a præsenti negocio: & promittit se abstinere ab earum solutione, dicẽs. Ego Porphyrius recusabo in præsenti tractatu dicere: vtrum ipsa genera, & species subsistant. i. habeãt esse reale extra intellectum, siue solùm habeant esse in solis nudis, purisq; intellectibus: hoc est vtrũ solum habeant esse in intellectu. Et recusabo dicere: vtrum sint corporea, vel incorporea. Et recusabo dicere hanc tertiã quæstionem: vtrum sint separata a suis singularibus, sicut dicit Plato: vel vtrum sint pposita in singularibus. Et etiam recusabo dicere constantias. i. difficultates circa ea, vel rationes ad vtrãque partem incidẽtes circa istas quæstiones. Et ratio huius est, quia hoc negocium est maximè altissimum, & egens maioris inquisitionis. Nam metaphysicus de quidditate rerum, & existentia earum habet considerare: in. 7. metaphysices istę quæstiones determinantur. In tertia parte, quæ incipit ibi, Illud vero &c. ostendit quos philosophos imitaturus est, dicens: Ego Porphyrius tẽtabo tibi hoc negocium probabiliter tractare: sicut antiqui tractauerunt, & maximè peripatetici: quorum princeps fuit Aristoteles: Non quòd Arist. librum prædicabilium fecerit: vel si fecit ad nos nondũ peruenit: sed secũdum quòd ex suis dictis potest elici, & maxime ex libris topicorum. Et dicit hoc ad differẽtiam Stoicorum: quorum princeps fuit Plato. & etiam Epicureorum, quorum princeps fuit Epicurus: quibus sectis vigebat antiquitus vniuersitas Atheniensis. Vnde epicuri dicuntur, ab epi quod est sup, & cutis, quasi sup cutẽ. i. superficialiter philosophabant, sed stoici, dicti sunt a stoia. i. a tali porta iuxta quam studebant.

H

Vniuersale an sit subiectum huius scientia.

QVAERITVR Vtrũ sciẽtiæ libri prædicabilium vniuersale sit subiectum attributionis, quod est genus ad quinque prædicabilia. Arguitur primo quòd non: Omnis scientia est vniuersalium, quia singularium nõ est scientia: ergo vniuersale non est subiectum attributionis huius scientiæ: cum excedat metas talis scientiæ. Secundò sic: Subiectum cuiuslibet scientiæ debet habere aliquas passiones: sed vniuersale nullas habet passiones: igitur &c. Maior est philosophi in primo posteriorum. Minor probatur, ꝙ si haberet aliquas passiones, vel illę essent singulares, vel vniuersales: non singulares: quia tunc non essent cõuertibiles cum vniuersali: nec vniuersales, quia vel essent genera, species, differentiæ, accidentia,

Tex. cõ. 43.

A tia, uel propria: non quatuor prima, vt notum est, nam passio propria non est genus, neq; species, neque differentia, nec accidens: nec possunt esse propria: quia si essent propria, cum proprium sit vniuersale: sequeretur ꝙ species esset propria passio generis, quod falsum est. Tertiò sic: Nullum vniuersale est subiectum huius scientiæ: quia vel esset genus, species differentia, proprium, vel accidēs, quod est falsum: ergo vniuersale non est subiectum huius scientiæ: consequentia patet per locum a toto in quantitate. Item quicquid attribuitur superiori attribuitur inferiori: ergo si vniuersale sit subiectum, oportet aliquod vniuersale esse subiectum. Quartò sic: Vniuersale non est vniuocū

B ad quinque vniuersalia: ergo nō est genus respectu illorum. Antecedens probatur: quia omne vniuocum ad aliqua se habet ad illa vt genus, vel species, vel differentia, vel proprium, vel accidens: sed vniuersale non est huiusmodi: quia tunc species, vel inferius denominatiuè prædicaretur de superiori: quod videtur falsum. Quintò sic: Ens est uniuersale: cum de plurib. prædicetur vniuocè: & non est genus: vt patet tertio metaphy. neque species, quia non habet genus supra se: nec aliquod aliorum triū: ergo sunt plura quàm quinque vniuersalia. In oppositum est cōmunis sententia omnium logicorum famosorum. In quæstione erunt tres articuli sicut in cęteris. Quantum ad primum.

Tex. cō. 10.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione primi termini quęstionis supponitur. Primò, ꝙ vniuersale est multiplex: quoddam est vniuersale in causando, quod potest esse causa pluriū effectuum, cuiusmodi est Deus:

C *Vniuersalis acceptiones*

Aliquod est vniuersale in distribuēdo, cuiusmodi sunt signa vniuersalia: & de istis duobus non est hic ad propositum: Aliud est vniuersale in prædicando; & de isto ē hic sermo. Pro cui⁹ declaratione supponitur secundò ꝙ vniuersale in prædicādo potest capi dupliciter. Vnomodo pro per se significato, seu secundæ intentionaliter, & hoc dupliciter. Vnomodo generaliter, vt est secunda intentio fundata in aliquo, seu attributa alicui, quod natum est esse in pluribus; seu cui quantum est de se non repugnat esse in pluribus, siue illud sit limitatum, siue nō: & isto modo ens dicitur vniuersale; sed sic vniuersale nō est genus ad quinque vniuersalia, neque ad subiectum attributionis huius scientiæ

D Aliomodo capitur propriè: vt est vna secunda intentio, attributa alicui limitato: cui quantum est de se non repugnat esse in pluribus; & sic est genus ad quinque vniuersalia: & est subiectum attributionis huius scientiæ. Aliomodo capitur pro denominato, siue primæ intentionaliter; & hoc dupliciter. Vnomodo large; & sic capitur pro omni illo, de quo vniuersale denominatiuè prædicatur; cuius significato formali non repugnat esse in pluribus; & sic ens potest dici vniuersale pro denominato. Alio modo accipitur proprie, pro illo, de quo vniuersale denominatiue prędicatur, cuius significato formali non repugnat esse in pluribus, & dummodo sit limitatum.

E limitatum. Supponitur tertio, ꝙ prædicabilia dupliciter capitur. Vno modo pro per se significato, seu secundę intentionaliter: & hoc dupliciter. Vno modo large, vt est vna secunda intentio, attributa alicui, quod natum est prædicari de pluribus, siue sit limitatum, siue non, siue vniuoce, siue æquiuoce prædicetur: & sic cōuertitur cum vniuersali primo modo dicto. Alio modo accipitur propriè, vt est secunda intētio, attributa alicui limitato, quod natum est prędicari de pluribus vniuoce: & sic conuertitur cum vniuersali secundo modo dicto, capto pro per se significato. & proportionabiliter potest capi prædicabile pro denominato, scilicet large, & propriè.

Prædicabilia dupliciter capiūtur.

Tractatu. 13. Car. 173

SECVNDO sciēdum, ꝙ ista propositio tantum sunt quinque vniuersalia, potest exponi F gratia alietatis, & gratia pluralitatis, vt visum est in summulis. Vnde si exponatur gratia alietatis est falsa, & gratia pluralitatis est vera, dummodo capiatur vniuersale pro per se significato, & non pro denominato, quia tunc plura sunt quàm quinque prædicabilia: nam decem sunt prædicamēta, quorū quodlibet est vniuersale. Et aduerte ꝙ debet sic exponi, tantum sunt quinque intentiones vniuersalium specie distinctæ, sub quibus omnes intentiones vniuersalium continentur, & non sunt plures quàm quinq;. Et si quis dicat, ista est vera, tantum sunt duo vniuersalia; ergo ista est falsa, sunt quinque vniuersalia: & vltra ista est falsa: quinq; sunt vniuersalia: ergo ista erit falsa, tantum quinque sunt vniuersalia: quia si vna exponentium sit falsa, exposita erit falsa, saltem si exponatur copulatiue. Et ꝙ ista sit vera: tantum sunt duo vniuersalia, patet quia, eius totalis exponens est vera: sic enim exponitur, aliqua, quæ sunt duo, & non sunt non duo, sunt vniuersalia. Item ista est falsa, omnia vniuersalia sunt quinque: cum eius descendeutes sint falsæ: ergo ista est falsa, tātum sunt quinque vniuersalia. Patet consequentia: quia si exclusiua est vera, vniuersalis de terminis transpositis est vera: & si falsa, falsa. Item termini istarum duarum propositionum, tantū quinque sunt vniuersalia: & omnia vniuersalia sunt quinque, eodē modo supponunt: ergo si vna ē vera reliqua erit vera. Ad primam rōnem dr̄, ꝙ si ista propositio, tantum sunt duo vniuersalia, sit de subiecto excluso, est vera: sed si sit exclusiua, ipsa est falsa. Ad secundam dicitur, ꝙ propositio exclusiua, exposita gratia pluralitatis, non infert vniuersalē de terminis transpositis: ideo non sequitur: tantum quinque sunt vniuersalia, ergo omnia vniuersalia sunt quinq;. nisi caperetur ly omnia collectiue. Ad tertiam dicitur, quòd termini illarum propositionum non supponunt eodem modo: nisi ly omnis capiatur collectiue: nam subiectum propositionis exclusiue expositæ gratia pluralitatis supponit determinate, & prædicatum confuse tantum, vt visum est in summulis. Aduerte etiam ꝙ de numero vniuersalium quædam prædicātur in quid, & quædam in

Quinq; sunt vniuersalia quomodo intelligitur.

Obiectio.

G H

Pag. 173 A

A in qualẽ: in quid sunt duo.s. genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: & species, quod prędicatur de pluribus differentibus numero. Si in quale hoc est dupliciter, vel in quale essentiale, & sic est differentia: vel accidentale: & hoc dupliciter, vel conuertibiliter, & sic est proprium: vel non conuertibiliter, & sic est accidens.

An vniuersale sit genus ad quinque prædicabilia.

TERTIO sciendum, ꝙ pro declaratione secundæ partis quæstionis mouetur talis difficultas: Vtrum vniuersale sit genus ad quinque vniuersalia.s. ad genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens. Et arguitur ꝙ non: Vniuersale nõ est vniuocum ad illa quinque: ergo non est genus ad illa: patet consequentia: quia nihil est genus ad aliqua, nisi sit vniuocum ad illa. Et antecedens

B probatur, quia nihil est vniuocum ad substantiam, & accidens: sed sic est quòd aliquod vniuersale est substantia, vt hõ, aliquod accidens, vt color, igitur &c. Secundo sic, nullũ vniuersale est genus ad ista quinq;: ergo vniuersale non est genus ad quinque vniuersalia. Antecedens patet inductiue: quia nec genus est genus ad quinq; vniuersalia: nec speci, nec es dria. & sic de alijs. Tertio sic. Si vniuersalia esset genus ad quinque vniuersalia, sequeretur, ꝙ esset genus ad seipsum: consequens est falsum & impossibile. consequẽtia patet: quia esset genus ad omnia vniuersalia: & ipsummet est vniuersale: igĩ &c. Quarto sic. Si vniuersale esset genus ad quinque vniuersalia: vel esset genus generalissimum vel genus subalternum: non generalissimum: quia iam essent plura generalissima quam decẽ nec subalternum: quia genus subalternum debet contineri sub aliquo genere generalissimo: sed non est aliquod generalissimum, sub quo contineatur vniuersale igitur. Quinto sic: Si vniuersale esset genus ad quinque vniuersalia, sequeretur ꝙ genus & differentia essent species vniuersalis: & sic species prædicaretur de genere, & differentia, quod est falsum: quia membra bonę diuisionis non possunt de se inuicem prædicari: neque vna species videtur prædicari de alia. In oppositum arguitur, quia illud est genus, quod vniuoce, & in quid prędicatur de pluribus differentibus specie: sed vniuersale respectu quinque prædicabilium est huiusmodi: igitur. Quod prædicetur uniuoce: patet, quia prædicatur uno nomine, & una ratione de ipsis. Quod prædicetur in quid patet: quia ad interrogationem factam per quid de genere & specie conuenienter respondetur uniuersale: igitur. Et quòd illa quinque differant specie, patet, quia notum est quòd plus differunt genus & species, quam genus, & genus: sed genus & genus differunt numero: ergo genus & species differunt plusquam numero: & non nisi specie igitur &c.

C D

Vide Sc. 6.q. quouli.

Sed pro maiori declaratione supponitur quòd uniuersale potest capi dupliciter. Vnomodo primę intentionaliter seu pro denominato: & sic non est genus ad illas quinque intentio-

 nes.

E to: & sic non est genus ad illas quinq; intentiones. Aliomodo capitur pro per se significato, seu secundæ intentionaliter: & sic est bene genus ad illas quinque intentiones. Et siquis dicat: vniuersale pro per se significato est vna secunda intentio: sed quęlibet secūda intentio est vna numero: igitur non erit genus. Respondetur, ꝙ licet quęlibet secunda intētio per se vel ꝑ accñs sit vna numero: tñ a multis seu ab aliquibus pōt abstrahi conceptus, qui erit genus vel species, sicut in primis intentionibus. ideo restat soluere rationes. Ad primam dicitur: ꝙ nullum uniuersale captum pro per se significato est substantia vel accñs: sed est ens rōnis: ideo præsupponit vnum falsum: præsupponit
F ēt ꝙ vniuersale sit genus ad vniuersalia capta pro denominato, quod est falsum. Ad secundam dr̄, ꝙ ibi est fallacia figuræ dictionis arguendo a suppositione personali ad simplicem: nec ibi arguitur ab vniuersali ad indefinitam: quia vniuersalis & sua indefinita debent semper habere subiecta in eodē gñe suppōnis: modo qñ dr̄ vniuersale est genus, ly vniuersale supponit simpliciter, sicut in ista: aīal est genus: sed in illa: nullum vniuersale est genus, supponit confuse & distributiue. Ad tertiam dr̄, negando cōsequentiam: & ad probationē dr̄, ꝙ vniuersale est bene vniuersale, sed non contentū sub ipso vniuersali. Dr̄ vlterius, ꝙ genus, quod est spēs ad uniuersale, pōt bñ denoīatiue ꝑdicari de ipso vniuersali, qđ est eius superius: nec hoc est incōueniēs in istis scđis intentionibus. Ad

Scot. vbi supra.

quartam dr̄, ꝙ est genus subalternū: & ad improbationem dr̄, ꝙ continet̄ sub gñe gñalissimo, quod est scđa intentio, seu ens rōnis, quod est vnum gñalissimum intentionale: iō pōt poni ordinatio in istis secundis intentionib. suo modo, sicut in intentionib. primis: nec hoc vr̄ esse inconueniens. Ad quintam dr̄, ꝙ oēs istæ conceduntur: genus est species, spēs est species, differentia est spēs: & sic de aliis: nec est inconueniens vnam speciem denoīatiue prędicari de alia. Vnde qñ dr̄, genus est species, spēs ibi denoīatiue prædicatur de gñe, sicut in ista, hō ē species. Et siquis dicat: ergo idem denoīatiue prædicabitur de seipso: nā sicut ista est denoīatiua, genus est species: ita ista species est species, cum species sit species vniuersalis, sicut genus. Respondetur, ꝙ istæ intentiones possunt capi dupliciter. Vnomodo, vt quid, qñ ip sis aliquid attribuitur. Aliomodo, vt modus, qñ attribuūtur aliis. Vnde quando dicitur, genus est species, genus accipitur vt quid, quia est illud, cui attribuit̄ species; & species accipitur ut modus, q̄a attribuitur alteri: & tunc dico, ꝙ non est inconueniens in istis intentionibus idem prędicari de seipso denominatiue, dummodo in subiecto accipiatur, vt quid: & in prædicato, vt modus, vel econtra.

QVARTO sciendum ꝙ circa textum incidit talis difficultas: vtrum vniuersale de quo loquitur Porphyrius, sit substantia, vel accidens. Pro cuius declaratione supponitur, ꝙ Porphyrius principaliter intendit loqui de vniuersali pro per se signi-

G *Sco. 1. 4. di. 1. q. 2.*

Idem in logi. mi. Car. 6. B

H *Sco. in 1. di. 2. q. 1. in responsione ad secūdum arg. principale.*

An vniuersale sit substātia vel accidens.

A significato, quod nō est nisi vna secunda intentio, et ens rationis: & de tali ponuntur aliquę propositiones. Prima, vniuersale pro per se significato, de quo intendit Porphyrius, non est substantia, nec accidens, neque creatum, neque increatum: nam omnia ista cōtinentur sub ente reali, & diuidunt ipsum ens reale, & non ens in omni sua communitate: sed vniuersale pro per se significato, seu secundæ intentionaliter captum non continetur sub ente reali: neque illæ secundæ intentiones diuidunt ens reale: sed continetur sub ente rationis, quod est creatum, neque in creatum: non enim est increatum, quia solus deus est increatus: neque creatum, quia quod est creatum habet verum esse, quia creari est de nihilo in effectu produci.i. in verum esse produci: modo istæ secundæ intentiones, non habent aliquod verum esse, sed solum habent

Sco. q. 3. quotls. & in fi. sexte quæ.

B esse obiectiue in intellectu: quia secundæ intentiones non attribuuntur, nisi rebus cognitis, vt cognitæ sunt: modo res cognitæ, vt cognitæ sunt, non habent verum esse: ergo secundæ intentiones non possunt habere verum esse. Ideo sequitur quòd sicut res, quę producuntur in esse cognito, non producuntur productione reali: sic etiam istæ secundæ intentiones, quæ non sunt nisi respectus rationis, non producuntur productione reali, sed solum productione rationis, seu secundū quid: quia oportet illud, quod producitur ꝓductione reali, esse verum ens reale, cū sit terminus productionis realis; ideo qn̄ īnuitur ꝙ istę secundę intētiones causantur, debet intelligi capiēdo causari large, vt se extendit ad produci ſm quid. Ex isto sequitur sicut dictū est prius, ꝙ istę secundę intentiones non sunt proprie in aliquo subiectiue, neque inhæsiue, nisi forte secundum quid & improprie: neque habent esse proprie in primis, nisi denominatiue.i. denominant ipsas primas intentiones. Et quando dr̄, omne ens vel est deus, vel creatura: sed istę secundę intentiones non sunt deus: ergo sunt creatura, & per consequens substantia, vel accidens. Rn̄deo ad maiorē, quādo dr̄ oē ens vel est deus, vel creatura: ibi accipitur ens pro ente reali, & nō ut est commune enti reali & enti rationis: quia tunc esset fallacia ęquiuocationis, cum ens dicatur æquiuoce de ente reali, & de ente rationis.

C

D *Obiectio.*

Et si quis dicat, istæ secundæ intentiones sunt respectus rationis: ergo erunt accidens. Negatur cōsequētia: quia nō oportet tale ens rōnis; esse substantiā uel accidens. Et si iterū dicat, inter cōtradictoria nō est dare medium: sed ens & non ens contradicunt: ergo uniuersale pro per se significato erit ens, uel nō ens: sed nō est ens: ergo erit non ens: & ultra erit non ens; ergo erit nihil: & per consequens scientia de uniuersali erit de nihilo. Respondetur, quòd ens, & non ens contradicunt, capiendo ens pro ente reali, ut communiter accipitur: quia si caperetur pro ente, quod diuiditur in ens tale, & in ens rationis non esset contradictio, cum in æquiuocis nō sit contradictio: & tunc con-

E ceditur, quod est non ens: & etiam quòd est nihil, vt ly nihil conuertitur cum non ente, quod est contradictorium de ente reali: & ista non habeo pro inconuenienti: immo in bona logica oportet ista concedere: nec est mirum, nam multi concedunt, quòd rosa non existens, non est substantia, neque accidens, & quòd non est ens: & tamen multi concedunt, quòd de ipsa rosa non existente sit scientia.

Sco. 3. q. quotlib. in prin.

DVBITATVR primo, Vtrum tres quæstiones, a quarum terminatione voluit se abstinere Porphyrius: sint terminabiles per haditum logices. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd prædictæ quæstiones differunt inter se. Nam prima quæstio, quærit vtrum vniuersalia sint in intellectu, id est, quærit de esse ipsorum vniuersalium, scilicet vbi habeant se.

Art. 2. An logicus possit decidere quæstiones propositas, sed non solutas, à Porphyrio.

F Secunda quærit de quidditate, siue entitate ipsorum vniuersalium, scilicet vtrum sint corporea, vel incorporea. Et tertia quærit, qualiter se habeant ad singularia. i. vtrum sint separata a singularibus, vel vtrum sint in singularibus suis. Et aduerte quod Porphyrius mouendo istas quæstiones, mouet solum de generibus, & speciebus, intelligendo tamen per illa alia vniuersalia: de quibus eodem modo est dicendum. Et si quis quærat: quare Porphyrius illas mouet, cum tamen non soluat. Dicitur, quòd hoc est propter tres causas; prima ne aliquis crederet, quòd de vniuersalibus non possunt moueri difficiles quæstiones: Secunda est, vt reddat auditores attentos: Tertia est, ne videatur ignorare illas quæstiones. O

Supponuntur secundo, quòd aliquem artificem terminare aliquas propositiones, non est aliud, quàm ostendere veritatem illarum. Et possunt aliquæ quæstiones ostendi dupliciter. Vnomodo analytice. i. demonstratiue: & sic solum illa scientia habet terminare illas quæstiones demonstratiue & a priori, quæ constituuntur ex terminis & passionibus, pertinentibus ad illam scientiam: vt logicus a priori & demostratiue habet solum terminare quæstiones logicales, constitutas ex terminis logicalibus; quorum terminorum significationes non ignorat. Aliomodo possunt quæstiones terminari dialecticè, seu per rationes probabiles & a posteriori: tunc respondetur, quòd logicus non habet terminare illas tres quæstiones a priori & H demostratiue: quia tales quærunt de generibus & speciebus pro denominato: quæ non habet considerare logicus, nisi secundario, pro quanto eis attribuuntur intentiones logicæ: sed metaphysicus habet de illis cõsiderare: ideo talis habet terminare illas quæstiones analyticè & a priori: logicus tamen probabiliter & dialecticè potest terminare illas quæstiones cum ipse habeat viam ad omnia principia methodorum: & per ipsam possumus inquirere de principiis vniuscuiusque scientiæ. Aduerte finaliter quòd tales quæstiones mouentur de vniuersalibus pro denominato, & non de ipsis secundæ intentionaliter

A ter captis: quia de vniuersalibus secundæ intentionaliter captis non est magnum dubium: nam vniuersalia secundæ intentionaliter capta, sunt in intellectu, vel obiecto cognito, cum non sint nisi secundæ intentiones. Vnde aliquid dicitur esse in intellectu tripliciter. Vnomodo obiectiue: & sic omne vniuersale habet esse in intellectu. Vnde esse obiectiue in intellectu, nõ est aliud quàm illud, cognosci ab intellectu. Aliomodo aliquid dicitur esse in intellectu subiectiue, sicut sunt intellectiones, species intelligibiles, & sciẽtiæ. Aliomodo aliquid dicitur esse in intellectu: quia habet esse præcise in considerato. i. in obiecto cognito vt cognito. Vnde nihil dicitur esse præcise in

Esse in intellectu tripliciter contingit.

B cõsiderato, vt cõsiderato, nisi illa cõparatio, qua vnũ comparat ad aliud per actũ comparantis, scilicet intellectus. Et sic videtur esse mens Scoti in quarto, ꝙ secunda intentio non est nisi comparatio, qua vnum obiectũ cognitum comparatur ad aliud & talis comparatio, seu secunda intentio est in illo comparato seu obiecto cognito, saltem denominatiue, vel quasi subiectiuè. Et aduerte ꝙ ad considerandum & cognoscendum tale ens rationis seu secundas intentiones, oportet intellectum moueri a re ad extra. Ex quo sequitur, ꝙ si quis petat, vbi sunt istæ secundæ intentiones. Respondetur, ꝙ sunt primario in considerato. i. obiecto cognito comparato ad aliud: & secundario sunt obiectiue in intellectu, pro quanto secundario considerantur ab intellectu. Secundo dico, quòd

di. 1. q. 2.

talia vniuersalia non sunt corporea, nisi capiatur incorporeũ negatiue, vt tantum valet, sicut non corporeum. Tertio dico quòd talia vniuersalia non sunt in rebus singularibus saltem secundum aliquod verum esse possunt tamen bene esse in suis singularibus, sicut superius in suo inferiori. C

DVBITATVR secundo vtrum vniuersalia sint ponenda in rerum natura. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd de hoc dubio sunt duæ opiniones. Prima est opinio nominalium, quæ stat in aliquibus dictis. Primum, omnis res est singularis, & nulla est communis in pluribus existens, saltem, quæ sit creata. Secundum dictum, omne vniuersale est terminus communis, quia quicquid prædicatur est terminus: vniuersale prædicatur: ergo vniuersale est terminus. Tertium dictum, sicut triplex est terminus communis. s. mentalis vocalis, & scriptus: ita triplex est vniuersale. s. mentale, vocale, & scriptum. Mentale est conceptus vniuocè plurium representatiuus: vocalis est terminus cõmunis vocalis & vniuocus: scriptum est terminus communis scriptus & vniuocus. Quartum dictum, aliquid posse dici vniuersale põt intelligi dupliciter. Vnomõ in essendo, sic ꝙ sit realiter in pluribus: & sic nullũ est vniuersale. Aliomõ in significando, non ꝙ significet aliquid cõe, vel aliquã naturã cõem: sed quia plura immediate singularia significat: sicut iste terminus, hõ, de primario suo significato signat oẽs hoĩes mundi: & sic ponẽda D

An vniuersalia sint in rerum natura.

Ockã in 1. d. 2. q. 4. & 5.

 sunt

fiunt vniuersalia: & cũ hoc multa alia dicta ponunt, quæ in eorum libris possunt videri. Sed contra istam opinionẽ, quæ non vĩ esse de mente Aristotelis arguitur auctoritatib. & rõnib. Primo auctoritate Aristotelis in primo Perihermenias, dicens, ꝙ res vniuersalis est, quæ nata est esse in pluribus: dicitur etiam ꝙ vniuersale est, quod natum est esse in pluribus: & tñ hoc volũt negare. Secunda est ipsius Aristotelis in antepraedicamentis; dicentis, quòd secundæ substantiæ dicuntur de subiecto, & in subiecto nullo sunt: quæ tamen essent in subiecto, si vniuersalia non essent nisi termini; quia ipsæ secundæ substantiæ sunt vniuersalia. Probatur etiã auctoritate Aristotelis. 1. physico. dicentis: quòd illud quod vere est, vt homo, diuiditur in aliquod quod vere est, vt animal & bipes, sed non diuiditur in aliquod animal singulare: igitur oportet ponere aliquid commune reale. Item auctoritate Anselmi in epistola de incarnatione verbi: dicentis, ꝙ commoneudi sunt illi utique nostri temporis dialectici, qui non nisi flatum vocis vniuersalia appellant: & multæ aliæ auctoritates possunt contra eos adduci, quæ successiue in Aristotele videbũtur. Sed rationibus arguitur contra eos probando, quòd in re sit ponenda natura vel res: quæ de se non est vna numero. Prima, secluso omni actu intellectus plus conueniunt sortes & Plato, quàm sortes & Brunellus: sed illud, in quo conueniũt, non est vnum numero & singulare: quia in nullo singulari conueniunt: nec est terminus: quia circũscripto omni termino adhuc sortes & Plato conueniunt. Item secundum philosophum. 7. physicorum in specie atoma, id est indiuisibili per differentias formales fit comparatio: & non in genere; quia genus non habet talem unitatem: ergo species habebit aliam vnitatem, quàm genus; & sic iam omnia non erunt singularia; & talis vnitas speciei non est vnitas numeralis: q̃a in illa nõ fit cõparatio. Item obiectum adæquatum potentiæ uisiuæ est aliquod vnum, & non vnitate numerali: quia vel esset hæc albedo, vel hæc nigredo: quod est falsum. Item animal diuiditur per rationale & irrationale: sed non est aliquod animal singulare, quod diuidatur: igitur &c. Relicta ergo ista opinione tanquàm falsa, & non de mente Aristotelis, ponitur opinio Scoti, quæ stat in aliquibus dictis. Primum; vniuersale capitur dupliciter. Vnomodo secundæ intentionaliter, vt est vna secunda intentio, & sic non est hic ad propositum. Aliomodo capitur primæ intentionaliter, seu pro denominato: & hoc dupliciter. Primo pro denominato remoto: & sic communiter dicitur, quòd est natura absolute accepta: quemadmodum dicimus, quòd homo est vniuersale: & de isto etiam proprie non est hic ad propositum. Alio modo pro denominato propinquo: scilicet pro illo, quod dicitur actu vniuersale. Et de isto est vnum dubium: vtrum sit ponendum in rerum natura vel non. Secundum dictum, vniuersale

Cap. 6. *Cap. 2.* *Tex. ca. 81.* *Tex. ca. 29.* *Sc. in 2. di. 3. q. 1. & in 7. meta. q. 13.*

A uersale in actu, id est quod actu denominatur vniuersale, est conceptus obiectualis seu obiectũ cognitum, habens vnitatem indifferentem seu indeterminationem indeterminatione contraria, secundum quam ipsum idẽ est in potentia proxima, vt dicatur de quolibet supposito. Tertium dictum, ad hoc quòd aliquid dicatur actu vniuersale, oportet quòd sit vnum in multis & de multis, non actu, sed in potentia propinqua, sic quòd non sibi repugnet dici de pluribus & esse in pluribus. Quartum dictum, nihil dicitur esse in potentia propinqua, vt dicatur de multis prædicatione dicente, hoc est hoc, secundum vnitatẽ præcisam, quam habet in re. Quintum dictum, licet alicui existenti in re non repugnet esse in alia re ab illa, in qua est il-
B lud: tamen non potest dici de quolibet eius inferiori prædicatione dicente, hoc est hoc. Sextum dictum: illud, quod dicitur sic de multis prædicatione dicente hoc est hoc, seu quod dicitur vniuersale actu, est vnum obiectũ numero, seu habet unitatem numeralem obiecti: quia vnica intellectione cognoscitur: & secundum illam indifferentiam seu indeterminationem contrariam dicitur esse in potẽtia propinqua, seu prædicabile de quolibet singulari, dicente hoc est hoc. Septimum dictum, licet in re sit aliquod commune, quod non est de se hoc, & cui non repugnat esse hoc tale: tamen non est vniuersale in actu: quia deficit sibi illa indifferentia seu indeterminatio contraria, secundum quam ipsum idem vniuersale prædicabile est C de pluribus aliqua identifica prædicatione dicente, hoc est hoc. Et si quis dicat, quæ est ista indeterminatio, seu indifferentia. Dico, quòd est indeterminatio contraria, qua hoc sic est indeterminatum, vt vnica intellectione secundum conceptum quidditatiuum insit omni: & secundum talem indeterminationem contrariam tale obiectum est idem huic & illi. Et si quis petat, quæ est causa illius indeterminationis, qua obiectum habet esse completè vniuersale in intellectu. Respondetur primo, quòd intellectus agens, concurrens cum natura aliquo modo indeterminata ex se, est causa totalis illius indeterminationis, pro quanto causat speciem intelligibilem in intellectu posibili, quæ est repræsentatiua talis obiecti. D
Et si quis quærat, quare intellectus agens, & natura faciunt talem indeterminationem. Respondetur, quòd intellectus agens est talis potentia, & natura est talis natura. Ex omnibus istis patet, quod non sunt ponenda vniuersalia in rerum natura quantum ad esse completum vniuersalitatis, sicut multi putant: quia nullum tale ponimus actu nisi per intellectum. *Sc. in 2. di. 3. q. 1.*

DVBITATVR tertio vtrùm postquàm non sunt ponenda vniuersalia in actu præter intellectum, ponendæ sunt naturæ communes. Pro responsione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: substantia materialis vt humanitas, æquinitas, & lapideitas,

B non est de se vna numero; quia intellectus non posset eam intelligere sub opposito, nec sub ratione repugnante sibi: quod est falsum. Ex quo sequitur, ꝙ tali naturę sicut humanitati, quæ de se non est vna numero; nō repugnat determinari per aliam differētiā indiuidualem ab illa, per qua determinatur: Pro quo aduerte, ꝙ licet talis natura non sit de se hæc & vna numero: tamen nunquam est, quin sit vna numero denominatiuè & per accidens, puta per differentiam indiuidualē, ipsam sic determinantem. Vnde aliquid dicitur esse vnum numero tripliciter. Vnomodo per se primo, ut sunt differentiæ indiuiduales. Aliomodo ꝑ se, sed nō primo, vt indiuidua. Aliomodo denoīatiuè, & per accidens, sicut sunt tales naturæ cōes; seu significata formalia primaria terminorum cōium. Vnde quilibet terminus cōis in creaturis de significato primario significat aliquid, quod de se non est hoc; sed solum denominatiuè, & per accidens. Et si quis dicat, si illa natura, sicut humanitas, non est de se vna numero: habebit aliam vnitatem. Respondetur, ꝙ ex natura rei, & in re ponenda est aliqua vnitas minor vnitate numerali, quæ debet vocari vnitas naturæ secundū se: quæ est propria passio ipsius naturæ: quæ proprie non debet dici vnitas specifica, neq; generica, quia tales vnitates non sunt nisi per intellectum. Et si quis iterum dicat, nonne illa natura, quæ de se non est vna numero, est communis; Respondetur quod aliquid dicitur esse commune dupliciter. Vnomodo per realē existentiam, sic quòd realiter existat in pluribus: & sic dico, quòd in creaturis nihil est tale commune: nihil enim est in me, quod sit in Petro: ideo quando generatur Petrus, nihil eius in alio præfuit, nisi forte eius materia. Alio modo aliquid dicitur commune per indifferētiam: quia quantum est de se sibi non repugnat determinari per quancunque differentiam indiuidualem, etiā aliam ab illa, a qua determinatur; & sic humanitas dicitur eo modo communis: quia quātum est de se sibi non repugnat determinari per plures differentias indiuiduales. Non ponimus ergo naturas communes per realem existentiam in multis, sicut multi putant: immo quoblibet suppositū habet suā propriam naturam; vt quilibet homo habet suam propriam humanitatem, quo corrupto, corrumpitur eius humanitas. H Ideo fatua est illa imaginatio aliquorum ponentium, idem esse in inferno, & in paradiso. Et licet sint tot humanitates, quot sunt homines; tamē tantum est vna species hominis, puta vnū obiectū, quod denominatur species ab intellectu. Et si quis dicat, illi naturæ quantum est de se non repugnat determinari per aliam differentiā indiuidualem, concedo; ergo deus posset facere, quòd determinaretur per aliam, & sic posset facere, quòd natura mea determinaretur per aliam differentiam indiuidualem: dico negando consequentiam: quia est fallacia ſm quid ad simpliciter: licet

An naturæ cōes ponēda sint in actu.

Vnū numero tripliciter.

Instātia.

Instātia.

A cet enim naturę secũdum quid. .i. quantum est de se non repugnet determinari per aliam differentiam indiuidualem: tamen sibi simpliciter repugnat, puta ex parte differentię indiuidualis identificatæ, sibi realiter, per quam determinatur. Ex quo sequitur, ꝙ illa natura ex se nec est vna vnitate numerali, nec plures pluralitate sibi opposita, nec vniuersalis, nec particularis: licet tamẽ nunq̃ sit sine aliquo istorum: non tñ de se est aliquod istorum: sed est prius natura quolibet istorum: & ſm istã prioritatem naturalẽ quod quid est est, & obiectum per se intellectus: & sic consideratur à metaphysico & exprimitur ꝑ diffinitionem: & propõnes veræ primomodo sunt veræ ratione quidditatis sic acceptæ; quia ni-

B hil dr̃ de quidditate primomõ, nisi ꝙ essentialiter includitur in ea, ſm ꝙ abstrahit ab oĩ illo, qđ est posterius. Ex omnibus istis sequitur, ꝙ tot sunt humanitates, quot sunt singularia hoĩs: licet tñ non sit nisi vna species hominis. Sed contra hoc arguitur: Primo auctoritate Boetij: dicẽtis, omne quod est, ideo est, quia vnum numero est. Dicit ẽt Auicenna, ꝙ illud, quod est separatum ab intellectu est singulare. Respondetur, ꝙ iste auctoritates nihil aliud probant, nisi ꝙ omne, quod est, est singulare vel ꝑ se, vel denoĩatiuè, seu per accñs vt humanitas, & aĩalitas denoĩatiuè & realiter est vna numero, sed nõ per se: & sic possunt solui oẽs auctoritates, quæ vñr idẽ sonare, quas accipiunt nominales. Rationes ẽt eorũ nihil concludunt: q̃a probant, ꝙ

Sco. in 2. d. 3. q. 1.

In libro de vnita te, et uno.

non sint ponenda vniuersalia in rerum natura ꝑter intellectũ: & hoc concedimus: Vel ꝓbant, ꝙ nulla sit res, vel natura in pluribus: & hoc ẽt cõcedimus, ꝙ nulla est res creata in pluribus per realẽ existentiam. Ex omnibus istis possunt faciliter solui aliæ q̃ones Porphyrij. Prima in qua q̃ritur, vtrũ vniuersalia sint corporea vel incorporea: nã vniuersalia pro denominato propinquo propriè non sunt corporea neq; incorporea, cũ talia solum habeant esse per intellectũ: sed vniuersalia pro denoĩato remoto sic se habeant, ꝙ aliqua sunt corporea, & aliqua incorporea, hoc est ipsum corpus. Vnde aliquid dr̃ corporeum dupliciter. Vnomodo actualiter; alio mõ aptitudinaliter. Actualiter, qđ actu habet trinã dimẽsionem. s. longitudinem, latitudinẽ, & profunditatẽ, & sic oĩs res, q̃ habet extensionẽ, est corporea. Aptitudinaliter, quod natũ est habere illã extensionem. Et per contrarium aliqua dñr incorporea dupliciter. Vnomodo, q̃a actu non habent extensionẽ. Aliomodo, q̃a non sunt nata extendi. Et si quis dicat, de substantia & de ente, q̃ sunt vniuersalia pro denoĩato? Respondetur, ꝙ talia ꝑ se nõ sunt corporea neq; incorporea, sed solum permissiuè; q̃a inueniuntur in aliquibus corporeis, & in aliquib⁹ incorporeis. Et per hoc faciliter soluitur tertia quæstio, in qua quærit Porphyrius, vtrum vniuersalia sint in singularibus, vel separata à singularibus. Respondetur, ꝙ vniuersalia capta pro denominato remoto, realiter sunt in singularibus, cum sint idẽ realiter cum

C

Corporeũ & incorporeũ dupliciter.

D

Obiectio.

E moto, realiter sunt in singularibus, cum sint idem realiter cũ ipsis: tamen ex se non sunt in singularibus, neq; extra singularia: sed vniuersalia pro denominato propinquo: puta pro illo, quod actu dicitur vniuersale, quod habet solum esse per intellectum, non sunt in singularibus neq; extra singularia, nisi forte secũdum rationem, & intellectum. Quantum ad tertium sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis. Subiectum attributionis huius scientię est vniuersale secundę intentionaliter acceptum, attributum alicui limitato, vt est in potentia propinqua dici de pluribus, & esse in pluribus. Ad rationes. Ad primam dicitur, ꝙ omnis scientia realis est de vniuersali capto pro denominato: F sed non capto secunde intentionaliter. Ad secundam dicitur negando minorem: quia vniuersale habet passiones vniuersales, quæ dicuntur propria denominatiuè. Et dico vltra, ꝙ non est inconueniens, aliquid contentum sub specie, denominatiuè, esse conuertibile cum genere: vt prædicabile, quod dicitur esse proprium denominatiuè, est conuertibile cum vniuersali. Ad tertiam dicitur, ꝙ nec inquãtũ intentio, nec inquantũ denominatiuum primæ intentionis est subiectum huius scientię: sed inquantũ vniuersale, & sub rõne vniuersalitatis. Ad quartam dicitur, ꝙ vniuersale comparatur ad hęc quinque vniuersalia sub ratione generis: quia prædicatur in quid de ipsis, & ipsa differunt specie. Ad quintam patet solutio in primo articulo.

VIdetur autem neq; genus, neq; specie simpliciter dici: genus enim dicitur & aliquorum &c. G

ISTA EST pars executiua huius libri: in qua Porphyrius determinat de quinq; vniuersalibus. Et diuiditur in duos tractatus partiales. In primo determinat de quinq; vniuersalibus secundum se diffinitiuè & diuisiuè: in secundo determinat de ipsis comparatiuè. Primus tractatus continet quinque capitula, secundum quòd sunt quinq; vniuersalia. In primo capitulo determinat de genere. Et diuiditur in duas partes principales. In prima ponit tres acceptiones generis, ponendo istam conclusionem. Videtur autem neq; genus, neq; species simpliciter dici .i. vniuoce: sed æquiuoce. Secundam partẽ huius conclusionis: scilicet de æquiuocatione & multiplicitate speciei, relinquit Porphyrius vsq; ad sequens capitulum. Et quòd genus dicatur æquiuoce, probat ponendo tres acceptiones ipsius generis. Prima vero est, secundum quam genus dicitur collectio multorũ, quodammodo se habentium ad aliquid vnum, & ad se inuicem: vt collectio Romanorum dicitur genus isto modo, propter affinitatem & habitudinem adinuicem, & ad vnum principium, secũdum ad Romulum, per quod collectio Romanorum ab omni alia collectione distinguitur. Secunda acceptio generis est, secundam quam genus dicitur vniuscuiusque gene-

Diuisio hui9 par tis.

H

nera-

A nerationis principium siue sit ab illo, qui genuerit, videlicet a patre: vel a loco, in quo quis genitus est: & de vtroque dat Porphyrius duo exempla. Primum de patre, vt Orestem dicimus habere genus à Tantalo patre suo: secundum vt Hylum dicimus habere genus ab Hercule. Primum exemplum de loco, vt Pindarum dicimus Thebanum genere: quia natus ex Thebis. Secundum, vt Platonem dicimus Atheniẽsem genere, quia natus est Athenis. Quod autem locus sit genus: probat Porphyrius dicendo: Est enim patria principium generationis quemadmodũ pater: deinde comparat Porphyrius istas duas acceptiones adinuicem: dicens, quòd secunda acceptio generis est promi-
B ptissima.i. perfectior & magis vsitata, quàm prima: probat dupliciter. Primo: quia genus primo modum dictum causatur, & denominatur à genere secundomodo dicto: vt Romani, qui sunt genus primomodo dictum, descendunt & denominantur a Romulo, qui est genus secundomodo dictum: Romani enim dicuntur, qui ex genere Romuli descenderunt: & Cecropidæ, qui ex genere Cecropis. Secundo, quia genus secundomodo dictum est distinctiuum generis primomodo dicti: vna enim collectio genitorũ distinguitur ab alia per principium illius collectionis, quod est genus secũdomodo dictum: vt collectio Romanorum distinguitur per Romulũ ab alijs collectionibus; nanq; nos diuidentes, & ab alijs separantes, dicebamus omnem illam collectionem esse Romanorum genus. C
Tertia acceptio generis est, secundum quam genus dicitur, cui supponitur species, ad similitudinem duorum primorum modorum. Et primo ponit similitudinem cum genere secundo modo dicto: quia sicut genus secundomodo dictum, est principium multorum genitorum: ita & genus tertiomodo dictum est principium multarum specierum. Deinde ponit similitudinem cum genere primomodo dicto: nam sicut genus primomodo dictum, importat collectionem multorum genitorũ: ita genus tertio modo dictum, continet multitudinem specierũ. In secunda parte principali huius capituli eligit Porphyrius acceptionẽ gñis. de qua est hic ad ꝓpositũ; dicens, ꝙ cum D genus dicatur multipliciter.s.ꝑdictis trib.modis: de genere tñ tertiomõ ẽ hic sermo apud philosophos, quod sic describitur. Genus est, quod ꝓdicatẽ de pluribus differentibus specie in eo quod quid. Pro cuius declaratione ꝓmittit Porphyrius hanc diuisionem. Eorum q̃ ꝓdicanẽ, q̃dã ꝓdicanẽ de vno solo, vt socrates, & hic, & hæc, & hoc: alia ꝓdicantur de pluribus: vt gña, species, dñẽ, propria, & accñtia: genus quidem vt aĩal: species vt homo: differentia vt rationale: proprium vt risibile: accidens vt album, nigrum. Deinde declarat Porphyrius dictam diffinitionem: per hoc enim ꝙ ponitur prædicatur de pluribus, differt genus ab indiuiduo, quod de vno solo prædicatur: & differt à specie ꝑ hoc

quòd

E quòd dicitur de pluribus differentibus specie: species enim, vt homo, solum de indiuiduis ꝑdicatur: à proprio differt, quia proprium de una sola specie, & indiuiduis, quæ sub ipsa sunt, ꝑdicatur: vt risibile de homine & indiuiduis eius: à differentia vero, & accidente differt ꝑ hoc, quòd ipsa prædicantur in quale, genus vero in quid. Primam partem probat, quia per differētiam & accidens conuenienter respondetur ad interrogationē, factam per quale: vt si quærat qualis est homo, conuenienter respondetur ꝙ est rationalis: & si quæratur qualis est coruus, conuenienter respondetur niger: ideo prædicatur in quale. Secundam partem probat, quia per genus conuenienter respondetur ad interrogationem, factā F per quid de specie: vt si quæratur, quid est homo, conuenienter respondetur, ꝙ est animal. Ex istis concludit Porphyrius, quòd prædicta descriptio generis nihil superfluum continet nec diminutum: quare ipsa est bona.

An genus sufficienter sit distinctum, & definitum.

QVAERITVR vtrum acceptiones generis, & diffinitiones generis sint sufficienter assignatæ. Arguitur primo contra primam partem: Nullius vniuoci sunt plures acceptiones sed genus est vniuocum (alias non esset vniuersale proprie dictum) ergo ipsius non sunt plures acceptiones. Sed ꝙ sint insufficienter assignatæ, probatur; quia philosophus. 5. metaph. ponit plures acceptiones generis quàm tres: ergo. Secundo sic, G contra primam diffinitionem: illud, quod continetur æqualiter cum altero sub aliquo tertio, non supponitur illi alteri; sed species continetur æqualiter cum genere sub vniuersali: cum sit species vniuersalis, vt dictū est: modo species eiusdem generis æqualiter continentur sub genere; ergo. Tertio sic: Prima diffinitio generis conuenit aliis à diffinito; ergo non est bona: Antecedens probatur quadrupliciter. Primo quia conuenit enti, quia enti supponitur species. Secundo, quia differentiæ etiam supponitur species. Tertio, quia diffinitioni supponitur species. Quarto, quia cœlo supponuntur omnes species istorū inferiorum: & tamen nullum istorum est genus: ergo. Quartò; Si secunda diffinitio generis H esset bene assignata, vel per eā diffiniretur intentio generis, vel res subiecta intentioni, vel aggregatum ex vtroque, non tertium; quia est ens per accidens, cuius nòn potest esse diffinitio; nec secundum: quia logicus nō habet diffinire primas intentiones seu res subiectas: quia aliàs esset artifex realis: nec primum quia intentio generis non ꝑdicatur de pluribus differentibus specie, cum sit species specialissima. Item cum dicitur, genus est, quod prædicatur: ibi talis terminus, genus, cum sit terminus cōcretiuus, debet supponere de vi logices pro re subiecta: ergo videtur quòd res subiecta ibi diffiniatur. Quinto sic: secunda diffinitio generis conuenit alijs à diffinito: nam conuenit enti; etiam non conuenit omni

6. Met. phy. 4.

A omni contento sub genere; cum species contineatur sub genere, cui talis diffinitio nõ conuenit. In oppositum arguitr auctorita te Porphyrii ponentis illas acceptiones generis, & diffinitiones. In quæstione sicut in alijs erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1.

Generis duplex acceptio.

PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione acceptionum generis supponitur primo, quòd genus accipitur dupliciter. Vno modo generaliter, pro quodã communi ad tres acceptiones positas in textu: & sic genus dicitur multipliciter seu æquiuocè de illis trib⁹ acceptio tribus. Aliomodo capitur specialiter, & hoc maxime pro tertio membro seu pro tertia acceptione generis, in qua dicitur; genus est, cui supponitur species; & sic non est æquiuocum, sed vniuocum. Secundò supponitur, ꝙ ad genus primo modo dictum, tria requirũtur, primo ꝙ sit collectio multorum: secundo ꝙ illa multa habeant habitudinem affinitatis adinuicem & aliquid vnum; idest ad vnum principiũ eorum: defectu cuius cumulus lapidum non dicitur genus primo modo: quia lapides nõ habent affinitatem adinuicem, neque ad vnum principium: tertio requiritur, ꝙ talis collectio distinguatur ab aliis generibus ꝑ ipsum. Ex quo sequitur, ꝙ in genere primo modo dicto, reperiũtur tres respectus seu tres habitudines: primus est respectus æquiparantiæ, qui est illorũ multorum adinuicem; secundus est suprapõnis, qui est ipsius principij ad illa multa, tertius est suppositionis, qui est illorum multorum ad ipsum principium. C Tertio supponitur, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit genus secundo modo dictum, requiritur ꝙ sit principium effectiuum, vel conseruatiuum illius geniti. Et notanter dicitur primum conseruatiuum; nam locus non est principium productiuum rei genitę, licet bene sit principium conseruatiuum rei genitæ, ratione qualitatum & influẽtiarum cœlestium. Ex quo sequitur: quòd non accipitur locus pro superficie corporis continentis rem locatam; sed magis pro aggregato ex illa superficie & qualitatibus seu influentijs corporũ cœlestium. Sequitur secundo, ꝙ materia & forma non debent ꝓ priè dici genus secundo modo, neq; etiam finis: cum non sint principia effectiua. Tertio patet, ꝙ tẽpus non est genus hoc D secundo modo: quia est magis causa corruptionis, quàm generationis, pro quanto duratio rei facit ipsam elongari à suo principio & appropinquare ad finẽ suum. Quarto sequitur ꝙ mater dicitur bene genus secundo modo: quia est principium actiuũ generationis. Quarto supponitur, quòd à Porphyrio præter acceptionem generis logici, solum enumerantur acceptiones generis, ad quarum similitudinem sumitur genus logicum: & quæ magis propinq; faciunt ad eius cognitionem. Ex istis sequitur, quòd acceptiones generis sunt sufficienter assignatæ: & ꝙ genus tertio modo dictum, est vniuocum: sed genus commune ad tres acceptiones est æquiuocum, & tale non diffinitur.

Sco. in 3. d. 4. q. 1.

E SECVNDO sciendũ, quòd pro declaratione primæ diffinitionis ponitur secundo hæc distinctio. Aliquid supponitur generi dupliciter. vnomodo directè, vt species & indiuidua; & aliqd indirectè siue lateraliter, vt differentiæ. Directè adhuc dupliciter. s. mediatè, & immediatè: mediatè vt sunt indiuidua; immediatè vt species. Tũc dicitur, ꝙ intellectus primæ diffinitionis generis est iste: Genus est vniuersale, cui directè & immediatè supponitur species: licet enim differentia indirectè supponatur generi, non tamen directè: licet etiam indiuiduum supponatur generi mediatè, non tamen immediatè.

Supponi generi dupliciter.

Sed pro declaratione secundæ diffinitionis supponitur primo, ꝙ hoc nomen, quod, potest tripliciter sumi. Vnomodo relatiuè quemadmodum in diffinitione generis capitur. Alio modo indefinitè. Tertio modo interrogatiuè. Supponitur secundo, quòd hoc nomen, pluribus, potest capi dupliciter. Vnomodo positiuè, & sic idem est ꝙ multis: & sic accipitur in diffinitione, quando dicitur: genus est, quod prædicatur de pluribus, idest de multis. Alio modo comparatiuè, vt importat excessum: & sic nõ capitur hic, quia tunc sensus esset, quòd genus prædicaretur de aliquibus differentibus plusquam specie; vel de aliquibus, & non de tot quin de alijs. Tertio supponitur quòd hæc coniunctio, &, potest teneri dupliciter. Vnomodo copulatiuè: aliomodo expositiuè, vt idem est, quòd id est, & sic capitur hic. Quarto supponitur, quòd iste ablatiuus specie, accipitur in diffinitione primè intentionaliter. Ex quo sequitur, quòd diffinitio generis est data per additamentum, cum in ea ponatur aliquid, quod non sit de ratione generis intrinseca. Ex istis dicit, ꝙ intellectus secundæ diffinitionis est iste: Genus est vniuersale, quod prædicatur: id est natum est prædicari prædicatione signata immediatè & directè de pluribus. i. de multis differentibus specie in eo quod quid. Et aduerte ꝙ istæ duæ diffinitiones dãtur de genere: prima datur de genere secundum quòd est genus, & ut sic dicit respectum ad speciẽ: secunda datur de genere secundum quòd est vniuersale, & vt sic respicit speciem sub ratione subijcibilis. Ex quo sequitur ꝙ istæ duæ diffinitiones dantur de genere secundum diuersas habitudines: non est autem inconueniens aliquam secundam intentionem ſm diuersas habitudines habere duas diffinitiones saltem datas per additamentum.

Q', tripliciter capitur.

F

Pluribꝰ, dupliciter.

Et, dupliciter tenetur.

G

Ita enim est in omnibꝰ diffinitionibꝰ relatiuorũ & relatiuorũ. Sco. l. 4. d. 1. q. 2. in fin. de 3. princ.

H

TERTIO sciendum, quòd circa prædictas diffinitiones incidunt aliquæ difficultates. Prima: an diffinitio generis data in ratione vniuersalis sit quidditatiua vel descriptiua. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd diffinitio quidditatiua est duplex: quædam est purè quidditatiua, cuius omnes partes pertinent ad quidditatem diffiniti, sicut ista: homo est animal rationale. Alia est qnidditatiua data per additamentum, in qua additur

An definitio generis sit quidditatiua.

A tur aliquid extrinsecum diffinitio: & talibus diffinitionibus diffiniuntur omnes secundæ intentiones; & etiam omnia accidentia respectiua, & etiam absoluta: nam accidens absolutum siue in concreto siue in abstracto non potest diffiniri complete & diffinitione quietante intellectum sine termino siue dependentiæ, qui est subiectum. Et siquis dicat, habet genus & differentiam: concedo: & potest intelligi quantum ad quodlibet eius: nihil intelligendo de sua dependentia vel termino illius dependentiæ: concedo: ergo potest habere diffinitionem quidditatiuam, non datam per additamentum. Respondeo, quòd potest bene assignari aliqua ratio per essentialia, indicans totam essentiam illius: sed

Obiectio.

B illa propriè non esset diffinitio; quia non esset expressiua perfecti conceptus eius, neque quietatiua intellectus: Et aduerte quòd duplex est diffinitio purè quidditatiua: quædam est, cuius omnes partes pertinent ad quidditatem diffiniti, sed non vt genus & differentia: vt diffinitiones generum generalissimorum, quæ dantur per ens, & modū intrinsecum ipsorum. Alia est, quæ datur per genus & differentiam; & de illa communiter dicitur, quòd sola species diffinitur: & ibi capitur species tam pro specie specialissima, quam subalterna. Secundo supponitur quòd ad hoc quod aliquid sit proprie diffinibile diffinitione quidditatiua, quinque conditiones requiruntur. Prima, quòd sit ens positiuum: & per hoc ex-

Definitio pure quidditatiua dup'ex.

C cluduntur non entia, & etiam priuatiua. Secūda, ꝙ sit ens per se vnū: & per hoc excludunt̄ entia per accĩs: vt hō albus, hō niger: q̄ non hn̄t ꝓpriè diffinitio nē quidditatiuā. Tertia, ꝙ sit ens reale, i. cui nō repugnet hr̄e verum esse: & per hoc excluduntur entia rōnis: cuiusmodi sunt secundæ intentiones, quæ solū diffiniuntur diffinitione data ꝑ additamentum. Quarta, ꝙ sit vniuersale: & per hoc excluduntur omnia singularia: quorum dr̄iæ nō pn̄t dici quidditates: cū de rōne quidditatis sit, ꝙ sit cōicabilis. Quinta, ꝙ sit compositū, i. ꝙ nō sit ens simpliciter simplex: & per hoc excluduntur simpliciter simplicia: cuiusmodi est ens, dr̄iæ vltimæ & etiam propriè passiones. ¡Ex his dr̄ primo, ꝙ diffinitio gn̄is data in rōne ꝑdicabilis, est quidditatiua data per additamentū: quia in ea ponitur ille ablatiuus specie, qui supponit pro fundamento correlatiui generis; qđ nullo modo pertinet ad quidditatem generis. Ex quo sequitur, ꝙ diffinitiones secundarum intentionum sꝑ dantur per additamentū. Et si quis dicat: Porphyrius dicit, quòd diffinitio generis est descriptiua: debet intelligi, non est pure quidditatiua.

Vide Sc. in 4. d. 1. q. 2.

D

Obiectio.

QVARTO sciendū, ꝙ circa textum incidit vna difficultas: qūo intelligitur, ꝙ genus prædicetur de pluribus differentib⁹ specie: & ꝙ genus saluat̄ in vna specie. Et arguitur primo, ꝙ genus non prædicatur de pluribus dr̄ibus specie: ista est falsa, genus de omni specie ꝑdicat̄: ergo ista est falsa, genus ꝑdicat̄ de plu-

An genus ꝑdicetur ...ebus, et an saluatur in vna specie.

E tenetur comparatiuè, sed positiuè: vt visum est: & ly specie nō regitur de ly pluribus, sed de ly differentibus. Et est regula: quòd quando comparatiuus ponitur in oratione sine ablatiuo recto ab eo, tunc tenetur positiuè: ideo ly specie, regitur de ly differentibus. Et si quis dicat: ergo supponit confusè & distributiuè: quia terminus rectus ab ista dictione differt, & differens, supponit confusè & distributiuè. Dicitur quòd verum est si regatur mediante propositione à vel ab. Sed quo ad secūdam partem in qua quæritur, vtrum genus possit saluari in vnica specie? Respōdetur quòd saluari in vnica specie potest tripliciter intelligi. Vnomodo secūdum existentiā. Aliomodo secundum potentiā.

F Tertiomodo secundum aptitudinem. Secundum existentiam dico, quòd genus potest saluari in vnica specie. Patet: quia destructis omnibus speciebus dempto homine, adhuc homo est aīal: & bene sequitur, homo est: ergo animal est. Sed dubium est quid diceret Arist. vtrum omnes species possent destrui dēpta vna, cum sint de integritate vniuersi. De secundo dr̄ quòd genus secundum potentiam potest saluari in vnica specie: nam deus potest facere quòd omnes species destruant dempto homine: & tn̄ ibi erit animal: ergo genus secundum potentiam potest saluari in vnica specie. De tertio dr̄: quòd genus secundum aptitudinem nō potest saluari in vnica specie, saltem terminatiuè: sic quòd non sit aptum natum esse in pluribus specieb. nam in qualibet specie de se natum est esse in pluribus, & prædicari de pluribus. Et dicit notanter terminatiuè: quia fundamentaliter talis aptitudo potest saluari in vnica specie: cū animalitas, à qua non distinguitur talis aptitudo, possit saluari in vnica specie. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

G

DVBITATVR primo. vtrum hic diffiniatur intentio generis, siue res subiecta intentioni. Et arguitur primo quòd diffiniatur genus pro denominato: quia illud hic diffinitur, quod prædicatur in quid de pluribus differentibus specie: sed res subiecta, seu genus pro denominato est huiusmodi: vt patet de animali, quod prędicatur in quid de homine & de boue; ergo hic non diffinitur intentio generis, sed res subiecta. Secundo sic: Illud, quod hic diffinitur, prædicatur de pluribus differentibus specie: sed genus pro per se significato non prædicatur de pluribus differētibus specie: sed solum differentibus numero: cum sit species specialissima vniuersalis. Tertio sic: Genus & species sunt species disparatæ: ergo vnum non debet diffiniri per reliquum: cum vna species disparata non diffiniat per aliam. Confirmatio: quia totus processus Porphyrij non videtur esse nisi dę re subiecta intentioni, vt patet ex suis exēplis. In oppositum arguitur primo sic: illud diffinitur à logico, quod per se consideratur ab eo: sed res subiecta intentioni non consideratur per se a logico, sed solum per accidens, pro quanto sibi attribuitur aliqua intentio. Secundo sic; illud quod diffinitur hic, debet esse vniuocum:

Artic. 2.

An intentio generis, vel res subiecta diffiniatur.

H

Sco. q. 6 quotlib. quòd intentio generis in colore & aīali nō differunt nisi numero.

Scot. in 4. d. 1. q. 2. in fin. 2. princ.

A cum: sed nulla res subiecta intentioni generis est vniuoca ad omnia illa, quæ dicuntur genus: igitur. Item si hic diffiniretur res subiecta intentioni: quæro de illa: vel esset animal, vel color, vel substãtia, vel quantitas, & sic de aliis: sed nullum istorum est dicendum: quia qua ratione diceretur vnum, eadẽ ratione dicendum esset & reliquũ. Si dicas, ꝙ quodlibet istorum diffinitur. Probatur ꝙ nõ: quia, tunc diffinitum non esset conuertibile cum diffinitione, cum diffinitum non esset aliquid vnum, & tamen diffinitio esset vna. Pro solutione ponũtur aliqua dicta. Primum: hic diffinitur genus pro per se significato concretiue designato: ut probant istæ rationes. Pro cuius declaratione dicitur secũdo, quòd genus potest accipi tri-

B pliciter, sicut & alia concreta. s. pro per se significato: vt est secunda intentio causata per actũ comparatiuum intellectus. Secundo accipitur genus pro denominato, quod est prima intentio; vt animal, de quo verum est dicere quòd est genus. Tertio accipitur pro aggregato ex prima intentione & secũnda. Et istæ acceptiones fiunt per intellectum; & istis duobus modis vltimis non accipitur ibi genus, sed primomõ: vbi tamẽ forte de rigore logices deberet accipi pro re subiecta, cum concreta de rigore logices supponant pro rebus subiectis; de hoc tamen dictum est in summulis in capitulo de genere, quomodo virtute intellectus terminus pt stare pro suo formali significato. Dicitur tertio, ꝙ prædicari

Sco. in 1. distin. 23. Vide Sc. in 1. d. 4. q. 2. d. Videtur esse distinctio Okã et Gregorij ponẽtiũ se das intẽtiones eẽ cõceptus, signantes alios conceptus, rõne cuius hmõi pdicationes, s. gen' ĩe, qđ pdicatur &c. dicuntur esse signata, quasi signantes illa, q̃ pdicatioẽ exercita de pluribus &c. pdicãtur: sed meli' Scotisti. i. dicuntur eẽ fundamẽtales pdicationes.

per se conuenit' secundis intentionibus: & per accidens rebus subiectis: quia prædicari est terminus secundæ intentionis, importans secũdam intentionem: ideo per se non potest dici de primis intentionibus; esse tamẽ per se conuenit primis intentionibus; & exercet illud in primis, quod prædicari signat in secundis. Ex quo sequitur probabiliter, quòd nomina concreta secundæ intentionis respectu huius prædicati, prædicatur; supponunt pro denominato vel subiecto respectu huius, quod est esse. Pro cuius declaratione dicitur quarto, ꝙ prædicatio est duplex; scilicet exercita & signata. Exercita, quæ fit mediante isto verbo, est: vt homo est animal. Signata, quæ fit mediantibus istis verbis, dicitur prædicatur, affirmatur, verificatur; vt cum dicitur; genus præ-

Prædicatio duplex.

D dicatur de specie; superius affirmatur de suo inferiori. Et aduerte, ꝙ prædicatio signata in intentionibus secundis non potest exerceri in eisdem, nisi forte in his, quæ se habent sicut superius & inferius; vel vt subiectum & propria passio; Primũ pa[t]et, quia ista prædicatio signata, genus prædicatur de specie; male exercetur per istam, species est genus. Secundum patet; quia ista: genus prædicatur de hoc genere: conuenienter exercetur per istam, hoc genus est genus: & ista, prædicabile prædicatur de vniuersali, per istam vniuersale est prædicabile. Ex hoc infertur ꝙ prædicatio signata in intentionibus secundis desperatis exercetur in primis, vt ista genus prædicatur

G de specie, exercetur per istam, homo est animal. Secundo infertur, ꝙ à prędicatione signata in secundis intentionibus ad prædicationem exercitā in primis, non est consequentia formalis: quia stat antecedens esse verum, consequente existente falso: vt prædicabile prædicatur de vniuersali est signata, & tamen non exercetur in primis. His suppositis dicitur primo, ꝙ illud, quod hic diffinitur, non est res subiecta intentioni generis: vt probatum est. Secundo dicitur, quòd hic diffinitur intentio generis concretiuè designata: quia illud hæc diffinitur, cui per se inest diffinitio: sed hoc est tantum intentioni secundæ, eo ꝙ in diffinitione ponuntur prædicata intentionalia, quæ per se
F primoinsunt intentioni, & rei subiectè per accidens. Ideo dr̃ tertio, ꝙ res subiecta intentioni est illud, in quo exercetur diffinitio intentionis. Ad rõnes alterius opinionis. Ad primam dicitur, quòd res subiecta bene prædicatur in quid de specie ṗdicatione exercita: tñ genus bene potest prædicari prædicatione signata. Ad secundam dicit, ꝙ licet intentio generis, nō prædicetur prædicatione exercita, nisi de differentibus numero: tñ prædicatione signata bene prædicatur de differentibus specie. Ad tertiam dr̃: negando antecedens: nam in respectu vniuersalium disparatum bene potest diffiniri per suū terminum, seu per fundamentum alterius disparati: & hoc saltem diffinitione data per additamentum. Ad quartam dicitur, quòd processus Porphyrij datur de manifestioribus nobis: ideo illa exemplificat per primas intentiones: non quia de ipsis dederint diffinitiones: sed quia per eas exercentur, quæ per secundas intentiones importantur.

Dvbitatvr secundo vtrum illa sit concedenda, genus est genus: & vtrum de rigore sermonis illæ debeant concedi: animal est genus, homo est species, rõnale est differentia. Ad primum, respondetur per distinctionem: quia hæc ꝓpositio, genus est genus. potest habere sex sensus. Primus est, secundum quem ille terminus, genus, tenetur vtrobiq; pro denominato. Secundus est, secundum quem tenetur vtrobiq; ꝓ per se significato. Tertius est, secundum quem genus in subiecto accipitur pro denominato, & in prædicato pro per se significato: & tunc talis est denominatiua, sicut ista, animal est genus. Quartus est, secundum quem genus a parte subiecti sumitur pro per se significato, & in prædicato pro denominato: & talis prædicatio est similis huic, genus est animal. Quintus est, secundum quem genus vtrobique sumitur pro per se significato: sed à parte subiecti sumitur vt quid: & in prædicato, vt modus. Sextus est, secundum quem genus accipitur pro per se significato, sed in subiecto accipitur, vt modus, & in prædicato, vt quid. Ex istis sequitur primo, ꝙ hæc propositio, genus est genus, in quatuor primis sensibus potest concedi. Dicitur secundo, ꝙ hæc propositio, genus est genus

Art. 2.

Genus 'genus' an sit concedendum.

H

A nus, in quinto & sexto sensibus est falsa: quia tunc denotatur, quòd genus pro per se significato prædicatione exercita prædicetur de pluribus differentibus specie: quod est falsum, cum sit species specialissima. Ad secundam partem dubij dicitur ab aliquibus, quòd tales propositiones, homo est species, animal est genus, sunt distinguendæ pœnes secundum modum æquocationis: eo quòd subiecta earũ possunt supponere personaliter & simpliciter. Vnde dicunt quòd si supponãt pro re ad extra, sunt falsæ: sed pro intentione animæ, seu concepto animæ, sunt veræ, & supponunt materialiter. Aliter tamen respondetur, ꝙ tales propositiones sunt simpliciter concedendæ, secundum quòd subiecta earum supponunt simpliciter pro significato adæquato

B secundum se capto termini communis. Vnde data est regula in summulis; quòd terminus acceptus respectu prædicati, vel subiecti ponẽtis differentiam inter superius & inferius, supponit simpliciter pro significato adęquato: ideo subiecta istarum propositionum supponunt simpliciter: neq; de rigore sermonis sunt distinguendæ: nam talia prædicata intentionalia faciunt subiecta supponere pro significatis adæquatis: vt sunt in potentia propinqua, vel remota de pluribus prædicari, vel non prædicari: & hoc virtute illius regulæ: talia sunt subiecta, qualia permittuntur a

Quæsitũ. prædicatis suis. Sed quæreret aliquis, qualiter supponit species in ista, homo est species: similiter genus in ista propositione, animal est genus. C Respondetur communiter, quòd supponunt personaliter pro quibusdam secundis intentionibus, concretiuè designatis. Sed contra hoc arguitur, concretum debet supponere pro significato materiali: sed isti termini sunt termini concretiui: igitur. Item, dicendo homo est pater, homo est albus: ibi prædicata supponunt pro significato materiali. Item cuiuslibet propositionis affirmatiuæ veræ subiectum & prædicatum debent supponere pro eodem: ergo etiam ibi supponunt pro eodem. Item si species supponere pro secunda intentione, concretiuè designata, ista esset concedenda, homo est secunda intentio concretiuè designata: quia quando aliquis terminus supponit pro

D aliquo sub aliquo modo: tunc terminus illius, pro quo supponit, sumptus cum illo modo verificatur de illo, de quo verificatur ille terminus: sed species supponit pro secunda intentione concretiuè designata: ergo secunda intentio cum isto modo concretiuè designata verificatur de illo, de quo verificatur species. Propter istas rationes dicunt aliqui, & magis logicaliter, & de rigore sermonis, quòd species supponit pro illo pro quo supponit subiectum, connotando illud subiectum habere talem secundam intentionem: sicut dicendo, Petrus est albus; ly albus, supponit pro Petro, connotando ipsum habere albedinem. Ex isto sequitur ꝙ isti *Sco in 1. d. 23. q. vnica.*

E termini sunt coucretiui, genus, species, differentia &c. Et ideo ista non est concedenda de rigore, species est secunda intentio: nisi caperetur istud complexum, secunda intentio, concretiuè: sed debet dici, species est vnum intentionale. Et quòd sint concretiui, patet: quia nullus terminus abstractiuè sumptus videtur prædicari denominatiuè de aliquo subiecto: nunquam enim conceditur ista, Petrus est albedo, Petrus est filiatio: similiter istæ nunquam cōceduntur, homo est species, animal est genus: si tales termini essent abstracti: ideo necesse est, ꝙ sint termini concretiui, & etiam sint connotatiui.

De differentia indiuidua. DVBITATVR tertio vtrū natura communis, quam ponimus communem per indifferentiam: & determinatam per differentiam indiuidualem: distinguatur realiter a differentia indiuiduali, per quam sic determinatur, & contrahitur. *F* *h. vide Sco. in 2. d. 3. q. 6.* Respōdetur breuiter, quòd non: sed sunt idem realiter, licet formaliter distinguantur. In oppositum arguitur: quandocunque aliqua duo sic se habent, quòd aliquid verè affirmatur de vno, & illud idem uerè negatur de alio, illa distinguuntur realiter: sed sic est, quòd aliquid verè affirmatur de natura communi, & illud idem negatur de differentia indiuiduali: ergo illa distinguuntur realiter. Minor probatur: quia de natura communi affirmatur cōmunicabile, & idem negatur de differentia indiuiduali: quia ista est vera, differentia indiuidualis non est communicabilis.

Pro solutione ponuntur aliquę propositiones. *G* Prima: quæcunque distinctio alicuius res sufficit ad hoc, ꝙ de illo possint verificari contradictoria. Secunda propositio, quæcunq; distinctio sufficit ad hoc, ꝙ contradictoria non verificentur de eodem. *Scot. ī 4. q. 1.* Tertia propō: ad hoc ꝙ contradictoria debeant verificari de eodem, requiritur ꝙ verificentur de eodem singulare omnimoda identitate idem: & ideo posset negari simpliciter maior. Sed contra hoc replicatur: inter contradictoria est æqualis repugnantia: sed aliqua contradictoria includunt distinctionem realem aliquorum duorum: ergo & omnia. *Q̄nō inter cōtradictoria est distātia infinita: vide Sc. 4. q. 1* Minor ꝓbatur: quia bene sequitur, a est ens, & b est non ens: ergo a & b distinguuntur realiter: ergo ēt bene sequitur, natura communis est communicabilis, differentia indiuidualis est non communicabilis: ergo natura communis & differentia indiuidualis distinguuntur realiter. *H* Respondetur, ꝙ inter cōtradictoria est æqualis repugnantia respectu alicuius singularis omnimoda identitate idē: sed non oportet ꝙ sit ęqualis repugnantia respectu aliquorum adinuicem, saltē in inferendo distinctionem illorum. *Sco. vlt. q. prolog. soluit tale argu. art. 2. de theologia cōtingentium.* Tertio sic: q̄cunq; aliq̄d oppositum dr de aliquo siue ꝑ se siue per accidens, reliquū nō ꝑt de eodem verificari: sed vnitas numeralis realiter conuenit naturę: ergo eius oppositum videlicet communicabilitas non conuenit ipsi naturæ: & per consequens ista est falsa, natura est communicabilis. Et si dicatur: singularitas seu vnitas numera-

A meralis,& cõicabilitas non opponuntur,nec repugnant eidẽ. contra: si consequentia ad aliqua añtia repugnant, & añtia repugnabunt: sed bene sequit, hæc res est vna vnitate, minori vnitate numerali: ergo est multiplicabilis: vnde bene sequit, hæc res est vna vnitate numerali: ergo non est cõicabilis: ergo sequitur ꝙ vnitas minor vnitate numerali, & vnitas numeralis opponuntur. Rñdet ꝙ non sequitur gratia formæ, hæc res est vna numero: ergo non est multiplicabilis: sed bene sequitur,hæc res est per se vna numero: ergo non est multiplicabilis. Etiam non est inconueniẽs opposita dici de aliquo: vnum per se,& aliud per accidens: qa tunc non sunt opposita. Quarto sic: nam cõis multiplicatur ad B multitudinem suppositorum,& determinatur per hmõi drias: ergo erunt tot species specialissimæ hominis,quot erunt humanitates. Respondetur negando consequentiã: & ratio est; quia licet natura ꝟm eius propriam vnitatem,quã habet in re,sit cõmunicabilis: tñ non est vniuersale,neq; species: sed requiritur ꝙ sit prædicabilis, & ꝙ sit sub indifferentia quasi contraria ad omnes alios conceptus; modo ista non habet nisi in intellectu: igitur. Quinto sic: omnis natura communis est communicabilis: sed differentia indiuidualis est natura communis: ergo differentia indiuidualis est communicabilis. Respondetur ꝙ si maior sit de omni, consequentia est bona; sed sicut conclusio est falsa,ita & maior:cum sit sensus, de quocunque verum

Sco.in 2. d.3.q.1.

Non pōt maior identitas concludi in conclusione extremorũ, quàm sit identitas eorum ad mediũ in pmissis. q.5. quot lib.art.1.

est dicere, ꝙ est natura communis: de illo verum est dicere,ꝙ est communicabile,quod est falsum:posset etiam negari minor: & hoc si natura communis & differentia indiuidualis accipiãtur abstractiuè. Sexto sic; bene sequitur,hoc est communicabile: demonstrando per ly hoc, naturam communẽ: & hoc est dria indiuidualis: ergo dria indiuidualis est communicabilis. Consequentia patet per syllogismum expositorium. Responde tur ꝙ nõ est bonus syllogismus expositorius; quia a maiore ad vnam de omni,non est bona cõsequentia:quod tñ requiritur ad bonum syllogismum expositorium. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Conclusio responsalis: Acceptiones & diffinitio, nes generis sunt sufficienter assignatæ in textu;vt patet ex dictis in duobus articulis. Ad rationes ante oppositum quæstionis. Ad primam dicitur, ꝙ licet genus tertiomodo dictum siue acceptum sit vniuocum: non tamen genus acceptum, vt est commune ad treseius acceptiones: immo est sic æquiuocum. Et ad illud, quod subiungitur, dicitur quòd Porphyrius noluit hic enumerare oẽ acceptiones generis, sed solũ illas enumerat,ad quarum similitudinem sumitur genus logicum. Ad secundam dicitur, ꝙ species in actu exercito non subiicitur generi, capto pro per se significato, licet bene in actu signato. Ad tertiam dicitur negando antecedens: & ad primam probationem dicitur, ꝙ differentiæ non supponũtur di-

Art.3. D

recte generi, sed indirecte. Ad aliam probationem dicitur, quòd licet species supponatur illi diffinitioni tanquam contentum sub suo diffinito; tamen denominatiuè, non tanquam inferius sub suo superiori. Ad quartam probationem dicitur, quòd omnia supponuntur cœlo suppositione locali: sed non suppositione formali, & logicali, secundum quā species supponitur generi. Ad quartam patet solutio in primo dubio. Ad quintam dicitur negando antecedens; & ad primam probationem dicitur, quòd ens excluditur per primam particulam diffinitionis: quia non est vniuersale, saltem propriè captum, neque pro per se significato. Ad secundam probationem antecedentis dicitur, quòd bene concludit contra illos, qui ponunt primam intentionem diffiniri: nam si animal diffiniretur tali diffinitione, oportet, quòd talis diffinitio competeret cuilibet, contento sub animali: quod est falsum.

SPecies autem dicitur quidem & de uniuscuiusque forma; secundum quam dictum est, Priami quidem species digna est imperio &c.

ISTVD EST secundum capitulum huius tractatus, in quo Porphyrius determinat de secundo prædicabili, scilicet de specie. & diuiditur in duas partes principales. In prima ponit acceptiones ipsius speciei: in secunda eius diffinitiones. Primo igitur ponit duas acceptiones speciei, dicens quòd species primo dicitur vniuscuiusque forma, vel pulchritudo, secundum quam aliquis dicitur speciosus: secundum quem modum dictum est ab antiquis, quòd species Priami digna est imperio: & hoc modo capitur species ab Aristot. primo ethicorum, cum dicit: Non omnino phœlix est, qui specie turpissimus est, aut sine prole. Secundomodo accipitur species, vt ponitur sub assignato genere, idest determinato: & dat Porphyrius tria exempla. Primum est: vt homo est species animalis: Secundum: vt album, idest albedo est species coloris. Tertium: vt triangulus est species figuræ. Consequenter remouet dubium: nam superius genus diffinitum est per speciem: ergo species non debet diffiniri per genus. Respondet Porphyrius, quòd genus & species correlatiuè se habent: ideo possunt diffiniri per seinuicem: ideo oportet in vtrarumque rationibus vtrisque vti. In secunda parte ponit tres diffinitiones speciei, secundomodo captæ: quas postea declarabit. Prima est: species est, quæ ponitur sub assignato genere: Secunda: species est, de qua genus prædicatur in eo quod quid. Tertia est: qua dicitur, species solum prædicatur de pluribus, & differentibus numero in eo quod quid. Et differt ista diffinitio à duabus primis: quia solum conuenit speciei specialissimæ

A ma: sed aliæ duæ conueniunt tam speciei specialissimæ quàm subalternæ. Deinde declarat istas diffinitiones, & primo primã, ponens talẽ conclusionem. In vnoquoq; prędicamẽto sunt quædã generalissima.i. quoddã generalissimũ: capiendo plurale pro singulari:& quędã specialissima, & quædam intermedia. Pro declaratione supponitur, ꝙ generalissimum est, supra quod non est aliud superueniens genus: & specialissimum, post qđ non est alia inferior species. Sed intermedia sunt genera & species, ad aliud & ad aliud sumpta.i. comparata. Hoc supposito probat prædictam conclusionẽ duplici exemplo: pro primo constituit ordinationem prædicamentalẽ substantiæ, dicens: ꝙ prædicta conclusio est manife-
B sta in prædicamento substantię: in quo substantia est genus, sub quo ponitur corpus, sub corpore corpus animatũ, sub corpore animato aĩal, sub animali aĩal rationale, sub quo ponitur hõ, sub homine sortes, & Plato, qui sunt particulares homines. Et inter illa, substantia, est generalissimum: quia est genus, & nullius est species: homo vero specialissimum: quia est species solum, & non potest esse genus. Corpus autem est species substantiæ, & genus corporis animati: corpus animatum est species corporis: & genus animalis: animal est species corporis, & genus animalis rationalis: animal rationale est species animalis, & genus hominis: homo vero est species animalis rõnalis: non autẽ est genus particularium hominum: quia omne, quod est proximum ante indiuidua: solum erit species, & nõ C
genus: cum sub se non habeat nisi indiuidua. Et ex his infert Porphyrius duo correlaria Primum, sicut substantia est genus generalissimum, eo ꝙ supra eã nihil est, supple, quod sit genus ad eam: sic homo est species specialissima, eo ꝙ est species, post quam non est alia inferior species: quæ vero sunt in medio.s. inter generalissimum & specialissimum, sunt species eorum, q̃ sunt supra ipsa, & genera eorũ, quæ sunt sub ipsis. Secundum correlarium: ꝙ intermedia habent duas habitudines.s. vnam ad superiora, ꝟm quam dicunt species eorum: & aliam ad posteriora, ꝟm quã dicuntur genera eorum. Extrema vero habẽt tantum vnam habitudinem: qa generalissimum non habet habitudinem ad superiora, quorũ sit species: sed habet habitudi- D
nem ad posteriora, quorum tantum est genus: specialissimum vero habet solum habitudinem ad superiora, quorũ est species: non enim habet habitudinem ad posteriora, quorũ sit genus. Consequenter ex omnibus prædictis colligit Porphyrius duas diffinitiones generalissimi: & tres specialissimi: & vnam intermediorum. Prima: generalissimum est, quod cum sit genus, nõ est species. Secunda est, supra quod non est aliud genus superueniens. Prima diffinitio specialissimi est, quod cum sit species, non est genus. Secunda est, quod cũ sit species, nunq̃ diuiditur in species: Tertia est, qđ de pluribus & differentibus numero in eo qđ qd fit pdicatur.

B Intermedia verò sunt genera & species, ad aliud quidem & ad aliud sumpta.i.comparata. Deinde declarat Porphyrius exẽplo naturali & ciuili prædictam conclusionem sic:sicut est in coordinatione ciuili: ita vr̃ esse in coordinatione prædicamẽtali: sed in coordinatione ciuili aliquid est tm̃ pater, vt Iupiter: aliud vero tm̃ filius, vt Agamenon: aliud verò pater & filius, vt Atrides, Pelopides, Tantalides; igitur proportionabiliter videtur esse in coordinatione ꝑdicamentali.s.ꝙ in ea est aliqd tantũ genus generalissimum,& aliquid tm̃ species; & quædam vero genera & species,sicut intermedia.Deinde ne aliquis credat esse omnino simile de coordinatione prædicamentali & ciuili, ponit Porphyrius differentiam inter eas; nam in coordinatione ciuili contingit omnia reduci ad vnum primum.s.ad Iouem,qui est pater; sed in coordinatione prędicamentali nõ ita est quòd omnia ad vnũ primum,quod sit genus, reducantur. Quod probat Porphyrius: quia maximè esset ens: sed hoc non; quod probat dupliciter. Primo quia ꝭm Aristot. ponuntur decem genera prima: quod non esset,si ens esset genus ipsorum. Secundo probat; quia oẽ genus est vniuocum ad ea,quorum est genus: sed ens non est vniuocum ad decẽ prædicamenta:ergo nõ est genus eorum. Minorẽ probat dupliciter. Primo auctoritate Arist.dicentis:Siquis omnia entia vocet,æquiuocè,inquit,nuncupabit. Secundo probatur ratione; quia oẽ vniuocũ ad aliqua prædicat̃ de ipsis ꝭm idem nomẽ & eãdẽ rationẽ; sed ens non ꝑdicatur de oĩbus ꝭm idẽ nomen neq; eandẽ rõnem: ergo non est vniuocũ ad oĩa.Minorem probat dicendo: neq;.n. est vnum cõe genus oĩbus ens, nec oĩa eiusdẽ generis sunt ꝭm vnũ genus supræmũ. Consequẽter determinat Porphyrius incidentaliter de numero generalissimorum & specialissimorũ: dicens,ꝙ decem sunt generalissima: specialissima verò sunt in numero certo & determinato ꝭm naturam,licet nobis indeterminato; plures.n.species latent nos; sed indiuidua sunt infinita, & ab arte relinquenda. Ex quo infert duo correlaria. Primum est: descendentem per diuisionẽ a generalissimis ad specialissima,in specialissimis iubet nos Plato quiescere: quod probat dupliciter. Primo quia descensus à generalissimis ad specialissima fit per differẽtias formales, per quas non fit descensus sub specie ad indiuidua: licet possit fieri descensus per differentias indiuiduales seu materiales. Secundo probat:quia indiuidua, quæ sunt sub specie, sunt infinita: modo infinita sũt relinquenda ab arte. Secũdum correlarium,ascendentem à specialissimis ad generalissima,necesse est ire per collectionem multorum in vnum. Secundam partem probat; quia ascensus à specialissimis procedit à singularibus ad aliquid cõmune eis: modo commune est collectiuũ plurium in vnum: collectiuum enim multorum in vnam naturam species est: quod probat Porphyrius de hac specie homo: participatione enim speciei

A ciei plures homines sunt vnus homo. Sed quòd descensus fiat per singularia, patet, singulare enim semp est diuisiuum alicuius communis. Vnde singularia econtrario diuidunt, quod vnum est. Consequenter Porphyrius declarat secundam diffinitionem speciei per tres propositiones. Prima: genere existente vno, species sunt multæ: qa diuisio generis semper est in plures species. Secunda: genus semp de specie prædicatur. & vniuersaliter omnia supiora de inferioribus. Tertia: species neque de genere sibi proximo, neque de superioribus prædicatur. Probatur, quia oportet æqua de æquis .i. conuertibilia de conuertibilibus prædicari: vt risibile de homine: aut maiora de minoribus .i. superiora
B de inferioribus: vt animal de homine: minora vero minime. i. inferioria de maioribus nunquam prædicantur: non enim dicimus animal esse hominem, quemadmodum dicimus, hominem esse animal. Deinde declarat tertiam diffinitionem speciei sic: omnia superiora de inferioribus prædicantur: species ăt est superius ad indiuidua: ergo de ipsis prædicatur. Maiorem declarat inductione & exẽplo. Vñ quia genus est superius ad speciem, & ex consequenti ad indiuidua eius: de quibuscunque prædicatur species, de illis prædicatur genus illius speciei, & genus illius generis vsq; ad generalissimum: vt si sortes sit hõ, homo est animal: & animal erit substantia, & sortes erit substantia: & sic generalissimũ de omnibus prædicatur. Iõ consequẽter Porphyrius determinat C de indiuiduo, primo notificans indiuiduũ quò ad prædicationẽ sic. Indiuiduum est, qđ prędicatẽ de vno solo particulari: vt Sortes, & hoc albũ, & hoc veniens, & Sophronici filius. Scđo notificat indiuiduum: quò ad denominationem & distinctionem dicens, ꝙ indiuidua, dicuntur, quoniam ex proprietatibus cõsistit vnũquodq; eorum, quarũ collectio in alio nunquam eadẽ erit: vt proprietates Socratis nũquam in alio erunt. Illæ vero, q̃ sunt hominibus communibus, & quæ sunt particularibus hominibus, in eiusdẽ, quæ sunt homines, erunt eędem, puta in particularibus hominibus. Consequenter concludit ordinem eorum, quæ sunt in recta linea prędicamentali: dicens, ꝙ indiuiduũ ponitur sub specie, & species sub genere. Quod probat: D quia omnis pars ponitur sub suo toto: species autem est pars, supple subiectiua ipsius generis: igitur &c. Vnde dicit Porphyrius, quòd species est totum & pars: pars respectu generis: & totum respectu indiuidui. Finaliter epilogat Porphyrius dicta in præsenti capitulo & in capitulo de genere, dicens quòd sufficienter dictum est de genere, & specie: & quid sit generalissimum: & quid sit specialissimum: & quid intermedia,

An species recte sit distincta & definita.

QVAERITVR vtrum acceptiones speciei; & diffinitiones eius sint sufficienter a Porphyrio assignatæ. Et arguitur primo

E primo quòd non : quia tot mo-
dis dicitur vnum oppositorum:
quot modis dicitur & reliquum
sed genus, & species opponun-
tur : igitur sicut sunt tres acce-
ptiones generis,erunt & tres ac-
ceptiões speciei:ergo īsufficiēter
sunt aßignatę.Secūdo sic : Vnius
rei non sunt plures diffinitiones
sed species est vna:igitū ipsius spe
ciei nō sunt plures diffinitiones .

Tertio sic, probando quòd
tertia diffinitio speciei nō sit bo
na: quia non conuenit omni cō
tento sub diffinito , nec soli dif-
finito igitur &c. Prima pars pa
tet, quia sol,& fenix sunt species
& tamen non prædicantur de
pluribus differentibus numero.
Secunda pars patet: quia conue
nit generi : animal enim prædi-
catur de pluribus differentibus
F numero . Quarto sic : Genus
& species sunt correlatiua : er-
go vnum debet poni in diffini-
tione alterius: vt patet in textu.
Sed cum dicitur, species est, quod
prædicatur de pluribus differen
tibus numero, non ponitur ge-
nus ; igitur . Quinto sic: Si
ista diffinitio esset bona, vel dif-
finiretur species pro denomina-
to, vel pro per se significato:nō
pro denominato, vt notum est:
neque pro per se significato:
quia de specie capta secundæ in
tentionaliter , prædicatur vni-
uersale denominatiue, nam ista
est denominatiua,species est spe
cies : dummodo species capia-
tur in prædicato, vt modus : &
in subiecto, vt quid ergo etiam
ista erit denominatiua, species
est vniuersale:quia de quocunq;
prædicatur inferius denomina-
tiuè,& superius.Item species nō
est prædicabile, sed est subijci-
bile:cum supponatur generi.er- G
go hic male diffinitur per præ-
dicari. In oppositum arguitur
auctoritate Porphyrij in textu.
In qōne erūt tres art.sicut in prę
cedentibus.Quantum ad primū.

PRIMO sciendum, quòd *Arti. 1.*
Porphyrius non enumerat om
nes acceptiones speciei, sed so-
lum illam ciuilem, ad cuius si-
militudinem sumitur logica : quia
sicut species ciuiles, quæ est pul
chritudo vel forma,terminat cō
fusionem corporis per debitam
membrorum commensuratio-
nem & coloris proportionem :
ita species logica terminat confu
sionem generis, saltem si vtrun
que pro denominato accipia-
tur. Et aduerte, quod ipsius spe-
ciei tres sunt diffinitiones, qua-
rum prima sic intelligitur : Spe-
cies est,quæ ponitur sub aßigna H
to genere.i.quæ directè, forma-
liter, & immediatè ponitur sub
determinato genere.Dicitur di-
rectè, propter differentias, quæ
ponuntur lateraliter . Dicitur
formaliter,propter partes totius
in modo: cuiusmodi sunt,homo
albus,homo niger:quę non po-
nuntur formaliter sub genere .
Dicitur immediatè propter in-
diuidua,quę solum mediatè po-
nuntur sub genere . Dicitur sub
determinato genere : quia vna
species non potest poni nisi sub
vno genere proximo, nisi sal-
tem æquiuocè caperetur: cuius-
modi est corpus, quod æquiuo-
cè ponitur sub quantitate,& sub
substantia . Secunda diffinitio
sic intelligitur : Species est, de
qua genus in eo quod quid sit
prædicatur.i.de qua genus præ-
dicatione signata in quid prædi
catur:sic quod signet illud quod prædi-
catione

catione essentiali, & exercita in quid prædicatur. Et aduerte ꝙ iste duæ primæ diffinitiones dãtur tam de specie specialissima, quàm de specie subalterna: & dantur de specie, in quantũ species est subiicibile, vel inferius respectu generis. Nam prima datur de specie in ratione inferioratis. Scđa in rõne subiicibilis, & magis istæ duæ debent dici descriptiones, quàm diffinitiones. Tertia vero sic intelligitur. Species est vniuersale, quod prędicatur solum de pluribus differentibus numero in eo, quod quid. Cuius particulæ satis sunt claræ per particulas diffinitionis generis: nam ibi ly pluribus capitur positiuè: & ly numero supponit determinatè pro indiuiduis captis pro denominato.

Sco. in. 1. di. 8. q. 3. quòd natura plurificetur in istis pluribus.

B Sed aduerte, quòd illa particula solum, seu ille terminus solum, potest determinare ly prædicatur vel ly numero: si ly prædicatur, tunc sic exponitur: species est, quod prædicatur, & non subiicitur; quia regula est in summulis, ꝙ qñ dictio exclusiua additur verbo, tunc excludit omne aliud verbũ: & tunc illa diffinitio esset mala. Sed quando determinat ly numero, sic exponitur: species est, quę prædicatur de pluribus differentibus numero: & non de pluribus differentibus non numero, saltem in q̃d. Et aduerte, quòd ista diffinitio datur de specie, vt est vniuersale: & est quidditatiua suo modo saltem data per additamentum, sicut diffinitio generis.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidit vna difficultas: quare est quòd genus diffinitur per speciem: & species per genus. Pro solutione supponitur, quòd species, & genus capta pro per se significato, correlatiuè se habent adinuicem. i. vnum refertur ad aliud & econtra: Nam genus dicitur alicuius speciei genus: & species alicuius generis species. Et dicitur capta pro per se significato: q̃a si caperentur pro denominato, non se haberent correlatiue, vt homo non dicitur correlatiue ad animal. Secundo supponitur: quòd relatiuum refertur ad suum correlatiuum: sed non terminatur ad ipsum, sed ad suum fundamentum: ut species refertur ad genus: sed non terminatur ad genus: sed ad fundamentum generis, puta ad animal, vel ad aliquid aliud huiusmodi. Tertio supponitur, quòd vnum relatiuum non debet diffiniri per suum correlatiuum: fundamentum sui correlatiui: vel per terminum, supponentem pro eo: vt species non debet diffiniri per genus captum formaliter, sed per terminum supponentem pro suo fundamento. Similiter genus debet diffiniri per fundamentum speciei: & non per speciem captam secundæ intentionaliter: ideo genus positum in diffinitione speciei, capitur pro denominato: & species in diffinitione generis etiam accipitur ꝓ denominato. Et si quis dicat. Porphyrius dixit in textu oppositum: quia dixit, quòd necesse est in vtrorumque rationibus vtrisque vti. Dicitur quòd Porphyrius non vult habere, quòd vnum relatiuũ diffiniatur per suum correlatiuũ sed per fundamentum sui correlatiui: quia correlatiuum

Sco. in 1 di. 23. q. vnica. Sco. in 1 d. 30. q. 1

D

Obiectio

E non est notius suo relatiuo. Etiã esset circulatio in diffinitionib. relatiuorũ, & idem esset notius seipso. Et si quis dicat: pater diffinitur per filium: & econtra: vt pater est ens, habens filium: & filius est ens, habens patrem: & tamen illa se habent sicut relatiuum & correlatiuum. Dico, ꝙ illæ diffinitiones non sunt bonæ, nisi termini correlatiuorum supponant pro suis denominatiuis. Sed oportet dicere: pater est animal, quod genuit aliud animal sibi simile in specie, cum eo existens: filius est animal, genitum ab alio animali eiusdem speciei, cum ipso existens.

Sc. in 3. tist. 8. q. uni.

An decem sint genera generalissima, &c.

TERTIO sciendum, ꝙ pro coordinationis declaratione prędicanti substantiæ ponuntur aliquæ difficultates. Prima. vtrum ista sit vera, decem sunt genera

F generalissima, & etiam ista, substantia est genus generalissimũ. Pro solutione supponitur, quòd quando superlatiuus ponitur sine genitiuo: tunc talis propositio debet exponi per duas categoricas: quarum vna est affirmatiua, & alia negatiua: vt ista decem sunt generalissima, sic exponitur: decem sunt genera, & nulla sunt generaliora. Etiam ista, substantia est generalissimum, sic exponitur; substantia est generalis, & nihil aliud est generalius: ideo de rigore tales propositiones non debent distingui, vt communiter distinguuntur; penes hoc, quod est superlatiuũ teneri affirmatiue vel negatiue; immo dicunt aliqui, ꝙ tales propositiones non debent exponi: quia superlatiuus in illis non tenetur superlatiue, sed solum positiue. quia sicut comparatiuus tenetur positiuè, quando ponitur G sine ablatiuo, vel genitiuo constructo ab ipso, ita superlatiuus tenetur positiuè, quando ponitur sine genitiuo. Et si quis arguat probando, ꝙ illæ propositiones sunt falsæ. s. nulla sunt generalissima, & substantia est genus generalissimum: quia istæ sunt falsæ. s. nulla sunt generaliora decẽ prædicamentis: & nihil est generalius substantia: quæ sunt duæ exponentes: cum ista sit vera, ens est generalius decẽ prędicamẽtis: ergo &c. Dico ꝙ ens non est generalius; licet sit bene communius. sed non sequitur, est communius: ergo est generalius. Nam ad hoc ꝙ aliquid sit generalius, oportet ꝙ sit genus: nam comparatiuus præsupponit positiuum, vt in pluribus: sed ens non est genus: igitur.

H Secunda difficultas vtrum ista sit uera, lapis est animal. Et videtur ꝙ sic: quia lapis est sensibilis: ergo est animal. Patet cõsequentia, quia de quocunq; prędicatur differentia vel passio, de illo prædicatur species vel subiectum: sed sensibile est differentia animalis vel propria passio: igitur. Respondetur ꝙ sensibile capitur dupliciter. Vno modo vt idem est, ꝙ aptum natum sentire: & sic est passio animalis, supplens tamen differentiam ipsius animalis nobis innominatam: & sic lapis non est sensibilis. Alio modo idẽ est, sicut aptũ natum sentiri: & sic lapis est bene sensibilis: sed tũc non est passio adæquata, neque differentia animalis. Tertia difficultas, vtrum sint aliquæ differentiæ priuatiuæ seu negatiuæ. Et videtur ꝙ sic: quia inanimatum, incorporeum,

An ista sit uera, lapis est animal.

An dentur differẽtia priuatiua vel negatiua.

A corporeum, irrationale, ſunt differentiæ, & tamen ſunt negatiuæ: igitur. Reſpondetur, ꝙ talia complexa ſignificant quædam poſitiua, & differentias poſitiuas: quibus non ſunt nomina impoſita: ideo tenent locum non minimum poſitiuorum. Et aduerte, ꝙ differentiæ diuidentes aliquod genus, ſunt ſemper extra quidditatem, & eſſentiam generis, quod diuidunt: ideo lateraliter ponuntur. Ex quo ſequitur, ꝙ licet iſtæ ſint neceſſariæ, animal eſt rationale, rationale eſt animal: tamen nulla illarum eſt per ſe, neq; quidditatiua. Quarta difficultas, vtrum animal ſit genus ad animal rationale, & animal rationale genus hominis. Reſpondetur ꝙ non, immo animal rationale neque eſt genus neque ſpecies, cum non importet conceptum per ſe vnum:

Sc. in 4. di. 11. q. 3. in ſolutionib. rationum ꝑ prima opinione qua non in fine.

B ſed Porphyrius ponebat oſtendendo errorem antiquorum paganorum. Quinta difficultas, vtrum bos & aſinus differant ſpecie? Et videtur ꝙ non; quia habent eaſdem differentias. ſ. irrationale: igitur &c. Reſpondetur ꝙ irrationale non eſt differentia adæquata bouis neq; aſini: nam impoſsibile eſt, duas ſpecies habere eandem differentiã adæquatam. Et ſi quis petat: quę ſunt ergo differentiæ bouis & aſini? Reſpondetur quòd tales ſunt nobis innominatæ, quas circumloquimur per paſsiones ipſorum. Sed ſi quis petat, cuius ergo erit differentia adæquata, irrationale? Reſpondetur ꝙ brutis: ita, videlicet. ꝙ aĩal diuiditur per rationale & irrationale: rationale conſtituit hominem, irrationale conſtituit brutũ, quod

Inſtãtia.

C eſt genus immediatum ad omnia alia irrationalia animalia. Vel poteſt dici ꝙ irrationale nõ eſt vna differentia, & fortè melius: ſed ſupplet nobis tot differẽtias, quot ſunt animalia irrationalia; quibus non ſunt nomina impoſita. Et ꝙ brutum propriè nõ eſt genus; quia genus de prędicamento ſubſtantiæ nihil connotat, ſed brutum connotat: igitur. Ex quo ſequitur vnum correlarium in philoſophia, ꝙ anima ſenſitiua bouis, & anima ſenſitiua aſini, & ſic de alijs diſtinguuntur ſpecie, cum illa differãt ſpecie. Sexta difficultas vtrũ in ſpecie ſpecialiſsima ſit quieſcendum deſcendendo, ſic quòd ipſa non poſsit diuidi. Reſpondetur ꝙ ſpecies ſpecialiſsima dicitur atoma. i. indiuiſibilis, ſupple per differentias formales: id eſt conſtitutiuas ſpecierum: tamen ipſa eſt bene diuiſibilis per differentias indiuiduales, quæ conſtituunt indiuidua: & per quas indiuidua intrinſecè adinuicem diſtinguuntur.

An in ſpecialiſſimis ſit quieſcendum.

D *Sco. in 2. d. 3. q. 6.*

QVARTO ſciendum pro declaratione diffinitionis indiuidui, ſupponitur, quòd indiuiduum accipitur dupliciter. Vno modo ſecundæ intentionaliter, ſcilicet pro ſecunda intentione attributa alicui: cui prædicatione exercita repugnat prædicari de pluribus vniuocè, & diuiſim, mediante copula non ampliata: cuiuſmodi eſt ſortes. Et ſic de indiuiduo capto ſecundæ intentionaliter ponuntur aliquę propoſitiones. Prima iſta eſt concedenda, indiuiduum eſt ſpecies, ſicut iſta, homo eſt ſpecies: quia indiuiduum ſecundæ intentionaliter captũ: habet ſub ſe hoc indiui-

E indiuiduũ, & hoc indiuiduũ, de quibus in quid prædicatur. Secũ da: ista est concedenda, indiuiduũ est vniuersale. Et siquis dicat, ergo erunt plura vniuersalia, quàm quinque. Negatur consequentia: & ratio est: quia indiuiduum non est vniuersale prædicatione quidditatiua, sed solum denominatiua: sicut ista, homo est vniuersale. Et siquis arguat contra primam propositionem: si indiuiduum sit species, indiuiduum prædicabitur de pluribus differentibus numero: quia de quocunque prædicatur diffinitum, prædicatur & diffinitio: sed species prædicatur de indiuiduo: ergo & eius diffinitio. Respondetur, quòd sicut ista est denominatiua, indiuiduum est species: ita ista, indiuiduum prædicatur de pluribus differentibus numero. Nam sicut diffinitum dicitẽ de aliquo: ita & diffinitio: sed ista est quidditatiua, saltẽ data per additamẽtum. Indiuiduũ est, quod prædicatur de vno solo, & p ly quod, intelligitur ens rõnis. Aliomodo accipitur primæ intentionaliter, seu pro denoĩato, quod cõiter ponitur esse triplex. s. vagum, ex suppõne, & determinatum. Indiuiduum vagum est, quod singulariter importatur cum circunlocutione multarum circunstantiarũ, quas impossibile est in alio reperiri: & tali proprie nõ est nomen impositum. Vnde si, a, imponeret ad significandum sortem, connotando suas circunstantias, sortes diceretur indiuiduum vagũ, secundum ꝙ per, a, repræsentaretur. Sed indiuiduum ex suppositione est, quod importatur per terminum, qui natus est supponere pro vno solo: vt Sophronici filius, sol, Deus. Et aduerte, ꝙ tale indiuiduum ex suppositione non est indiuiduum: ideo nõ sequitur, est indiuiduum ex suppositione: ergo est indiuiduum: immo committitur fallacia secũdum quid ad simpliciter. Sed indiuiduum determinatum est, quod importatur per terminũ, qui ex vi suæ impositionis non est natus supponere pro pluribus vniuoce, & diuisim, mediante copula non ampliata: vt sortes & Plato, & sic de aliis.

Sc. in 1. di. 2. q. 3. cõcedit si milẽ propositionẽ singulare est vniuersale.

Indiuiduum triplex.

G

F

Dubitatur primo vtrum ens sit aliquid commune vniuocũ decem prædicamentis: Et videtur ꝙ non: primo per Porph. allegantem Arist. dicentem: ꝙ ens dicitur æquiuoce: nã siquis omnia entia vocet, æquiuocè, inquit, nuncupabit: etiam ipsemet hic videtur dicere in textu. Item dicit Aris. 4. Meta. ꝙ ens dicitur de entibus, sicut sanum de sanis: sed sanum dicitur de sanis æquiuocè. s. de sano in animali, in cibo, in vrina, & in dieta. Etiam dicit ibi, ꝙ accidentia sunt entia, sicut logici dicunt nõ ens esse ens, & nõ scibile esse scibile. Rationibus probatur: quia si ens esset vniuocũ ad decem prædicamenta, determinaretur & contraheretur ad ipsa decem prædicamenta: vel ergo per nihil, vel per aliquid, vel aliqua: non per nihil, ut notum est: nec per aliqua: quia vel illa aliqua essent entia, vel non: non est dicendum secundum, neque primum: quia tunc sequeretur, quòd quodlibet prædicamẽtum esset bis ens: quia bis include-

Art. 1. Ens an sit vniuocum decẽ prædicamentis.

H

A cluderet ens: quia includeret ens, quod dicitur de ipsis vniuocè, & illud, per quod contrahitur, quod est etiam ens. Item nihil est vniuocum ad illa, quæ continentur sub extremis contradictoriis: sed substantia & accidens sunt huiusmodi: igitur &c. Minor patet: nam substantia est ens per se; accidens non est ens per se. Item illa, quæ sunt primò diuersa, in nullo vniuoco cõueniunt: sed decem prędicamenta sunt huiusmodi: igitur &c.

Sco. in 1. di. 3. q. 1. & 3. Achilles Scotistarum. In oppositum est Sco. Pro cuius opinione ponuntur aliqua dicta. Primum: ens dicitur uniuocum ad decem prædicamenta, & ad deum, & creaturam, importans conceptum communẽ ipsis, alium a conceptibus ipsorum. Et hoc sic probatur: omnis B intellectus certus de vno: & dubius de duobus; in quibus ille conceptus quidditatiue includitur, habet conceptum, de quo est certus, alium a conceptibus, de quibus est dubius; sed intellectus est certus de aliquo, quòd sit ens, dubitando vtrum sit substantia, vel accidens; igitur habebit conceptum, de quo est certus, scilicet de ente, alium a conceptibus substantiæ & accidentis, de quibus est dubius; ergo conceptus entis erit alius a conceptu substantiæ, & accidentis; quod non esset, si esset æquiuocum: quia æquiuocum non importat vnum aliquem conceptum, alium a suis æquiuocatis; sed est tot conceptus, quot sunt æquiuocata. Item communiter conceditur, quòd ens, & non ens contradicunt: ergo ens est vniuocum: quia in

C æquiuocis non est contradictio. Item ista consequentia communiter conceditur, homo est substantia; ergo homo est ens; quod tamen non esset, si ens esset æquiuocum; sed magis esset fallacia æquiuocationis. Et aduerte, quòd omnis terminus vniuocus ad aliqua, semper importat aliquid commune ipsis; ideo si velimus videre, vtrũ aliquid sit vniuocum ad aliqua, videndum est, si illud importet aliquid commune illis; & si sic, tunc est vniuocum illis; si non, est æquiuocum; modo ens importat conceptum communem deo, & creaturæ, & decem prædicamentis, non communitate reali; sed rationis: vt videbitur in Metaphysica. q. 1. vbi amplius tractabitur hæc materia; ideo pro nunc restat soluere autoritates, & rationes ante oppositum. Ad primam ipsius Porphyrij dicitur primò, quòd malè allegat Aristo. quia non inuenitur, vbi Aristote. dixerit illam propositionem; immo logicaliter posset retorqueri illa auctoritas contra eum; nam bene sequitur, omnia entia æquiuocantur in ente; ergo ens est vniuocum: nam terminus distributus per signum vniuersale videtur importare conceptum communem ad illa, pro quibus distribuitur: sed entia ibi distribuuntur pro omnibus entibus; ergo videtur quòd importent conceptum ipsis communem. Et ad ipsum Porphy. potest ipsum quis negare, cum talia dicat contra Arist. & vbi oppositum ipsius Aristotelis dicit, negandus est; cum non sit tantæ auctoritatis sicut Aristoteles,

D Sc. ubi supra in 3. q.

B Aristoteles. Et ad auctoritatem Arist. di.4.metaphy.cōceditur, quòd est aliquo modo simile. Est enim simile in hoc: quia sicut omnia sana habent ordinē ad sanitatem animalis, sic accidentia habent ordinem ad substantiam, tanquàm ad primum ens. Sed in hoc est dissimile, quia sanum dicitur de sanis æquiuocè; puta de sano in animali, cibo, vrina, & dieta; & ens dicitur de entibus vniuoce. Et aduerte etiam, quòd quando dicitur: accidentia non sunt entia nisi quia entis: debet sic intelligi: nisi quia sunt dispositiones substantiæ: & non vult negare, quin sint vera entia: sed vult dicere quòd se habent ad substantiam, sicut dispositiones substantiæ. Aduerte ultra, quòd logici dicunt, non ens

F esse ens: non quidem ens simpliciter, sed secundum quid; quod non est aliud quàm non ens: iō concedunt non ens esse nō ens: quod videtur concedere Aristo. contra nominales, qui dicunt: quod omnis propositio affirmatiua ē falsa, cuius subiectum pro nullo existente supponit. Dicunt etiā logici: non scibile esse scibile secundum quid, quod non est scibile: sicut sunt contingentia siue propositiones contingentes.

Sc. in 1. di.8.q.3.

Ad rationes. Ad primam dicitur: quòd ens contrahitur in decem prædicamenta per modos intrinsecos, & non per differentias: & tales non includunt formaliter, & quidditatiuè ens: quia ens non prædicatur in quid de passionibus, differentiis, neque de talibus modis intrinsecis: & tamen non sequitur, quod illi modi sint nihil: immo sunt realiter ens: licet formaliter non sint ens, neque non ens. Ad tertiam

G dicitur; quod illa, quæ immediate; & totaliter continentur sub extremis contradictionis; si precisè sint extrema contradictionis; non habent aliquem conceptum vniuocum ipsis; modo substantia; & accidens non sunt huiusmodi. Ad tertiam dicitur; quod decem prædicamenta possunt dici diuersa in realitate: quia nō conueniunt in aliqua realitate potentiali, contrahibili ad ipsa; licet tamen conueniant in conceptu obiectuali entis.

An plures hoēs participatione spēi sunt unus homo.

DVBITATVR secundo vtrum ista propositio debeat concedi, participatione speciei plures homines sunt vnus homo? Et videtur quod non; quia bene sequitur, participatione speciei plures homines sunt vnus homo; ergo plures homines sunt unus homo. Patet consequentia à parte in modo ad suum totum. Et

H vltra bene sequitur, plures homines sunt vnus homo; ergo vnus homo est plures homines, per conuersionem simplicem; sed ista est falsa, vnus homo est plures homines; quia eius contradictoria est vera. s. nullus homo est plures homines. Et si quis dicat: in prima consequentia cōmittitur fallacia secundum quid ad simpliciter: quia ly participatione speciei diminuit ly vnus homo. Contra: nullus terminus diminuit alium terminum, nisi ponatur in eadem parte cū eo; sed ly participatione speciei, & ly vnus homo non ponuntur in eadem parte; igitur &c. Pro solutione supponitur, quod ly vnus potest capi dupliciter. Vno modo categorematice, alio modo syncategorematice. Categorematice

Vnus dupliciter.

A matice adhuc dupliciter. Vno modo vt eſt principium numeri prædicamentalis; quemadmodum dicitur, quòd numerus binarius componitur ex duab. vnitatibus: Aliomodo modo ut eſt paſsio entis, & ſecundum hoc communiter dicitur, ꝙ quælibet res hēt ſuam propriam vnitatem, qua intrinſece & formaliter dr̄ vna. Vñ cōiter ſm Ariſt. ponuntur quatuor modi vnius, ſcilicet vnum numero, vnū ſpecie, vnum gñe, & vnum proportione, ſeu analogia de quibus aliàs videbitur in metaphyſica, Sed ly vnus, captum ſyncategorematice, valettantum, ſicut quidam, & facit propoſitionem particularem; vt iſta eſt particularis, vnus homo currit; ſi ly unus capiatur ſyncategorematice: cuius contradictoria eſt iſta, nullus homo currit. Et aduerte, ꝙ

5. Metaph. tex. com. 8. et inde.

Lib. 4. q. 1. ar. 2.

B ſi in iſta propoſitione, Participatione ſpeciei plures hoīes ſunt vnus homo; capiatur ly unus pro vno numero: illa eſſet ſimpliciter falſa: quia nullus eſt homo, qui ſit plures hoīes participatione ſpeciei: ſed ſi capiatur pro vna ſpecie, tunc eſt uera: & eſt ſenſus, plures hoīes ſunt vnus homo participatione ſpeciei. i. in participando ſpeciem: vel plures homines conueniunt in conceptu hominis, qui quantùm de ſe eſt in determinatus, & idem ad omnes homines. Et ad rationem factam dicitur, quòd committitur fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Et ad improbationem dicitur, quòd ly participatione ſpeciei, ſe tenet mentaliter a parte de ly vnus homo in mentali propoſitione: licet ſibi immediatè nō addatur.

C Dubitatur tertio. Vtrū illud, quod eſt indiuiduum, ſit indiuiduum, & vnum numero per aliquod poſitiuum & intrinſecum ſibi: quod non eſt aliud quærere, niſi per quid repugnat ſorti diuidi in plures partes ſubiectiuas: & per quid ſit numero. Reſpondetur breuiter: quòd indiuidū, ſeu illud, quod eſt unū numero, dicitur vnum numero per aliquod poſitiuum ſibi intrinſecum, & ſibi realiter identificatum, formaliter tamen diſtinctum: & illud vocatur differentia indiuidualis, per quam diſtinguitur a quolibet, quod non eſt ipſum: ita quòd ſi quis petat, Per quid ſorti repugnat diuidi in plures partes ſubiectiuas, ſeu per quid eſt indiuiduum, & vnū numero? Reſpondetur per ſuam differentiam indiuidualem; & per illam diſtinguitur a Platone; & per illam conſtituitur in eſſe indiuidui; ſic quòd omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei diſtinguuntur abinuicem per ſuas differentias indiuiduales. Et hoc

Indiuiduum à quo habet indiuiſibilitatem.

Sc. in 4. d. 3. q. 6. in reſpō. q. in forma.

D poteſt uideri per auctoritatem Ari. dicentis; quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua, quę ſunt primò diuerſa; ſed ſortes & Plato ſunt differentia; ergo reducuntur ad aliqua, quæ ſunt primò diuerſa, id eſt in nullo quidditatiue conuenientia; ſed illa non ſunt niſi differentiæ indiuiduales: ergo ſortes & Plato differunt illis differentiis indiuidualibus; ex quo ſequitur, quòd tales differentiæ ſunt ponendæ. Item ſortes differt à Platone, & cum eo conuenit: ergo oportet ponere aliquid per quod conueniunt, & aliquid per quod differunt; aliter idem

5. meta. cap. de eodem.

E esset principium conuenientiæ & differentiæ respectu eiusdem, quod est falsum: sed illud per quod differunt, non potest esse nisi differentia indiuidualis: quia per naturam. s. per humanitatē non differunt, sed magis conueniunt: nam humanitas quantū est de se, est indifferens ad omnes differentias indiuiduales: ergo &c. Ex quo sequitur falsitas nominalium, dicentium: quod sortes & Plato seipsis conueniunt, & seipsis differunt: nisi velint intelligere, quod seipsis differunt, id est per aliquid intrinsecum ipsis: & sic bene concederemus cū ipsis. Et si quis quærat, vtrum talis differentia indiuidualis, per quam repugnat sorti diuidi in plures partes subiectiuas; & per quam est vnum numero: & per quam etiam natura est hæc, & vna numero, sit materia, vel forma, vel totum compositum?

Latius Sc. in 2. di. 3. q. 9. o. ante sol. arg. pro opinione.

F Respondetur quòd non est materia, nec forma, sed realiter distincta ab ipsis: est tamen eadem realiter sorti, distincta tamē formaliter: vnde sortes metaphysicè componitur ex duabus realitatibus: vna potentiali, quæ est humanitas: alia actuali, quæ est differentia indiuidualis: & sic illa differētia indiuidualis potest vocari quædam realitas. Et si quis dicat: si sortes sic componeretur metaphysicè ex duabus realitatibus, sequeretur quod posset diffiniri per illas duas realitates. Respondetur, quòd ex talibus duabus realitatibus poterit constitui quædam notificatio seu ratio, notificans indiuiduum: sed illa non vocabitur diffinitio proprie, cum differentia indiuidualis non sit quidditas, cum non sit communicabilis. Ex isto sequitur, quòd de singulari capto, vt est quoddam compositum ex realitate & realitate, est bene scientia: non tamen alia a scientia sui superioris: & de ipso bene potest fieri demonstratio, & hoc per diffinitionem superioris, & non per propriam diffinitionem: quia de ipso non est aliqua diffinitio quidditatiua, alia à superiori: neque est aliqua passio primò demonstrabilis de ipso: ideo non est alia scientia à scientia superioris. Et si quis dicat, sortes est vna res: ergo non habet plures realitates. Respondetur negando consequentiam: quia cū vnitate rei stat bene multitudo realitatum. Et si quis arguat: non est tanta distinctio inter sortem & Platonem, quanta inter suas differentias indiuiduales: ergo non distinguuntur per illas differentias: quia aliàs esset maior distinctio inter distinguētia, quàm inter distincta. Antecedens patet: quia sortes & Plato conueniunt in conceptu quidditatiuo entis: & tamen differentiæ eorum non conueniunt in aliquo conceptu, qui dicatur quidditatiuè de ipsis. Respondetur, quod aliqua æqualiter distingui, potest intelligi dupliciter. Vno modo: quia æqualiter sunt incompossibilia in aliquo: & sic est tanta distinctio inter sortem & Platonem, quanta inter suas differentias. Aliomodo quantum ad hoc, quod est non conuenire in aliquo conceptu quidditatiuo: & sic non est tanta distinctio inter sortem & Platonem, quanta inter suas differentias. Et si quis arguat,

Instātia.

De singulari quomodo est scientia.

Obiectio.

H

Scot. ubi supra in sol. arg. 5. q.

A arguat, sortes est vnum numero per suam materiam: ergo non per suam differentiam indiuidualem. Antecedens probatur per Ari. 5. metaphysicæ dicentem vnum numero sunt, quorũ materia est vna. R\ndetur, q materia accipit dupliciter. Vnomõ pro altera parte cõpositi, cuiusmodi est corpus, vel materia prima, ex qua cũ forma cõstituitur vnũ tertiũ: & ista vocat materia partis. Aliomodo accipitur pro realitate contrahente seu determinante entitatem communicabilem ad esse incommunicabile: & ista vocatur materia totius. Tunc dico q auctoritas Arist. intelligitur de materia totius, quæ non est nisi differentia indiuidualis, & non de materia partis: & similiter dicendum est de antecedente. Et per hoc soluuntur omnes auctoritates, quæ videntur dicere, materiam esse principium indiuiduationis. Si B etiam sint aliquæ auctoritates, quæ videantur dicere, quòd aliqua accidentia sicut quantitas, locus &c. sint principium indiuiduationis; debent intelligi de principio extrinseco, & non intrinseco: quod non est aliud quàm differentia indiuidualis. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium articulum sit.

Tex. cõ. 8.

Sco. vbi supra Et in 2. q. quot ar. 2 in decla. cõclusionis per ratione philosophi.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis Acceptiones, & diffinitiones speciei sunt a Porphyrio sufficienter assignatæ: vt patet ex primo articulo. Ad rationes ante oppositum quæstionis. Ad primam dicitur, quod genus & species non opponuntur secundum omnes suas acceptiones, sed solum secundum tertiam & secundam. Ad secundam dicitur: q licet vnius rei, vnico modo acceptæ non possint esse plures diffinitiones pure quidditatiuæ: tamen possunt esse diuersæ diffinitiones datæ per additamentũ, quasi descriptiuæ: & hoc secundum diuersas habitudines illius rei. Ad tertiam negatur antecedẽs, & ad probationem primam dicitur, quòd licet sol. & fœnix, & similia non possint prædicari de pluribus; hoc tamen non repugnat ipsis: sed solum prouenit ex eo, quòd eorum non sunt plura supposita. Ad sedundam probationem dicitur, quòd genus bene prædicatur de pluribus differentibus numero, sed non tantum, quemadmodũ species; ideo propriè in diffinitione speciei intelligitur tantum, vel solum. Ad quartam dicitur, q tertia diffinitio speciei datur de specie in ordine ad indiuidua, & non in D ordine ad genus: ideo non oportet, quòd in eius diffinitione ponatur genus: Ad quintam dicitur, quòd illa diffinitio datur de specie capta pro per se significato: licet tamen istud nomen concretum species, possit supponere pro denominato, respectu huius quod est esse: quemadmodum dictum est in præcedenti qõne. Ad aliam dicitur quòd licet species per respectum, quem habet ad genus, sit subiicibile; est tamẽ prædicabile per respectum, quem habet ad indiuidua: modo species hic diffinitur per respectum ad indiuidua, & ad genus.

C

Differẽtia vero cõmuniter proprie & magis proprie

B dicitur. Communiter autem alterum ab altero differre dicitur &c.

ISTVD EST tertium capitulum, in quo Porphyrius determinat de tertio prædicabili, scilicet de differentia: & diuiditur in duas partes. In prima determinat de ipsa differentia diuisiuè; dicens ꝙ tres sunt diuisiones principales differentiæ: duæ minus principales, seu subdiuisiones. Prima diuisio est hæc: differentiarum alia communis, alia propria, alia magis propria. Differentia communis est, qua alterum differt ab altero alteritate quadam .i. diuersitate accidentali, quocunque modo, vel a se, vel ab alio; vt sortes differt a Platone alteritate quadam: vel
F ipse sortes senex differt a se puero: & ipse aliquid faciens differt a seipso quiescente. Differentia propria est, qua alterum differt ab altero inseparabili accidente: vt sortes simus differt ab aquilo. Et ponit tria exempla de accidente inseparabili: vt nasi curuitas, cæcitas oculorum, & cicatrix, cum ex vulnere occaluerit, id est indurata fuerit. Et dicitur tale accidens differentia propria, eo ꝙ inest per cām naturalem: vel quia nō est faciliter mobile. Differentia magis propria, est, qua alterum differt ab altero differentia specifica: vt homo differt ab equo rationalitate. Deinde infert vnum correlariū, in quo comparat membra dictæ diuisionis secundum conuenientiam, & differentiam; dicens, ꝙ vniuersaliter omnis differentia facit alteratum, id est facit differre essentialiter vel accidentaliter, seu facit rem aliter se habere, etiam cuicunque aduenerit: G sed illa, quæ est communis, & propria, faciunt alteratum, id est differre accidentaliter solū; sed differentiæ magis propriȩ faciunt aliud, id est differre essentialiter: & vocantur specificæ, quia constituunt speciem. Deinde infert secundam diuisionē differentiæ: dicens, ꝙ differentiarum aliæ faciunt aliud, id est differre essentialiter: & aliæ alteratum, id est differre accidentaliter: & ponit duas differentias inter membra huius diuisionis. Prima: quia differentiæ facientes alteratum; dicuntur differentiæ simpliciter, id est sine addito: sed facientes aliud, dicuntur specificæ: vt rationale adueniens animali, facit aliud, scilicet speciem animalis: illa vero differentia, quæ est mouere, solum alteratum facit, id est differre accidentaliter a quiescente. Secunda differentia: quia secundum H differentias facientes aliud, fiūt diuisiones generum in species, & assignationes diffinitionum specierum, quæ constituuntur ex genere & differentia: sed secundum eas, quæ solùm faciunt alteratum, non fiunt prædicta: sed solum alteratio, vel accidentalis permutatio, cum tales sint accidentia. Deinde ponit tertiam diuisionem, dicens: differentiarum aliæ sunt separabiles: vt mouere, quiescere, sanum esse, & ȩgrum esse. Aliæ sunt inseparabiles: vt aquilum vel simum esse, rationale & irrationale. Deinde ponit subdiuisionem huius membri, dicens: differentiarum inseparabilium quȩdam sunt per se: vt rationale per

A le per se inest homini: mortale, & susceptibile disciplinæ. Aliæ vero per accidens: ut aquilum, & simum esse. Et ponit duas differentias inter huius membra. Prima: differentiæ per se accipiuntur in ratione, id est in diffinitione: & faciunt aliud, id est diuersitatem essentialem. Sed differentiæ per accidens nec ponuntur in diffinitione quidditatiua, nec faciunt aliud, sed alteratum solum. Secunda differentia: quia differentiæ per se non suscipiunt magis & minus, sed bene differentiæ per accidens. Primam partem probat sic: cuius esse non suscipit magis neque minus: neque principia essendi: sed esse specificum non suscipit magis neque minus: igitur nec genus nec differentia, quæ sunt principia eius. Minor patet: quia B esse vniuscuiusque vnum & idẽ est, neque intensionem & remissionem suscipiens. Secunda pars patet: quia aquilum esse, vel coloratum esse, aliquo modo intenditur, & remittitur. Deinde ponit subdiuisionem differentiæ per se, dicens; differentiarum per se quædam sunt diuisiuæ generum, alię sunt constitutiuæ specierum: nam differentiarum, quæ sunt per se, quædam sunt, secundum quas diuidimus genera: aliæ sunt secundum quas ea, quæ diuisa sunt, specificantur; quod declarat per exempla: vt cum istæ differentiæ animatum, inanimatum; sensibile, insensibile; rationale, irrationale, mortale, & immortale sint differentiæ per se: ea, quæ est animati & sensibilis, est constitutiua substantiæ animalis.

Est enim animal substantia animata sensibilis. Illa vero, quæ C est mortalis & immortalis, rationalis & irrationalis, diuisiua est animalis. Et generaliter illæ differentię, quæ sunt diuisiuæ generum, sunt constitutiuæ specierum; vt animal diuiditur per rationale & irrationale, mortale & immortale: & illa, quæ est rationalis & mortalis, est constitutiua hominis: illa, quæ est rationalis & immortalis, dei. Ex quo concludit Porphyrius, quòd eædem differentiæ sunt constitutiuæ & diuisiuæ respectu diuersorum: ideo præsens diuisio non datur per membra realiter distincta. Deinde ponit duas vtilitates differentiæ per se, dicens, quòd maximè opus est his differentiis per se ad diuisiones generum, & diffinitiones specierum, sed non his, quæ sunt D secundum accidens. In secunda parte principali determinat Porphyrius de differentia magis propria diffinitiuè, ponens quinque diffinitiones eius. Prima: differentia est, qua abundat species a genere; vt homo abundat ab animali per rationale & mortale: homo enim includit in sua quidditate rationale: quod non includit animal; ideo dicit, ꝙ animal nihil horum est, scilicet neque rationale, neque irrationale: licet enim omne animal sit rationale vel irrationale: tamen secundum se, id est quidditatiue, neque est rationale, neque irrationale. Deinde remouet dubium quod consurgit ex prædicta diffinitione, scilicet unde habet species differentiam, per quam abundat a genere, non enim habet a se: quia differentia

Sc. in 1 di. 2. q. 3 cōcedit similē propositionē singulare est universale.

E constituit speciem, nihil autem constituit seipsum: neque a nihilo: quia ex nihilo non constituitur aliqua entitas positiua: neque a genere: quia tunc genus prius haberet eam: & sic species non abundaret a genere per differentiam: quia qua ratione haberet vnam, & aliā: & sic haberet opposita. Soluit Porphyrius, dicens: quòd genus habet omnes differentias potestate, actu vero nullam habet: species autem habet eā actu; & habet a genere, quam in potestate continet. Deinde ponit aliam diffinitionem differentiæ, quæ est hæc; Differentia est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale. Probat exemplo: ut rationale & mortale, quæ sunt differentiæ, prædicantur de homine in quale,
F & non in quid: quod probat dupliciter. Primò a signo: illud prædicatur in quale, quod conuenienter respondetur ad interrogationem factam per quale: sed differentia est huiusmodi: quia sicut nobis interrogatis, quid est homo, respondemus animal: ita nobis interrogatis: qualis est homo: respondemus, rationalis vel mortalis. Secundò probat à simili; quia statua componitur ex ære tanquàm ex materia: & figura, tanquàm ex forma; sic homo componitur ex genere, tanquàm ex materia; & differentia, tanquàm ex forma: sed figura prædicatur de statua in quale: ergo differentia prædicatur in quale. Insuper ponit tertiam diffinitionem differentiæ, dicens: Differentia est, quod aptum
G natum est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt: vt rationale & irrationale diuidunt, id est distinguunt hominem & æquum, qui sunt sub eodem genere: puta sub animali. Deinde ponit quartam diffinitionem differentiæ, dicens: quòd differentia est, qua differunt a se inuicem singula, id est singulæ species eiusdem generis; quod probat: quia species non differunt secundum genus, immo in genere conueniunt. Nam sumus animalia mortalia & nos & irrationalia; sed rationale nobis additum, separat nos ab
H illis. Similiter nos & dij sumus rationales; sed mortale additum nobis, distinguit nos ab illis. Deinde corrigit quartam diffinitionem dicens; quòd Peripatetici interius speculantes, dicunt, non quodlibet eorum, quæ diuidunt ea, quæ sub genere sunt, esse differentiam; sed hoc, quod conducit, id est constituit ad esse; & eius, quod est esse, rei pars est: & illa est quinta diffinitio differentiæ. Quam sic probat: quia aptum natum ad nauigandum diuidit hominem ab aliis animalibus: dicimus enim, quòd animalium alia sunt apta nata ad nauigandum: alia uero non: & tamen aptum natum ad nauigandum: non est differentia hominis, sed proprium eius: nec est talis differentia, quales sunt illæ, quæ specificæ vocantur. Ex quo infert, quòd specificę differentiæ erunt quæcunque alte-

ram

A ram faciunt speciem: & quæcunque in eo qđ quale prædicanť. Ex quo infert finaliter, quòd ista, quæ dicta sunt de differentiis, sufficiunt.

An differentia sit bene diuisa & desinita.

QVAERITVR vtrum diuisiones differentiæ & quinque diffinitiones differentiæ magis propriæ sint in textu bene assignatæ. Arguitur primò contra primam partem: Omnis diuisio debet dari per opposita: sed prima diuisio non datur per opposita: igitur. Minor patet: quia vnum membrum sequitur ad aliud: sequitur enim benè, illa differunt propriè: ergo differũt communiter. Secundo sic: Membra secundæ diuisionis coinci- B dunt: quia omnis differentia faciens aliud, etiam facit alteratum: etiam disgregatiuum & congregatiuum visus faciunt propriè alteratum, & tamen cum hoc faciunt aliud: nam albedo & nigredo per has differentias essentialiter differunt. Item nigrum est differentia separabilis respectu parietis, & inseparabilis respectu corrui. Tertio arguitur contra diffinitiones primò sic: Differentia nõ est diffinibilis: igitur. Antecedens patet: quia sola species diffinitur: sed differentia non est species: igitur. Quarto arguitur sic contra primam diffinitionem: Illud, quod abundat alio, est in plus illo: sed species non est in plus quàm genus, immo econtra: ergo malè dicitur, quòd differentia est, qua species abundat a genere.

7. Metaph. tex. com. 14.

Quinto arguitur sic: Secunda C diffinitio non conuenit soli diffinito nec omni contento sub diffinito: igitur. Prima pars antecedentis patet: quia conuenit passionibus generum, etiam conuenit colorato: cum omnia illa prædicentur de pluribus differentibus specie in eo quod quale. Secunda pars patet: quia non conuenit differentiæ constitutiuæ speciei specialissimæ, sicut est rationale: nam rationale non prædicatur de pluribus differentibus specie. In oppositum est Porphy. in textu. In quæstione erunt tres articuli, sicut in aliis.

PRIMO sciendum, quòd Art. 1. prima diuisio differentiæ, qua differentia diuiditur in communem, propriam, & magis pro- D priam: non est diuisio generis in species, sed est diuisio vocis in significationes, seu æquiuoci in æquiuocata, secundum tamen illam æquiuocationem, secundum quam uox propriè vnum significat, & transumptiuè significat aliud. Nam differentia prius dicitur de differentia magis propria, & per quandam similitudinem & transumptionem dicitur de differentia communi, & propria: licet tamen quò ad vulgares prius dicatur de differentia communi. Nam primo dicunt aliqua differre secundum differentiam communem: deinde secundum differentiam propriam: & post secundum differentiam magis propriam. Et debent accipi mẽbra huius diuisionis cum præcisione: quia ipsa sine præcisione sumpta, non sunt op-

E posita, sed vnum sequitur ad alterum. Aduerte, quod differẽtia non dicitur communis per prædicationem, ꝙ sit communis alijs differentiis, quia tunc non esset membrum oppositum: sed dicitur communis in vsu communiter loquentium. Et aduerte ꝙ differentia non dicitur propria: quia insit illi, quod facit differre, secundum aliquẽ modũ proprij: sed dicitur propria, q̃a facit differre propriè: vel quia est in vsu proprie loquentium. i. philosophorum. Et differentia dicitur magis propria, eo ꝙ facit magis differre propriè: vel quia est in vsu magis propriè loquentium. s. sapientium, qui cognoscunt differentias magis proprias rerum. Sed est paruum dubium, quomodo potest saluari exemplum Porphyrii, qui dicit: ꝙ sortes senex differt a seipso

Differentia unde communis propria & magis propria.

Dubitatio.

F puero, cum nihil differat a seipso. Pro solutione aduerte, ꝙ talis propositio potest capi dupliciter. Vnomodo proprie, & sic est falsa: & sic exponitur sortes senex est, & sortes puer est, & sortes senex non est ipse sor. puer. Alio mõ accipit improprie: & debet sic exponi: sor. aliqualiter se hẽt, quando est puer: & non habet se taliter, quando est senex, sicut se habet, quando est puer: & sic est vera: & in illo sensu capit Porphyrius: nec valet ista consequentia, sortes senex differt à seipso puero: ergo sortes differt à seipso: sed est fallacia secundum quid ad simpliciter.

SECVNDO sciendum, ꝙ pro declaratione aliarum diuisionum differentiæ ponuntur aliquę suppositiones.

G Prima, Differentia, quæ diuiditur in istis diuisionibus, non test. 3. prædicabile: cum membra aliarũ diuisionum faciant diuersa prædicabilia. Nam differentia communis facit prædicabile accidentis, & etiam differentia propria: sola autem differentia magis propria est, quæ facit tertium prædicabile. Supponitur secũdo, quòd alteratum capitur dupliciter. Vnomodo propriè, & sic tantum valet, sicut faciens differre accidentaliter: & sic capitur in 2. diuisione. Aliomodo capitur generaliter: vt tantum valet, sicut faciens rem aliter se habere: & sic accipitur, cum dicitur, quòd omnis differentia alteratum facit, id est facit rem aliter se habere siue essentialiter, siue accidentaliter. Supponitur tertio, quòd aliquid dicitur inseparabile dupliciter. Vno modo simpliciter,

Suppositiones declarantes differentia diffinitiones.

H quod nullo modo ab alio potest separari, neque per potentiam diuinam, neque naturalem: & in illo modo accidentia respectiua dicuntur esse inseparabilia: & sic non capitur, quando dicitur, quòd differentia propria facit differre accidente inseparabili. Secundo modo aliquid dicitur inseparabile secundum, quid: hoc est per potentiam naturalem, quia faciliter non potest separari per naturam. Et isto modo capitur, cum dicitur, quòd differentia propria facit differre accidente inseparabili. i. quod non per potentiam naturalem, neque faciliter põt separari. Sed diceret aliquis, quomodo capitur inseparabile in tertia diuisione, vbi dicitur, ꝙ differentiarum

Dubitatio.

A quædã sunt separabiles,& quædam inseparabiles? Dico, ꝙ capitur inseparabile cõmuniter,siue,dicatur inseparabile simpliciter,siue secundum quid. Aduerte tamen, ꝙ inseparabile potest capi logicaliter:& tunc dico, ꝙ illud est inseparabile,q᷑ non potest negari de subiecto, remanente subiecto,pro eodem supponente: & sic credo quòd nullum accidens est inseparabile. Supponitur quarto, ꝙ per se,accipitur dupliciter.Vno modo communiter,vt se extendit ad omnes modos per se: & sic non capitur per se,in quarta diuisione differentiæ. Aliomodo capitur propriè, vt importat perseitatem primi modi: & sic capitur in illa diuisione ly per se. Et siquis dicat: Porphyrius exemplificat de differentia

Instãtia.

B per se per istam differentiam, susceptibilis disciplinæ: quæ est propria passio hominis, & non differentia magis propria. Respondetur,ꝙ ibi accipitur susceptibile disciplinæ, vt tenet locũ alicuius differentię per se.

Tertio sciendum, quòd pro declaratione diffinitionum differentiæ supponitur primò, ꝙ tres sunt actus differentiæ.i. tria conueniunt differentiæ.s. diuidere genus: constituere speciem:& facere differre speciem, quã constituit, à quolibet alio: vt rationale diuidit animal,con stituit hominem, & facit ipsum differre a quolibet alio: & ab isto vltimo actu, qui est facere differre,differentia sumit nomẽ suum. Supponitur. 2. ꝙ prima diffinitio differentiæ,in qua dr̃; ꝙ dr̃ia est, qua abundat species a genere, est sic intelligenda.

Act° differentia tres.

Dr̃ia est,qua species plura quiditatiuè & essentialiter cõtinet quàm genus: vt homo per rationale plura essentialiter continet quàm animal: quia quicq̃d cõtinet quidditatiuè animal, et continet homo & cum hoc continet rationale. Ex quo sequitur, ꝙ abundare (vt ad propositum sufficit) non est aliud, ꝙ plura alio essentialiter & q̃dditatiuè includere. Supponitur tertiò ꝙ secunda diffinitio est sic intelligenda: Differentia,supple generica, est vniuersale,ꝙ aptum natum est prædicari de pluribus dr̃ibus specie in eo quod quale, supple essentiale: vt sensibile prædicatur de homine,boue,& leone in eo ꝙ quale essentiale. Et dr̃ notanter, generica, quia dr̃ia specifica non prædicatur de pluribus differentibus spe- C

D cie,sed solum de vna: vt rationale solùm prædicatur de homine. Et dicitur notanter, in quale essentiale, ad dr̃iam proprij, etiam accidẽtium,quæ prædicantur in quale accidentale. Supponitur quartò ꝙ tertia diffinitio dr̃iæ, in qua dr̃: Dr̃ia est, quod aptum natum est diuidere ea, quæ sub eodem genere sunt,debet sic intelligi; Dr̃ia ẽ, quòd aptum natum est diuidere.i. distinguere & facere differre ea,quæ sub eodẽ genere sunt; cuiusmodi sunt species; vt rationale diuidit.i. distinguit hominem ab equo,boue, & leone.

Qvarto sciendum, ꝙ circa textum incidũt aliquę paruæ difficultates. Prima quomodo intelligitur quarta diffinitio differentiæ, in qua dicitur: Dr̃ia est, qua differũt a seinuicem singula.i. singulæ species. Pro solutione

E lutione supponitur, ꝙ ly singula potest capi dupliciter. Vno modo distributiuè, & sic non capitur hic: quia tunc ipsa esset falsa: qa nulla est differentia, qua differunt a se inuicem singula. i. omnes species: nam per rationale non differunt bos & asinus, neq; bos & equus: licet tñ benè per rationale differat hõ ab omni alia specie: tñ aliæ species non differunt a seinuicẽ, neque ab hoïe per rationale. Alio modo capitur particulariter: & loco signi perticularis: & ita capitur in textu: ita ꝙ est sensus: differentia est, qua differunt a seinuicem singula. i. aliquæ species. Et aduerte, ꝙ quinta diffinitio, quæ non est nisi specificatiua tertiæ vel quartæ, debet sic intelligi: Differentia est, quòd conducit ad esse rei. i. constituit F speciẽ, & est pars ipsius speciei: nam species (metaphysicè loquendo) constituitur ex realitate generis, & ex realitate differentiæ. Secunda difficultas, quomodo intelligitur, quòd rationale & irrationale diuidunt genus: cum aliquod genus sit, quod non habet partes. Respõdetur, quòd genus diuidi, potest intelligi dupliciter. Vnomodo diuisione reali, quæ est in duas partes reales: sicut lignũ diuiditur in duas partes: & sic non est intelligendum, quòd genus diuidatur. Aliomodo aliquid dicitur diuisibile diuisione logicali. Et sic dico, quòd genus bene diuiditur per rationale & irrationale diuisione logicali. Vnde genus diuidi diuisione logicali non est aliud, quàm genus manifestari a posteriori quò ad eius communitatem per ea, quæ important vnam partem eorum, quæ importantur per genus: vt animal diuiditur per rationale & irrationale: idest animal manifestatur quò ad eius communitatem & significationem saltem materialem, per rationale & irrationale. Et sic quando dicitur, quòd rationale & irrationale diuidunt animal, sic intelligitur: id est important partem eorum, quæ importat animal de significato materiali. Vel sic: rationale & irrationale diuidunt animal, id est manifestant à posteriori communitatem & significationem animalis. Tertia difficultas quomodo intelligitur, quòd differentia adueniens generi constituit speciem? Respondetur, quòd differentiam constituere speciem, potest intelligi dupliciter. Vnomodo, quòd producat speciem: & H sic non est intelligendum. Aliomodo, quòd metaphysicaliter componat speciem: ita quòd species componatur compositione metaphysica ex realitate potentiali generis, & actuali differentiæ: & sic intelligitur. Etiam potest dici, quòd differentia adueniens generi cõstituit speciem, id est diffinitionem speciei. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Singula dupliciter.

Sco. in 1. d. 11. q. 2. contra Thom.

Sco. in 1. d. 8. q. 3. in sol. argu. princ.

Gen⁹ quõ potest diuidi.

Differentia adueniẽs generi, quõ dicitur constituere speciem.

Sco. in 1. d. 8. q. 3.

G

DVBITATVR primo, vtrum secunda diffinitio differẽtiæ sit conuertibilis cum drĩa, vt est vnum de quinq; p̃dicabilibus. Pro cuius solutione supponitur primò, ꝙ duplex est differentia, scilicet generica, & specifica. Vnde generica differẽtia est

Art. 2.

An sc͂da desinitio differentiæ cõuertatur cũ differentia.

A est, quæ constituit genus, & est conuertibilis cum genere: sicut sensibile respectu animalis dicitur differentia generica. Sed differentia specifica est, quæ constituit speciem specialissimum, & est conuertibilis cum ipsa, vt rationale est differentia specifica, quæ constituit hominem, & est cōuertibilis cū homine. Supponit secundo quod istæ duæ differentiæ nō faciūt duo prædicabilia: sicut genus, & species: quia ipsis conuenit vna specialis rō prædicandi, s. in quale essentiale: nā tam generica quàm specifica prædicantur in quale essentiale: & sic illæ differentiæ nō faciunt nisi vnum prædicabile differentiæ: Et siquis dicat; sicut se habet prædicari in quid de pluribus differentibus specie, respectu prædicari in quid de pluribus differentibus numero: ita se habet prædicari in quale de pluribus differentibus specie, respectu prędicari in quale de pluribus differentibus numero. Sed prædicari in quid de pluribus differentibus specie constituit prædicabile aliud ab illo, quòd est prædcari in quid de pluribus differentibus numero: ergo prædicari in quale de pluribus differentibus specie constituet vnum prædicabile distinctum ab illo, quod est prædicari in quale de pluribus differentibus numero: & sic differentia generica & specifica faciēt duo distincta prædicabilia, sicut genus & species. Respondetur, quod genus, & species nō tantum differunt per hoc, quod est prædicari de pluribus differentibus specie, & de pluribus differentibus numero, sed per hoc, quod est prædicari in quid. Vnde prædicari in quid conuenit ipsis æquiuoce: quia genus prædicat partem essentię: species vero totum. Sed quale essentiale non conuenit sic æquiuoce. differentiæ genericę & differentiæ specificæ: quia utraq; prædicat partem formalem: ideo non est similem. Et siquis dicat: quæ est ergo diffinitio differentiæ, vt est vnum de quinq; prædicabilibus? Dico quòd est ista: Differentia est, quod aptum natum est prædicari de pluribus in quale essentiale: & talis conuenit tam differentiæ genericæ quàm specificæ: sicut diffinitio vniuersalis, in qua dicitur: Vniuersale est, quod aptum natum est prædicari de pluribus, conuenit cuilibet vniuersali. Ex quo sequitur responsio ad dubium scilicet quòd diffinitio differentiæ data a Porphyrio, non est conuertibilis cum differentia, ut est tertium prædicabile: immo solum diffinit differentiam genericam. Et siquis dicat: ista est falsa, rationale est differentia: ergo differentia non est prædicabile. Antecedens patet: quia differentia est nomen abstractum, quòd de nullo potest denominatiuè prædicari. Respondetur, quod differentia potest capi dupliciter. Vnomō vt est nomen primæ intentionis: & sic est abstractum de Differens: sed sic non capitur hic. Aliomodo capitur vt est nomen secundę intentionis: & sic est concretum, sicut alia nomina quinq; vniuersalium: vt genus, species. Et siquis dicat concretū debet hēre aliquod abstractum: sed differentia nō habet: igitur,

Margin notes: *Obiectio.* (beside "differentiæ: Et siquis dicat"); B (beside "ferentibus numero"); C (beside "est prædicari in quid"); *Definitio differentiæ prout ē vnū ex quinq; prędicab. q.* (beside "Et siquis dicat"); D (beside "scilicet quòd diffinitio"); *Sco. in 1. d. 3. q. 3. diffuse.* (beside "Respondetur, quod differentia").

E igitur. Respondeo, ꝙ abstracta quinq; vniuersalium supplent per aliqua complexa: vt abstractum de genere suppletur per istud complexum, intentio generis: & de specie, intentio speciei. de dria, intentio differentiæ. Sed restat vna parua difficultas: vtrum mortale sit differentia hominis vt vr̄ dicere Porphyrius? Respondetur, ꝙ non est dria hominis, neq; alicuius alterius: vnde mortale non dicit nisi aptitudinem ad dissolutionem & corruptionem: ideo non videtur esse nisi aptitudo quædam. Item mortale non cōuertitur cū homine: igitur non potest esse differentia hominis.

Vtrum mortale sit differētia hominis.

An quælibet q̄ddit as spēi ꝓdicamētalis cōponatur ex duab9 realitatibus.

DVBITATVR scđo, vtrū q̄libet quidditas cuiuslibet spēi ꝓdicamētalis sit composita ex duabus realitatibus: puta ex realitate generis & driæ. Et vr̄, F ꝙ non: quia nullum simplex ꝑt esse cōpositum ex pluribus, saltem ex natura rei distinctis: sed multæ sunt species simplices: sicut sunt species angelorum: igitur. Item sequeretur ꝙ quidditates speciei.i.illud, quod denominatur spēs, esset cōpositū plurib. cōpōnibus: & etiā ꝙ esset plura cōposita. Patet consequētia: quia spēs plura genera includit, & ēt plures drias: vt homo includit plura genera, & ēt plures drias: etiā homo est animal: & aīal est quid compositū ex realitate sui superioris: ergo &c. Itē si species esset cōposita ex realitate generis & differentiæ, seq̄retur, ꝙ genus non posset ꝓdicari de specie: quia esset pars speciei: mō pars nunq̄ ꝓdicatur de toto, saltem in recto. Pro solutione dubij ponuntur aliquæ propositiones. Prima: quælibet species prædicamentalis, contenta sub genere, est cōposita ex realitate potentiali generis, & realitate actuali differētiæ, contrahente & determinante realitatem potentialem ipsius generis; siue talis species sit substātia materialis, siue immaterialis; siue substantia, siue accidens; sic videlicet, quòd genus & differentia non important eundem conceptum obiectiualem, supple, nec formalem; nam intellectus habens certitudinem de aliquo & dubitans de omnibus terminantibus illud, habet aliū conceptum de illo, de quo est certus, à conceptibus, de quibus est dubius: sed intellectus est certus de aliquo, ꝙ est animal, dubitando vtrum sit rationale vel irrationale: igitur habebit conceptum alium de genere, à conceptu differentiæ. Ex quo sequitur, ꝙ cum species includat illa, erit composita ex ipsis: vnde homo componitur ex rationalitate, & aīalitate: & est idem realiter ipsis, distinctum tn̄ formaliter, & non sola rōne. Secunda propositio; species intelligibilis speciei formando duos cōceptus.s. generis & differentiæ, nō tamen causat duos actus intellectus: sed causat duas notitias, habentes duo obiecta propria distincta, & hoc ita distincta sicut si illa obiecta eēnt duæ res extra; quia vel illis duabus notitijs, quas habet intellectus de genere & differentia corrn̄det aliquid in re, vel non: si sic habeo propositum; si nō: ergo erit aliquid ꝑcisè fictum: quod est falsum. Ex quo sequitur: ꝙ quælibet essentia vna specie, q̄tumcun-

G *Sco. in 1. d. 3. q. 3. Et in 2. d. 3. q. 6.*

Scot. i 4. d. 11. q. 3.

H

A tumcunq; sit simplex : vt albedo, nata est facere duas noticias, quibus in re ex natura rei correspondent duo obiecta. s. obiectum generis, & differentię; ideo qualibet talis componitur ex talibus duobus obiectis : & sic talis essentia nata est facere tres conceptus: vnum sibi adæquatum, & alios duos sibi inadęquatos: & tota causa huius est; quia talis essentia est talis essentia. Dicit etiam Aristo. q̀ oportet diffinitionem esse orationē longam : quod non esset, si genus & differentia importarent eundem conceptum. Et aduerte, q̀ sicut species potest vnica intellectione concipi : ita & genus : quia sicut minus cōmune vnica intellectione numero concipitur; ita & magis commune. Aduerte tamen, q̀ genus potest dupliciter concipi. Vnomodo primo & per se : vt est adæquãs intellectionem. Aliomodo per se : sed non primo, q̃n concipit in inferioribus: in quibus ipsum includitur. Primo modo genus est vnus conceptus numero seu obiectum, sicut sua intellectio. Sed secundo modo illi conceptus sunt multum diuersi : sicut inferiora generis; oēs tamē includunt vnum conceptum numero : non qui sint vnus numero, vt ibi concipitur: sed tot numero, quot sunt, in quibus concluditur : quia non est alia intellectio circa includens & inclusum : sed dicuntur habere vnum conceptum numero : q. talis natus est esse vnus numero, quando primò concipitur, & indifferens ad omnes alios conceptus. Ad rationes. Ad primam dicitur, quòd non est

5. Meta. tex. cō. 9.

Gen' dupliciter potest cōcipi.

B

inconueniens, simplex esse compositum compositione realitatũ. s. realitate generis, & d̃riæ : vel realitate superioris, & realitate, contrahente illam realitatem superioris. Similiter ad secundã dicitur, q̀ non est inconueniēs, aliquid esse aliqua formaliter distincta, quorum quodlibet est compositum ex realitate potentiali & actuali, seu realitate determinante. Ad aliam d̃r, quòd pars in abstracto non prædicatur de toto, tamen bene in concreto : vt animal potest prædicari de homine, licet animal nō significet nisi partem hominis: quia non ratione sui significati præcisè prædicatur de homine : sed propter modum significandi : cum sit concretum : vnde licet concretum & abstractum idem significent de signato formali : tamē concretum potest prædicari de aliquo, de quo non prædicatur abstractũ: & hoc est, quia concretum propter suum modum prædicandi semper dat intelligere totum, in quo est illa, pars vel in quo significatum formale includitur, vt caput & capitatum idem significant : tamē capitatum propter modum prædicandi dat intelligere totum, & supponit pro toto: quid enim est capitatum, nisi habens caput? & oculatum, nisi habens oculum? & animal, nisi habens sensũm; & rationale nisi habens animam rationalem.

C

D

DVBITATVR tertio vtrum differentia sit species. Pro cuius solutione supponitur primò, quòd differentia potest capi dupliciter. Vnomodo secundo in-

An differentia sit species.

E do intentionaliter; & sic dico, ꝙ dr̃ia est species vniuersalis: tamen in ordine ad fundamentum, cui attribuitur, est accidens rõnis, potens facere p̃dicabile accidentis. Aliomõ capit̃ ꝓ denominato: puta pro realitate diuidente genus, & cõstituente speciem, & faciente differre speciem à quolibet alio: cuiusmodi est rationale: & de tali dubium est, an sit species. Pro quo supponitur secundo, ꝙ duplex est species s. subijcibilis, & prædicabilis. Subijcibilis, quæ ponitur directè sub aliquo determinato genere cuiusmodi est homo: & de tali intelligebat dubium præcedens: puta quòd talis componitur ex duabus realitatibus, scilicet ex realitate generis, & differentię: & isto modo differentia non potest esse species: cum non ponatur sub determinato genere: neque componitur ex duabus realitatibus: sed importat conceptum simpliciter simplicem. Sed prædicabilis est, quæ de pluribus numero differentibus in quid prædicatur: siue ponatur sub determinato genere, siue nõ: & isto modo materia & forma dicuntur species: nã materia prædicat̃ de hac materia, & de hac: sicut anima prædicatur de hac aĩa, & de illa: & tamen non ponuntur sub aliquo genere: & isto modo bene posset dici, ꝙ differentia esset species prædicabilis: vt rationale, quod prædicat̃ de hoc rationali, & de hoc rationali. Quantum ad tertium articulum sit.

Species duplex.

F

Sco. in 1. d. 3. q. 3. in ꝓpria respõ. ad quæstio.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Diuisiones, & diffinitiones differentiæ sunt in textu sufficienter assignatæ; vt patet in textu. Ad rationes simul patet solutio in primo articulo, in quo sunt solutæ illæ rationes. G

PRoprium verò quadrifariam diuidunt: nam & id, quod soli alicui speciei accidit, sed non omni; proprium dicitur &c.

ISTVD est. 4. capitulum huius tractatus, in quo Porphyr. determinat de 4. prædicabili s. de proprio, quod prædicatur in quale accidentale per se. Et primò ponit multiplicitatem eius, dicens: ꝙ proprium dicit̃ quatuor modis. Primò dicitur proprium, quod conuenit soli speciei, & non omni indiuiduo illius speciei; vt esse medicum inest homini, & non omni. Secundo modo dicitur proprium, H
ꝙ inest omni indiuiduo alicuius specie, sed non soli speciei: vt esse bipedem inest omni homini, sed non soli; quia conuenit auibus. Tertio modo dicit̃ propriũ, quod inest soli speciei, & omni indiuiduo, supple, complexionato, contento sub illa specie: sed non semper: vt canescere respectu hominis, cui solum conuenit in senectute. Quarto modo dicitur propriũ, quod inest omni soli, & semper; vt risibile inest omni homini: & hinnibile equo. Deinde remouet dubium, quòd cum non semper homo rideat non videtur, quòd sit semper risibilis. Ad hoc respondet, quòd homo non dicitur semper risibilis, q̃a semper actu rideat: sed quia semper est aptus natus ad ridendum: Aptitudo. n. ad ridendum

ridendum

A ridendum naturale est homini, vt hinnibile equo. Consequēter elicit modum proprij, quòd est prædicabile ab alijs distinctum: dicens, ꝙ sola ꝓpria quarto mō sunt propriè propria: q̄a illa solum conuertuntur cum illis, quorum sunt propria: vt hinnibile respectu equi: quicquid enim est hinnibile, est equus; & econtra.

ACcidens uero est, quod adest & abest præter subiecti corruptionem &c.

ISTVD EST quintum capitulum huius tractatus, in quo Porphyrius determinat de 5. prædicabili, quod est accidens, ipsum sic diffiniens. Accidens est, ꝙ adest, & abest subiecto præter subiecti corruptionem: vt album, nigrum. Deinde diuidit ipsum, dicens, ꝙ accidens
B diuiditur in duo. s. inseparabile, & in inseparabile: namque dormire est accidens separabile; sed nigrum esse accidit inseparabiliter coruo, & æthiopi. Consequenter remouet dubiū: quia dicit, quòd accidens adest, & abest: nunc autem dicit, ꝙ nigrum esse accidit coruo & æthiopi; ideo videtur sibi contradicere. Soluit, dicens, quòd coruus potest intelligi albus, & æthiops nitens candore, præter subiecti corruptionem. Consequenter ponit duas alias diffinitiones accidentis. Prima est: accidens est, ꝙ contingit eidem inesse, & non inesse. Secunda: accidens est, ꝙ nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium: semper autem est in subiecto subsistens. Finaliter recapitulat omnia dicta de quinq; vniuersalib. C
dicens, ꝙ determinatis omnib⁹, quæ dicta sunt. s. de genere, specie, d'ria, proprio, & accidente deinde dicendum est de his, quę sunt communia ad ipsa quinq; vniuersalia: puta de communitatibus ipsorum &c:

An proprium & accidens sint pdicabilia a se, & ab alijs distincta.

QVAERITVR Vtrū proprium, & accidens sint prædicabilia ab alijs, & à seinuicem distincta, & à Porphyrio sufficienter determinata. Arguitur primò contra primam partem: quia proprium, & accidēs non sunt prædicabilia: igitur non sunt prædicabilia, ab alis, nec à seinuicem distincta: Prima pars antecedentis patet; q̄a omne prædicabile est commu- D
ne: proprium non est commune: igitur. Secunda pars antecedentis patet: quia hoc albū, & hoc nigrum sunt accidentia: & tamen non sunt prędicabilia, cum non possint de pluribus prædicari. Secundò sic: Omne propriū est accidēs: ergo ꝓprium, & accn̄s non distinguntur. Antecedens probatur quadrupliciter. Primo, quia omne proprium est in secunda specie qualitatis: igitur. Secundo, q̄a propriū est substātia, vel accn̄s: sed non est substātia: cū habeat esse in subiecto: igit̄. Tertio, q̄a in diffinitione proprij ponitur accidens, scilicet cōuenit. igitur. Quarto, quia proprij & accidētis sunt eadem subijcibilia: igitur. Tertio sic: Diffinitio ꝓprij conuenit alijs à diffinito: & nō con-

E conuenit omni contento sub diffinito: igitur non est sufficiens. Prima pars antecedentis patet: quia conuenit colori seu colorato respectu corporis: nam omne corpus est coloratum: & solum corpus est coloratum, & semper: igitur &c. Secunda ps patet: quia passiones conuertibiles cum ente, & etiam cõuertibiles cum substantia, sunt propria: & tamen non accidunt soli speciei, sed pluribus: igitur. Quarto sic. Diffinitio accidẽtis non conuenit omni accidenti, nec soli: igitur non est bona. Prima pars patet: quia non cõuenit combustioni & morti, quę sunt accidentia: cum non possint adesse & abesse præter subiecti corruptionem. Secunda pars patet: quia conuenit formæ substantiali: cum ipsa possit adesse, & ab esse præter subie F cti corruptionem. Quinto sic: Per nullam diffinitionem accidentis diffinitur accidens in ratione prædicabilis, nec similiter proprium: igitur illæ diffinitiones non sunt bonæ. Antecedẽs patet: quia in nulla illarum ponitur aliquid, denotans prædicationem. Item secunda diffinitio accidentis datur per contra dictionem, & tertia per negationem, igitur non sunt bonę. In oppositũ est Porphyrius in textu. In quæstione sicut in alijs erunt tres articuli.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione modorum ꝓprij *Cap. 1.* supponitur primo, quòd Philosophus in primo libr. topicorũ tantum assignat tres modos ꝓprii. s. proprium ad aliquid, sub quo cõpræhendit duos primos modos: & proprium quando, sub quo compræhendit. 3. modum: & proprium simpliciter, sub quo compræhendit. 4. modũ. Supponitur scđò ꝙ esse medicum in primomodo proprii dicit actum & non aptitudinẽ: quia esse medicum secundum aptitudinem conuenit omni homini. Etiam accipitur esse medicum pro habente medicinam per studium & labores & non per infusionem. Sed esse bipedem in secũdo modo dicit aptitudinem: & non actum: quia actu habere duos pedes non cõuenit omni homini: sed bene aptum natum habere duos pedes. Et canescere in 3. modo in senectute dicit actum, & non aptitudinem: quia tunc est proprium. 4. modo. Et si quis dicat: *Obiectio.* ergo tunc non conueniret omni homini, & soli: cum multi sint homines, qui non senescũt. H Respondetur, quòd non conuenit omni homini simpliciter. i. sub qualibet differentia temporis: sed cum determinatione importante certum tempus. s. tempus senectutis: vt canescere cõuenit omni homini in senectute, seu senescenti, & bene complexionato. Causatur enim canities, quando calor non potest *Canities unde homini.* consumere humores frigidos & putrefactos, propter nimiam frigiditatem existentem in illo. Et licet alia animalia ab homine dicãtur grisescere: non tamen dicuntur canescere. Sed proprium quarto modo importat aptitudinem: ridere. n. est proprium primo modo homini, cũ conueniat soli, & non omni; cũ multi sint homines non ridentes; oportet ergo quòd dicat aptitudinem; ideo dicit Porphyrius,

A rius, quòd licet multi homines non rideant, tamen omnis homo aptus natus est ridere. Ex omnibus istis sequitur ꝙ modi ꝓprii sunt sufficienter assignati à Porphyrio: quia complectuntur modos proprij, quos ponit. Arist. in primo topicorum.

Propriũ prima et secũda intentionis nomen pt esse. SECVNDO sciendum, ꝙ proprium potest esse nomẽ primę intentionis: & sic importat aliquam proprietatem rei: quẽadmodum dicimus, ꝙ male loqui est proprium Petro: & sic non est hic ad propositum. Aliomodo accipitur, vt est nomen secũdo intentionis: & hoc dupliciter. Vnomodo largè, pro intentione secunda attributa alicui propriæ passioni, siue illa passio sit limitata, siue transcẽdens: & sic non est species vniuersalis: quia species vniuersalis

B nõ attribuitur nisi rebus cognitis limitatis. Aliomodo accipitur propriè & strictè: vt importat secundam intentionem attributam passioni propriæ limitatæ: & sic est species vniuersalis: & de isto est hic ad propositũ: ita ꝙ proprium vt est species vniuersalis, attribuitur proprijs passionibus limitatis: cuiusmodi est risibile, sensibile, flebile: ita ꝙ quælibet passio limitata dicitur esse proprium pro denominato. Et aduerte ꝙ sicut est duplex differentia. s. generica & specifica: ita duplex est propriũ. *Propriũ duplex.* s. genericum, quod conuertitur cum genere: vt sensibile cũ animali: & specificum, quod conuertitur cum specie: vt risibile cum homine. Et eodem modo dicendum est de ipsis respectu vniuersalis: sicut dictum est de differentia generica & specifica. Et si quis quærat, vtrum dif- C

An diffinitio prij detur in rõne pdicabilis. finitio ꝓprij, data a Porphy. detur de proprio in ratione prædicabilis. Respondetur ꝙ nõ: sed magis in rõne ꝓprij vel prædicati: vt videbit in topicis: sed in rõne pdicabilis debet sic diffiniri: Propriũ est, quod prędicatur in quale accidentale per se secũdomodo vel intrãsmutabiliter: *Libr. 1. q. 2.* quia non potest vere negari de suis subijcibilibus. & conformiter posset diffiniri proprium genericum & specificum, sicut differentia generica & specifica.

Quõ risibile dicatur pdicabile prij. TERTIO sciendum, quòd circa prædicta incidunt aliquæ difficultates. Prima: quomodo risibile sit prædicabile proprij, cum non prædicetur de pluribus immediatè: quia risibile prædicatur de sorte, & Platone mediante homine. Respondetur ad hoc dupliciter. D Primo, quòd non est de ratione prædicabilis, ꝙ prædicetur immediate de pluribus: sed quod solum prædicetur de pluribus, siue mediate, siue immediate: cum nullum tale ponatur in eius diffinitione. Aliomodo, potest dici ꝙ aliquid dicitur prædicari de aliquibus immediatè dupliciter. Vnomodo immediatione modi prædicandi: sic videlicet, ꝙ inter ipsum & sua subijcibilia nihil mediet, ꝙ habeat talem modum prædicãdi respectu illorum subijcibilium: & sic risibile dicitur prædicari immediate de Petro & Guillermo: qa nihil est inter ipsum, & Petrũ, & Guillermũ, ꝙ habeat talem modum prædicandi. s. in quale accidentale & intransmutabiliter. Aliomodo immediatione causæ vel subie-

E ẞi: & sic non prædicatur immediatè: sed talis medietas non impedit aliquid esse prædicabile, propriè sumptum. Et siquis dicat: proprium debet prædicari conuertibiliter de suis subijcibilibus: sed risibile non prædicatur conuertibiliter de Petro, & Ioanne: igitur &c. Respondetur, quòd non oportet proprium in ratione prædicabilis prædicari de suis subijcibilibus conuertibiliter: licet bene in ratione pro prij. Aduerte vlterius, ꝙ risibile potest capi dupliciter. Vnomodo vt idem est, ꝙ potens ridere: & sic propriè non est propria passio hominis: cum conueniat alijs ab homine: quia ista com muniter cōceditur, populus est risibilis: & tamen populus non

F est homo. Aliomodo accipitur, vt idem est, ꝙ animal potēs vel aptum natum ridere: & sic est passio hominis, & conuertitur cum homine: & hoc siue sit ter minus ampliatus, siue non.

Obiectio.

Risibile dupliciter capitur.

QVARTO sciendum, quòd pro declaratione diffinitionum accidentis supponitur primò: quòd accidens aliquando est nomen primæ intentionis, valens tantum sicut inhærens: & sic est in determinato genere scilicet actionis, vel passionis: quod prædicatur denominatiuè de nonē prædicamētis, puta de quantitate, qualitate: vt ista est merè denominatiua, quantitas est accidens: albedo est acccidens: & tales valent tantum sicut albedo est inhærens. Alio modo, vt est terminus secundę intentionis importans secundam intentionem, quæ attribuitur alicui, quòd sine implicatione potest separari & negari de subiecto: & sic est hic ad propositum. Supponitur secundo, ꝙ adesse & abesse in diffinitione accidentis possunt capi dupliciter. Vnomodo physicaliter; & tunc abest, idem est, quod separari, & adest idē est, quòd inhærere: & sic non capitur hic, nisi caperetur accidens primo intentionaliter: & sic esset sensus: accidens est forma, quæ potest inhærere, non inhærere subiecto. Aliomodo capitur logicaliter: & tunc adest idem est, quòd affirmari: & ab est idem est, quòd negari; & sic capitur hic: ita quòd est sensus, accidens est vniuersale, quod adest, & abest subiecto .i. sine implicatione potest affirmari

H & negari de subiecto, præter subiecti corruptionem .i. sine re pugnantia subiecti, uel subiecto non designante suppositionē .i. dato quòd subiectum supponat sicut prius ante separationē accidentis supponebat. Et si quis dicat, si ista diffinitio esset bona, sequeretur, quòd nullum accidens esset inseparabile, cum quodlibet sine implicatione po test separari .i. negari a subiecto. Respondetur negando cōsequentiā; & ratio est: quia accidens nō dicitur inseparabile, quin non possit simpliciter abesse, seu separari, vel negari de subiecto: sed quia naturaliter & secundum communem cursum naturæ non potest verè negari, & separari a subiecto; similiter debet intelligi secūda diffinitio accidentis. Sed de tertia dicitur, quòd non datur per puram ne gationem: cum talis negatio præ-

Accidēs termin⁹ primæ et secundas intentionis eē potest.

Sco. 7 4. dis. 1 2. q. 1. ī respō. ad qō.

Adesse, & abesse dupliciter.

Instātia.

A præsupponat affirmationem, scilicet vniuersale: ita quòd est sensus, accidens est vniuersale; quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium. Et similiter debet dici de multis alijs diffinitionibus, in quibus ponitur negatio; puta ꝙ tales negationes præsupponunt positiuum. Ex omnibus istis diffinitionibus potest elici diffinitio accidentis in ratione prædicabilis sic; Accidẽs est, quod accidentaliter & transmutabiliter prædicatur de pluribus: ut album, nigrum: Ex quo sequitur, quòd multa sunt, quæ dicuntur accidentia, quæ non faciunt vniuersale accidentis; vt hoc album, hoc nigrum. Et hęc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Accidẽtis ꝓ pdicabili diffinitio.

Art. 2.

B DVBITATVR primò, vtrum aliquod accidens sit separabile, & aliquod inseparabile. Pro solutione supponitur, quòd aliquod accidens dicitur posse separari à subiecto dupliciter. Vnomodo, quòd possit esse & existere sine subiecto: sic videlicet, quòd sit, & non sit in subiecto: Tunc dico, quòd nullum accidens, siue absolutum, siue respectiuum potest separari a subiecto naturaliter, neque faciliter, neque difficiliter; vnde nullum est ens creatum, quod possit facere aliquod accidens sine subiecto. Dico secundo, quòd omne accidens absolutũ potest sic separari à subiecto ꝑ potentiam diuinam; nam deus potest facere, quòd quodcunque accidens absolutum esset et existeret sine subiecto. Et dicitur notanter absolutum; quia deus non potest sic separare accidens respectiuum, saltem à ꝓprio fundamento; vt non posset deus separare paternitatem à Petro, ipsa remanẽte, nec similitudinem ab albedine: & hoc est propter dependentiam vel exigentiam, quam habet accidentes respectiuum ad suum fundamentum vel propter identitatem realem, quam habet cũ actuali inhærentia. Alio modo accidens potest separari a subiecto; quia potest destrui subiecto remanẽte, vel saltem subiectum potest esse sine eo: & sic dico, ꝙ multa sunt accidentia separabilia per naturam; quia agens naturale potest multa accidentia destruere, subiecto vel subiectis eorum remanentibus; & sic capitur separabile in diuisione accidenti. Dico tertio, ꝙ deus potest sic separare omne accidens realiter distinctum a subiecto vel fundamento, siue sit absolutum, siue respectiuum, vt potest deus sic separare paternitate a Petro, quòd corrumpendo filium Petri, corrumpit paternitatem ipsius Petri. Supponitur secundo, quòd accidens dicitur etiam inseparabile dupliciter. Vno modo: quia non potest existere sine subiecto, vel fundamento: & sic omne accidens dicitur inseparabile, quò ad potentiam naturalem: quia nullum est agens naturale, vel creatum, quod possit facere accidens existere sine subiecto: tamen quò ad potentiam supernaturalem solum accidentia respectiua dicuntur inseparabilia, saltem à suo fundamento: quia deus non potest sic ea separare à fundamento. Aliomodo

An dentur accidẽtia sepabilia.

Sco. ĩ 4. d. 11. q. 1. in respõ. qõ.

C *Sco. ĩ 4. d. 12. q. 1. in respõ. qõ.*

D

 dici-

E dicitur inseparabile, quia non potest destrui; subiecto remanẽte; & sic dico, quòd naturaliter & secundum communẽ cursum naturæ aliqua sunt inseparabilia: vt nigredo corui, albedo cygni: q̃ sm communem cursum naturæ non possunt sic separari a subiecto: sed quò ad potentiam supernaturalem nullũ est accidens, siue absolutum, siue respectiuum distinctum a subiecto vel a fundamento, quod dicatur sic inseparabile: potest tamen accidens separari a subiecto vel non separari, capiendo separari, vel inseparari logicaliter. Vnde illud dicitur separari logicaliter: quod sine contradictione potest verè negari de subiecto: Sed illud dicitur inseparabile a subiecto: quod verè non potest negari de subie-
F cto secundum communem cursum naturæ: & sic aliqua sunt inseparabilia: vel quia simpliciter non possunt negari de subiecto per quancunq; potentiam: & sic nulla sunt inseparabilia.

An inhærentia distinguatur realiter ab accidẽte.

DVBITATVR secundo, vtrum inhęrentia distinguatur realiter ab accidente. Pro cuius solutione supponit, quòd accidens ut est nomen primæ intentionis, potest capi dupliciter. Vnomodo pro per se significato: & sic idem est, quòd inhęrens, & sic non quærit quęstio: quia tũc accidens est ipsummet inhęrens, & accidentalitas est ipsamet inhęrentia. Aliomodo capitur pro denominato .i. pro illo, quod denominatur accidentales cuiusmodi est quantitas, qualitas; & sic de alijs. Et de isto, est hic ad propositum: ita quòd dubium non vult, nisi vtrum inhęrentia, qua

Scot. i 4. d. 13. q. 1. in respõ. quæstio.

G albedo, vel nigredo, vel aliquod aliud accidens dicitur inhærere, sit res distincta ab ipsa albedine, vel nigredine. Supponitur secundo, quòd inhærentia, qua aliquod accidens dicitur inhęrere subiecto vel fundamento, est duplex: scilicet actualis, qua accidens actualiter dicitur inhærere suo subiecto: & de tali ponuntur aliquæ propositiones. Prima: inhærentia actualis, qua accidens absolutum actualiter dicitur inhærere subiecto, est realiter distincta ab illo accidente absoluto: vt inhærentia, qua albedo actualiter dicitur inhærere subiecto, distinguitur realiter ab albedine: quia talis albedo per potentiam diuinam potest esse sine tali inhærentia: vt patet in sacramento altaris, vbi est sine inhærentia actuali ad subiectum. Secunda H propositio: inhærentia actualis, qua aliquod accidens respectiuum dicitur actualiter inhærere suo fundamento, est eadem realiter cum tali accidente respectiuo; vt inhærentia, qua paternitas inhæret forti, est eadem realiter ipsi paternitati: ideo implicat paternitatem esse, & non actualiter inhærere. Ex quo sequitur, quòd cum quælibet inhærentia sit accidens respectiuum, ipsa non inhæret alia inhærentia, sed ipsamet inhæret. Sequitur secundo, quòd quælibet relatio in creaturis est suamet accidentalitas, vel inhærentia ad suum fundamentum: vt similitudo, vel paternitas est metipsa inhærentia

Inhærẽtia duplex.

A tia. Alia est inhærentia aptitudinalis, per quam accidens dicitur aptum natum inhærere, vel accidere: & de tali dico ꝙ omnis inhærentia aptitudinalis est eadem realiter illi, cuius est inhærentia: vt inhærentia, quã albedo nata est inhærere subiecto est eadem realiter ipsi albedini: & similiter dicit̃ de alijs.

An propria passio distinguatur realiter à suo subiecto.

DVBITATVR tertio vtrũ propria passio distinguatur realiter ab illo, cuius ẽ passio. Pro cuius solutione supponitur primo, ꝙ duplices sunt passiones: quædam sunt disiunctæ, quæ cõponuntur ex duobus cum coniunctione disiunctiua; vt necessarium vel contingens respectu entis: vt omne ens est contingẽs vel necessarium: & de talibus non quærit dubium. Aliæ sunt simplices, quæ non impor B tantur per disiunctionem: sed per terminum simplicem, vel per aliquod supplens: vt risibile, flebile, & sic de alijs. Et istæ sunt multiplices: quædam sunt transcendentes, & conuertuntur cum ente: vt vnum, bonum, verum; quædam sunt limitatæ. Et istæ sunt adhuc multiplices: quædam conuertuntur cum genere generalissimo: vt susceptibile contrariorum respectu substantiæ: quædã conuertuntur cum genere subalterno: vt sensibile cũ animali: & quædam cum specie specialissima: vt risibile cum homine: & de talibus solum est hic ad propositum. Supponitur tertio, ꝙ passio simplex nõ est aliud quàm aptitudo, seu respectus aptitudinalis ad aliquid: vt risibile formaliter non importat nisi aptitudinem seu

Passio simplex quid.

respectum aptitudinalem ad risum; & similiter dicatur de omnibus alijs passionibus. Aduerte tamen, quòd passio aliquando accipitur pro accidente naturaliter & extrinsecè consequente complexionem vel naturam alicuius: quemadmodũ dicimus, quòd frigiditas est passio aquæ: & caliditas est passio ignis; sed de talibus non quærit dubium. Istis suppositis dicitur primo, ꝙ quælibet propria passio simplex & propriè dicta, est eadem realiter cum illo, cuius est passio: licet tamen formaliter distinguatur. Secundo dicũtur, ꝙ quælibet propria passio simplex. propriè dicta, est in eodem prædicamento cum illo, cuius est passio, saltem reductiuè: vt risibile est in illo prædicamẽto, cuius est homo. Sed vt magis appareat, probatur primum dictum. Primo sic; aliqua propria passio est eadem realiter cum suo subiecto: ergo omnis: quia eadem ratio videtur esse de vna, & de omnibus. Antecedens patet: quia vnum, quod est propria passio entis, est idem realiter enti: vt vult Aristot. 4. metaphysic. Secundo sic: illud, quod scitur necessario inesse alicui subiecto: ita ꝙ oppositũ eius inesse eidem subiecto implicat, est idem realiter illi: sed quælibet propria passio scitur necessario inesse suo subiecto: sic quòd implicat contradictionem, oppositum sibi inesse: igitur. Minor probatur: quia si propria passio non sciretur necessario inesse suo subiecto; sequeretur quòd conclusio demonstrabilis esset contingens: & quod

Sco in 1. d. 17. q. 4. ante D sol. argu. Et in 4. d. 49. q. 10.

Text. comment. 3.

E ſcientia eſſet de contingentibus; igitur. Sed contra illud primum dictum arguitur; omne, quod ſcitur ineſſe alicui per aliquod medium, diſtinguitur realiter ab eo, de quo ſcitur; ſed propria paſsio ſcitur ineſſe ſuo ſubiecto per medium, id eſt per diffinitionem ſubiecti; igitur. Maior patet: quia alias idem ſciretur eſſe in ſeipſo, & de ſeipſo. Secundo ſic; omnis cauſa realiter diſtinguitur à ſuo effectu; ſed ſubiectum eſt cauſa ſuæ paſsionis; igitur. Tertio ſic; quicquid eſt in aliquo inſtanti, in quo non eſt aliud, eſt diſtinctum realiter ab eo; ſed ſubiectum eſt in aliquo priori inſtanti naturæ, in quo nõ eſt ſua propria paſsio, igitur. Quarto ſic; quicquid poteſt à nobis intelligi, à deo poteſt produci; ſed

F ſubiectum poteſt intelligi ſine ſua paſsione: igitur deus poteſt producere ſubiectum ſine paſsione. Ad iſtas rationes reſpõdetur primo ad primam: negando maiorem, & ad probationem dicitur, quòd non eſt inconueniens idem realiter, diſtinctum tamen formaliter ſciri de ſeipſo. Ad ſecundam dicitur, quòd licet ſubiectũ ſit cauſa paſsionis ineſſe cognito, non tamen ineſſe reali. Ad tertiam dicitur negando maiorem, quia eſſe prius natura alio, non eſt aliud, quàm ab illo non conuerti ſubſiſtendi conſequentia, vel quia illi, quantum eſt de ſe, non repugnat eſſe ſine illo poſteriori. vnde homini quantum eſt de ſe; non repugnat eſſe ſine riſibili, tamen ſimpliciter ſibi repugnat propter identitatem realem, quam habet cum illo

G poſteriori, puta cum propria paſsione. Et ſi quis quærat, *Sco. in 1. d. 8. q. 2.* an homo in illo primo inſtanti, ſeu priori naturæ, in quo præcedit riſibilitatem ſit riſibilis: vel non. Reſpondeo, quòd in illo inſtanti non eſt riſibilis, neq; non riſibilis. Et ſi quis dicat: ergo duo contradictoria verè non negabuntur de aliquo. Reſpondeo, ꝙ licet duo cõtradictoria abſolutè ſumpta, non poſsit verè negari de aliquo: tamen bene ſumpta cum aliquibus determinationibus: vt cum iſta determinatione in primo inſtãti, quidditatiuè, per ſe primo modo. Ad quartam dicitur, ꝙ maior eſt ſimpliciter falſi. Nam intellectus noſter poteſt aliqua intelligere, quæ deus non poteſt producere, cuiuſmodi ſunt impoſsibilia. Et

H hęc de ſecundo articulo. Quantum ad tertium ſit.

CONCLVSIO reſpõſalis: *Art. 3.* Proprium & accidens ſunt prædicabilia, abinuicem diſtincta, ſufficienter diffinita, & aſsignata a Porphyrio; vt patet in primo articulo. Ad rationes. Ad primam dicitur, negando antecedens pro vtraq; parte; & ad probationem primæ partis dicitur, quòd proprium bene eſt proprium reſpectu ſpeciei, cum qua conuertitur, eſt tamen commune reſpectu ſuorũ ſubijcibilium. vel poteſt dici quòd proprium aliquãdo capitur pro ſingulari; & ſic proprium non eſſet commune. Ad ſecundam partem dicitur, quòd licet accidens ſingulare, ſicut hoc album non ſit prædicabile: tamẽ bene accidens commune, concretiuè

A cretiuè deſignatum. Ad tertiã dicitur negando antecedẽs; ad ꝓbationes dico primo, ꝙ ꝓpriũ eſt bene accidens per ſe: ſed nõ accidens per accidẽs. Dico etiã, ꝙ non omne eſt in ſecunda ſpecie qualitatis: Dico tertio, ꝙ nõ eſt ſubſtãtia formaliter. Dicò quarto, ꝙ in diffinitione proprij ponitur accidens, largè captũ, & non ſpecialiter. Dico quinto, ꝙ licet proprij & accidentis ſint eadem ſubijcibilia: tamen propter hoc non ſequitur, quin non ſint diſtincta vniuerſalia, cum vniuerſalia non diſtinguãtur ex parte ſubijcibilium. Ad tertiam; negatur antecedens pro vtraq; ſui parte. Ad primam probationem dico, quòd hoc non ſufficit; ſed requiritur, quòd per ſe ſibi conueniat & intranſmutabiliter. Et

B ad ſecundam probationem dicitur, quòd ſicut ens non eſt prædicabile propriè dictum, neque eius paſsiones. Ad quartam dicitur, negando antecedens. Ad primam probationem patet ſolutio ex dictis. Ad ſecundam probationem negatur antecedens; nam in diffinitione accidentis ſubiectum debet accipi pro ento completo, & perfecto, cuiuſmodi non eſt materia. Etiam forma non ineſt materiæ omnimodè, ſicut accidens ſubiecto. Ad quintam patet ſolutio in primo articulo.

Conueniẽtia, et differentia quinque ꝑdicabilium.

COmmune quidem eſt omnibus de pluribus prædicari: ſed genus quidem de ſpeciebus, & indiuiduis &c.

ISTAE EST ſecundus C tractatus huius libri, in quo Porphyrius ponit conuenientias & differentias quinq; prædicabilium adinuicem. Et diuiditur iſtæ tractatus in ſex capitula. In primo ponit vnam cõuenientiam generalem quinque vniuerſalium, dicens, quòd commune eſt quinque vniuerſalibus, de pluribus, id eſt de multis prædicari: quamuis genus de magis multis prædicetur. Hanc concluſionem probat inductione, & exemplo. Inductiuè ſic: quia genus de ſpeciebus, & de indiuiduis earum prædicatur; ſimiliter & differentia, ſpecies autem de indiuiduis, quæ ſunt ſub ipſa, proprium vero de ſpecie cuius eſt proprium, & de omnibus eius indiuiduis: & accidens de ſpeciebus & in- D 1 diuiduis. Exemplo probat: nam animal, quod eſt genus de equis & de bobus, quæ ſunt ſpecies, prædicatur: & de hoc equo & de hoc boue q̃ ſunt indiuidua. Irrationale etiam, quod eſt differentia: prædicatur de æquis & bobus, & de his, quæ ſunt particulares equi, & boues: homo, qui eſt ſpecies, de particularibus hominibus prædicatur; & riſibile, quod eſt proprium, de homine, & de particularibus hominibus prædicatur: ſed nigrum, quod eſt accidens inſeparabile corui, de ſpecie coruorum, & de particularibus coruis prædicatur. Mouere autem, quod eſt accidens ſeparabile de homine, & equo ꝑdicatur: vnde accidens prædicatur

E tam de ſpeciebus, quàm de indi uiduis: ſed primò & principaliter de indiuiduis: ſecundo de ſpeciebus, quæ continẽt indiuidua, cuius oppoſitum eſt de proprio:

Generis comparatio.

Commune eſt autem generi,& differentiæ continentia ſpecierum &c.

ISTVD eſt ſecundum capitulum huius tractatus, in quo comparat genus ad alia pdicabilia pœnes cõuenientias & differentias. Et diuiditur in nouẽ partes.In prima comparat genus ad differentiam pœnes conuenientias, ponens tres conuenientias generis & dr̃ię.Quarũ prima eſt:tam genus quàm dr̃ia continent plures ſpecies: licet genus plures contineat, quàm dr̃ia eius diuiſiua: vt rationale non continet irrationale: quæ

F tamen cõtinet animal, quod eſt genus. Secunda conuenientia: ſicut quæcunq; prædicantur de genere, vt genus ſupple, per ſe & eſſentialiter, etiam prædicantur de ſpeciebus, quæ ſunt ſub genere; ita etiam quæcunq; prædicantur de dr̃ia vt dr̃ia, etiam prædicantur de omnibus contẽtis ſub ea: vt ſubſtantia,corpus, corpus animatum, non ſolum prædicantur de animali; ſed ẽt de ſpeciebus eius: & de indiuiduis ſpecierum. Similiter vti rõnale prædicatur de rationali: ẽt prędicatur de ſpeciebus,contentis ſub rationali: vnde pdicari de genere inquantum genus, & de dr̃ia inquantum dr̃ia,eſt prædicari eſſentialiter, & per ſe de genere & dr̃ia. Tertia conuenientia: ſicut interempto genere,deſtruuntur omnes ſpecies, quæ ſub ipſo ſunt: ſic dr̃ia deſtructa, deſtruuntur omnia ſua inferiora: vt ſi non ſit animal, non eſt equus neq; homo: ita ſi non ſit rationale, non erit animal,quod vtitur ratione. Et per hoc habetur, ꝙ argumentum valet negatiuè tam a genere, q̃ a differentia ad eorum inferiora. In ſecunda parte huius capituli comparat genus ad differentiam pœnes ſex differentias. Prima eſt:genus prædicatur de pluribus, quàm dr̃ia: quod declarat per exemplum; quia animal prædicatur de equo, homine,& boue,& ſerpente:quadrupes enim, quod eſt differentia eius diuiſiua, ſolum prædicatur de habentibus quatuor pedes. Secunda dr̃ia eſt, genus continet differentias in poteſtate, ſed non ecõtra, vt animal continet iſtas duas differentias.ſ.rationale & irrationale.Tertia dr̃ia:genera ſunt naturaliter priora differentiis diuiſiuis eorum: ideo deſtructo genere, deſtruuntur omnes differentiæ eius: vt deſtructo animali, deſtruuntur rationale & irrationale: ſed non econtra. Quarta differentia: genus prædicatur in quid, differentia vero in quale.Quinta differentia: vnius ſpeciei eſt tantũ vnum genus: ſecundum tamen illud genus poſſunt eſſe multæ differentiæ eiuſdem ſpeciei: vt hominis ſecundum hoc genus animal ſunt plures dr̃iæ.ſ.rõnale,mortale,& bipes.Sexta differentia: genus habet modũ materiæ in conſtitutione ſpeciei, dr̃ia modum formæ:& licet ſint aliæ cõueniẽtiæ & dr̃iæ generis & dr̃iæ, tamen quæ dictæ ſunt ſufficiunt.In tertia parte huius capi-

A genere & differentia ad ſua inferiora tenet conſequẽtia negatiuè.

G

H

A capituli comparat genus ad ſpeciem, ponens tres cõuenientias ipſius generis & ſpeciei. Prima: tam genus quàm ſpecies prædicantur de pluribus. Secũda: tam genus quam ſpecies ſunt priora his, de quibus prædicantur. Tertia: vtrunque eſt quoddam totum reſpectu ſuorum inferiorũ, ſcilicet totũ vniuerſale. In quarta parte huius capituli comparat genus ad ſpeciem penes differentias, aſsignans ſex differentias inter ſpeciem & genus. Prima; genus continet ſpeciem ſub ſe, & non econtra. Secunda: quia genus natura eſt prius ſpecie: quod probat: quia oportet genera præiacere, & ipſa determinata ſpecificis differentiis ſpeciem conſtituere. Secundo: quia interempto genere, interimitur ſpecies: ſed non econtra. Tertia B differentia: poſita ſpecie ponitur genus, & non econtra: vt ſi homo eſt, animal eſt: ſed non econtra. Quarta: genus, prædicatur de ſpeciebus vniuocè, & non econtra. Quinta; genus abũdat a ſpeciebus: quia continet plures ſpecies: ſpecies autem nõ continet ſpecies, ſed indiuidua. Sexta: ſpecies nunquàm poteſt eſſe generaliſsimum: ſed bene ſpecialiſsimum: genus vero nunquàm poteſt eſſe ſpecialiſsimũ, ſed bene generaliſsimum. In quinta parte huius capituli comparat genus ad proprium penes cõuenientiam, dicens, quòd tres ſunt conuenientiæ generis & proprij. Prima: tam genus quam proprium ſequuntur ea, quorum ſunt, ſcilicet ſpeciem: vt ſi homo eſt, animal eſt: & ſi homo eſt, riſibile eſt. Secunda: genus & proprium

æqualiter prædicantur & participantur a ſuis inferioribus: & C non ſecundum magis & minus: ſicut enim homo & bos ſunt æqualiter animal: ita ſortes & Plato æqualiter ſunt riſibile. Tertia: tam genus quàm proprium prædicantur vniuoce de ſuis inferioribus. In ſexta parte comparat genus ad proprium penes quinque differentias. Prima: genus eſt prius proprio: quia genus eſt prius ſpecie: & ſpecies eſt prior proprio: igitur. Secunda: genus prædicatur de pluribus ſpeciebus: proprium verò tantum de vna ſpecie. Tertia: proprium prædicatur conuerſim de eo, cuius eſt proprium: genus vero non prædicatur conuerſim de illo, cuius eſt genus. Quarta: proprium ineſt omni, ſoli, & D ſemper; genus vero non ineſt ſoli. Quinta: proprium deſtruitur ad deſtructionem ſpeciei, & non econtra; ſed genus non deſtruitur ad deſtructionem ſpeciei. In ſeptima parte comparat genus ad accidens penes vnam conuenientiam: quæ talis eſt: commune eſt generi & accidenti de pluribus prædicari: accidens enim ſiue ſit ſeparabile ſiue inſeparabile de pluribus prædicatur. In octaua parte comparat genus ad accidens penes quatuor differentias. Quarum prima eſt: genus eſt prius, accidens vero poſterius: quia accidens eſt poſterius ſpecie & indiuiduis: genus vero eſt prius. Secunda: quia genera participantur æqualiter, & non ſecundum magis & minus: accidens autem intenſionem & remiſsionem ſuſcipit.

E Tertia accidentia principaliter insunt indiuiduis; genera vero speciebus. Quarta genus prædicatur in quid, accidens vero in quale: interrogatus qs enim, qualis est æthiops, conuenienter respondet, quòd est niger. In nona parte remouet vnam dubitationem circa præcedentia & sequentia: cum enim sint quatuor comparationes generis: Dubitaret aliquis, an aliorum quatuor prædicabilium sint quatuor comparationes sicut & generis ad alia quatuor prædicabilia, ita quòd sint viginti. Respondetur quòd quatuor sunt comparationes generis ad alia quatuor prædicabilia, differentiæ vero tres: scilicet ad speciem proprium, & accidens: speciei duæ, scilicet ad proprium & accidens. Comparationes vero eius ad genus
F & differentiam numeratæ sunt, quando genus & differentia comparantur ad ipsam speciem sed proprij solum est vna comparatio, scilicet ad accidens; quia comparationes eius ad alia tria dictæ sunt, cum prædicta tria rationes eius ad alia tria dictæ sunt, cum prædicta tria ad ipsum proprium comparantur accidentis non est comparatio qua comparatur ad alia quatuor: ideo concludit, quòd sumptis quatuor comparationibus generis ad alia quatuor, videlicet tribus differentiæ, duabus speciei cum vna proprii, non sunt nisi decem comparationes prædicabilium.

Differentia cōpa-

Commune vero est differentiæ & speciei æqualiter participari: homine enim æqualiter participant particulares homines & rationali differentia, &c. G *ratio & speciei.*

Istud est tertium capitulum huius tractatus: in quo Porphyrius ponit comparationes differentiæ ad alia tria ꝓdicabilia. Et diuiditur sex partes. In prima ponit duas conuenientias differentiæ & speciei. Quarum prima est differentia, & species æqualiter participantur per se a suis inferioribus. Secunda: species & differentia semper assistunt his, quæ ipsa participant: semper enim socrates est rationalis, & homo. In secunda parte comparat differentiam ad speciem penes quatuor differentias. Quarum prima est: differentia prædicatur in quale, species vero in quid. Secunda differentia sæpe reperitur in pluribus speciebus, vt quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus: species vero in solis indiuiduis, quæ sunt sub ipsa: H
Tertia: differentia est prior specie, & non econtra: vt rationale est prius homine: quia rationali interempto interimitur homo, sed non econtra, cum adhuc sit deus, qui est rationalis. Quarta, vna differentia concurrit cum alia ad constitutionem vnius speciei, sicut rationale, & mortale ad constitutionem hominis, sed vna species non componitur alteri, vt simul generet vnam aliam speciem. Circa hoc monet vnam obiectionem, dicens, quòd quamuis æqua cuidam parti-

A particulari asino permisceatur ad muli generationem, tamen æqua simpliciter.i.in communi non concurrit cum asino in cõ muni ad generandum mulum.

In Tertia parte comparat differentiam ad proprium per duas conuenientias. Prima: differentia & proprium æqualiter participantur, & non secundũ magis & minus secunda: ꝙ semper affinit illis, de quibus prædicantur: Vbi remouet dubium dicens, ꝙ quamuis bipes truncetur: tamen semper manet aptitudo ad habendum duos pedes. In Quarta parte comparat differentia, & proprium penes duas differentias. Prima: differentia dicitur de pluribus speciebus: vt rationale de homine & de deo: proprium vero de vna sola specie, cuius est pro-

B prium secunda differentia sequitur ad speciem, & non conuertibiliter: proprium vero conuersim prædicatur de eo, cuius est proprium. In Quinta parte comparat differentiam ad accidens penes duas conuenientias. Prima: vtrunque prædicatur de pluribus secunda: accidens inseparabile semper adest illi, cuius est, sicut differentia. In Sexta parte comparat differentiam ad accidens penes tres differentias. Prima: differentia continet species, & non continetur: accidentia verò continent, eo ꝙ sunt in pluribus: & continentur, eo ꝙ subiecta non solum sunt susceptiua vnius accidentis, sed plurium secunda differentia non est intensibilis nec remissibilis: accidentia verò suscipiunt magis & minus tertia: differentiæ contrariæ sunt impermixtæ: non enim permiscentur eadem in specie, cuius sunt differentiæ: sed accidentia contraria bene possunt permisceri in eodem, cuius sunt accidentia.

C

Speciei autem & proprij commune est, de se inuicem conuersim prædicari: nam si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est. *Speciei cõparatio.*

Istud est quartum capitulum, in quo comparat speciem ad proprium: & diuiditur in duas partes. In prima comparat speciem ad proprium penes duas conuenientias. Quarum prima est: species & proprium prædicantur de se inuicem conuertibiliter: vt si homo est, risibile est & econtra. secunda: species, & proprium, æqualiter participantur, a quibus participantur, & non secundum magis, & minus. In secunda parte comparat speciem ad proprium penes quatuor differentias. Quarum prima est, species potest esse genus aliarum specierũ: proprium autem non potest esse genus aliorum propriorum: Secũda: species est prior ꝓprio. Tertia: species est semper actu in suis subiicibilibus: sed propriũ non semper adest actu: nam socrates semper est actu homo, non tamen semper ridet actu, quamuis natus sit ridere. Quarta: diffinitiones proprii & speciei differũt: ergo sp̃ẽs & ꝓpriũ D differunt;

E differunt:patet consequentia:qa quorum termini sunt differentes & ipsa sunt differentia. Antecedens patet:quia diffinitio speciei est semper poni sub assignato genere: diffinitio proprij est, proprium inest omni, soli, & semper.

Speciei vero, & accidentis communem quidē est de pluribus prædicari.

Istud est quintum capitulum: in quo comparat speciem ad accidens penes vnam conueniētiam: & quatuor differentias. Conuenientia talis est: commune est illis ambobus de pluribus prædicari. Sed prima differentia est: quia species prædicatur in quid: accidens vero in quale vel aliquo modo se habens: secunda vnius indiuidui est vnica species specialissima: sed vnius indiuidui plura sunt accidentia tam separabilia quàm inseparabilia.

F Tertia species est prior accidente: accidētia vero posteriora specie: oportet enim subiectum esse, vt ei aliquid accidat. Quarta species participat æqualiter & non secundum magis & minus ab his, quorum est species: accidens vero secundum magis & minus participatur: æthiops enim alio æthiope magis habebit de colore.

Commune autem proprij & inseparabilis accidentis est: quòd præter ea nunquam consistant illa, in quibus consideràntur.

Istud est sextum & vltimum capitulum huius tractatus, in quo comparat proprium ad accidens: & diuiditur in duas partes. In prima ponit duas G conuenientias: quarum prima est subiectum proprii & accidentis inseparabilis nunquam existit sine illis: vt homo sine risibili, & æthiops sine nigredine. Secunda vtrunque eorum semper inest & omni contento sub subiecto: & hoc intelligendo istas duas conuenientias de accidente inseparabili. In secunda parte comparat proprium ad accidens penes tres differentias. Prima: proprium inest soli speciei, quemadmódum risibile homini: sed non accidens inseparabile; nigrum enim non inest soli æthiopi: sed etiam coruo, & etiam carboni, & ebeno, & quibusdam alijs. Secunda: propriū prædicatur conuersim: non autem accidens inseparabile. Tertia, proprium prædicatur æqualiter: accidens vero secundum magis & minus. Finaliter se excusat: dicens, quòd H licet sint aliæ cōitates vel proprietates quinq; vniuersalium, tamē illæ, quæ sunt dictæ, sufficiunt.

An conuenientiæ & differentiæ prædicabiliū sufficienter assignentur.

QVAERITVR Vtrum conuenientię & differentię quinque prędicabilium sint a Porphyrio in textu sufficienter assignatæ. Arguitur primo quòd non. Et primo contra primam differentiam generis & differentiæ: quia genus non prædicatur de pluribus, quàm differentia: ergo in hoc genus & differentia non differunt. Antecedens patet: quia sensibile, quod est differentia aīalis: prædicat̄ de tot, de quot p̄dicat̄ aīal, quod est genus. Secunda sic: contra primam cōuenien-

A uenientiam generis & proprij; quia genus est prius specie, de qua prædicatur; ergo genus non sequitur ad speciem; & per consequens genus & proprium nõ conueniunt in hoc, quod est sequi ad speciem. Tertio sic; contra conuenientiam omnium prędicabilium; quia genus differt ab alijs prædicabilibus per hoc, quod est prædicari de pluribus; ergo non est commune omnibus prædicabilibus, de pluribus prædicari. Quarto sic; Genus & proprium non prædicantur vniuocè de suis subiicibilibus; ergo genus & proprium non conueniunt in hoc, quod est prædicari vniuocè. Ancedẽs probatur: quia proprium prædicatur denominatiue: ergo nõ prædicatur vniuoce: tenet consequentia per locum ab oppositis. Secunda probatẽ; quia prædicari vniuoce est, ꝑdicari vno nomine & vna ratione; sed propriũ non habet rationem: igitur. Itẽ prædicari vniuocè est prædicari quidditatiue, igitur. Quinto sic: Prædicabilia conueniunt in eisdem; ergo male ponuntur differentiæ ipsorum. Antecedens patet primo; quia coloratum est genus albi & species qualitatis; & accidens parietis. secundo patet quia rationale est differentia hominis; & species huius rationalis, & illius. Item omnia prædicabilia sunt species vniuersalis; igitur. In oppositum arguitur auctoritate Porphyrij, ponentis illas conuenientias & differentias in textu. In quæstione sicut in cæteris erunt tres articuli.

Art. 1. PRIMO sciendum, quod coincidentiæ prædicabilium dicuntur, in quibus ipsa prædicabilia conueniunt. Et dicuntur cõmunitates; quia illud, in quo conueniunt aliqua, est commune illis. Et est duplex communitas prædicabilium, vna generalis, in qua omnia prædicabilia conueniũt; vt prædicari de multis; alia est specialis, in qua aliqua prædicabilia conueniunt; vt prædicari in quid, in quo conueniunt genus & species. Sed differentiæ dicuntur, quibus prędicabilia adinuicem differunt: & vocantur tales differentiæ proprietates: quia illud, per qđ aliquid differt ab alio, dicitur quodammodo proprium, cum per illud non conueniat cum alio. Sed restat vna difficultas, vtrum quinque vniuersalia conueniant in idem. Respondetur, quòd prædicabilia conuenire in idem, potest intelligi dupliciter. Vno modo in idem, id est quidditatiue; & hoc dupliciter: vno modo, quòd conueniant cũ aliquo, quod dicitur quidditatiue de ipsis; & sic dico, quòd coincidunt in idem; vt conueniũt in vniuersali, quod dicitur quidditatiue de ipsis. Aliomodo, ꝙ ipsa quinque vniuersalia dicuntur quidditatiue de aliquo: & sic dico quòd non coincidunt: quia de nullo quidditatiue dicuntur. Alio modo potest intelligi quinque vniuersalia coincidere in aliquo denominatiue; & hoc dupliciter; vno modo quòd conueniant in aliquo, quod dicitur de ipsis denominatiue; & sic coincidunt; quia conueniunt in specie, quæ dicitur de ipsis denominatiuè; vt ista est vera, genus est species, differentia est species. Alio modo quod dicantur denomi-

Prædicabiliũ duplex communitas.

An quinque vniuersalia conueniant in idẽ.

B C D

E denominatiue de aliquo: & sic dico, quòd aliqua vniuersalia coincidunt in idem denominatiue: quia aliqua prædicantur denominatiue de aliquo, respectu tamen diuersorum: vt album respectu subiecti dicitur accidens, & respectu suorum inferiorum dicitur species: & sic genus: & species dicuntur de aliquo respectu tamen diuersorum.

SECVNDO sciendum, quod quando dicit Porphyrius in sexta differentia generis & differentiæ, quòd genus habet modum materiæ, & differentia modum formæ: non vult dicere, quòd genus sit materia, & differentia forma: sed quòd genus habet modum materiæ: & differentia modum formæ: nam sicut materia determinatur per formam: ita genus determinatur per differentiam. Aduerte F vltra, quòd quando dicitur in prima differentia generis & speciei, quòd genus continet species & non continetur ab eis: debet intelligi, quòd genus continentia potentiali continet suas species: & tali continentia species non continet genus, licet bene alia continentia: quia species continet genus actu, & quodlibet inferius, & superius. Aduerte vltra quòd quando dicitur in tertia communitate generis & proprij, quòd tam genus quàm proprium prædicantur vniuocè de suis subiicibilibus: debet ibi accipi prædicari uniuocè largè vt distinguitur contra prædicari æquiuoce: & non debet ibi accipi propriè, & strictè vt idem est, quod prædicari qdditatiue: quia proprium non prædicatur quidditatiue de G suis subijcibilibus. Aduerte vlterius, quod quando dicitur in secunda differentia generis, & proprij, quod proprium tantum de vna sola specie prædicatur. & genus de pluribus: debet ibi capi proprium, quod conuertitur cum specie specialissima: & non debet intelligi de proprio generico, quod conuertitur cum genere: cuiusmodi est sensibile, cum tale prædicetur de pluribus speciebus: nec est etiam imaginandum, quòd proprium specificũ sic faciat prædicabile proprij distinctum ab alijs, sed propriũ, quod est commune ad propriũ genericum & specificum: quemadmodum dicebatur de differentia.

TERTIO sciendum, quòd quando dicitur in secunda differentia generis & accidentis, quod H accidentia prædicantur secundum magis & minus: hoc debet intelligi respectu suorum subiectorum: quia respectu suorum inferiorum, respectu quorum dicuntur genera vel species. nõ dicuntur prædicari secundum magis & minus: sed æqualiter & in quid. Aduerte vlterius, quòd quando dicitur in tertia differentia differentiæ & accidentis, quòd accidentia contraria bene permiscentur in eodem, sed non differentiæ contrariæ: debet intelligi de differentiis magis propriis, & diuidentibus ex opposito aliquod genus: puta, quòd illæ non possunt dici de eodem, neque in eodem inueniri: accidentia vero contraria in eodem possunt inueniri, & de eodem possunt dici: vt de

aqua

A aqua tepida verum est dicere, quòd est calida & frigida. Et dicitur notanter de differentiis magis propriis, & diuidentibus ex opposito aliquod genus: quia differentiæ subordinatæ possunt bene de eodem dici: sicut sensibile & rationale dicuntur de homine. Aduerte vlterius quod quando dicitur in quarta differentia speciei & differentiæ, quòd duę species non concurrunt ad constitutionem vnius speciei: sed bene duæ differentiæ: debet intelligi, quòd vna differentia bene concurrit: id est componitur cum alia sibi non subordinata ad cōstituendum & perficiendum speciem, seu diffinitionem speciei: quia vna potest determinare aliam: vt rationale & mortale ad constituendum hominem, seu diffinitionem hominis: sed vna species non concurrit, id est non componitur, cum alia ad perficiendum formaliter speciem uel diffinitionem speciei; licet bene materialiter; sicut binnarius & ternarius materialiter concurrunt:scilicet ratione suarum unitatum ad constitutionem quinarij, in quo non manet forma binarij vel ternarij. Et siquis dicat, ad generationem muli concurrit asinus & æqua; ergo duæ species concurrunt ad cōstōnē speciei. Respondetur, ꝙ licet particularis asinus & particularis æqua concurrant ad gñationem muli; tñ asinus & æqua in cōi non ponuntur ad constituēdum formaliter mulum seu diffinitionem muli cum in diffinitione muli non ponatur, neque asinus, neque æqua. Aduerte vltra, quòd quando dicitur in tertia differentia speciei & proprij, quòd species semper inest proprium aũt nō semꝑ inest, dēt intelligi de actu, vt ridere nō semꝑ inest hoī, licet aptitudo ad ridendum semper insit ei.

B

C

QVARTO sciendum ꝙ circa textum incidit talis difficultas, vtrum genus æqualiter dicatur de suis speciebus. Pro cuius solutione supponitur, ꝙ aliquid dici æqualiter de aliquibus, non est aliud, quàm illud prædicari de illis. & non secundum magis & minus, & per oppositum prædicari de aliquibus inæqualiter non est aliud, quàm prædicari de illis mediantibus istis aduerbiis, magis, & minus. Hoc supposito: dico quòd genus prædicatur æqualiter de speciebus, quia non secundum magis & minus, vt ista non conceditur, homo est magis animal, quàm æquus. Et siquis dicat, homo est perfectius animal, quàm bos, conceditur, ergo est magis animal, negatur consequentia, & ratio est, quia hominem esse perfectius animal, quàm bos non est ipsum magis esse animal, sed est ipsum habere perfectiorem differentiam, per quam animal contrahitur & determinatur ad constitutionem hoīs, quàm sit illa, ꝑ quam determinatur aīal ad bouem. Vñ aduerte, ꝙ impossibile est duas spēs esse æqualis perfectionis in entitate, neq; per potentiam naturalem, neque per potentiam diuinam. Nam deus posset facere duas species æqualis perfectionis in entitate. Ideo

An genus æqualiter dicatur de suis speciebus.

D

An duæ spēs possint esse æqualis perfectionis in entitate.

E Ideo dicebat Arist. quòd inter species eiusdem generis est ordo essentialis; quia vna in entitate est perfectior alia, hoc non est per genus in quo conueniunt, sed per suas differentias. Ex quo sequitur quòd impossibile est duas differentias specificas esse æqualis perfectionis. Aduerte vlterius, quòd nunquàm aliquid propriè dicitur magis vel minus tale, nisi ꝙ habet plures gradus, id est partes perfectionales; hoc ergo non est per genus. Et siquis dicat vnus homo dicitur rationabilior alio; ergo differentia dicitur de speciebus secundũ magis & minus. Respondetur, quòd vnus homo dicitur rationabilior alio ad istum sensum, ꝙ vnus homo magis vtitur ratione, quàm alius: vel quia est magis dispositus vti ratione q̃ alius: sed non dicitur rationabilior: ideo rationale non suscipit

8. Metaph. tex. com. 10.

Instãtia.

F magis & minus; licet bene rationabile, quod non est differentia; & sic debet negari consequentia. Etiam vnus homo est risibilior alio, id est magis dispositus ad ridendum, quàm alius; & nõ quia risibile suscipiat magis & minus. Et hæc de primo articulo.

Art. 2.

An tantum sint quinque uniuersalia.

DVBITATVR primo. Vtrum tantum sint quinque vniuersalia. Respondetur, ꝙ de hoc iam satis visum est supra q. 1. ar. 1. Aduerte tamen, ꝙ talis propositio potest capi dupliciter. Vno modo in sensu proprio, & sic est falsa; & est sensus quinque sunt vniuersalia; & non plura sunt vniuersalia quàm quinque; & illa est falsa, nisi aliquid intelligatur. Alio modo potest capi in sensu improprio: & tunc est sensus; quinque sunt intentiones G vniuersalium specie differentiũ, & non plures quàm quinque, vel sicut superius est exposita, quinque sunt vniuersalia, & nõ plura, quàm quinque, specie supple differentia. Et hoc capiendo vniuersale secundæ intentionaliter, seu pro ꝑ se significato. Et aduerte quòd ad hoc ꝙ aliquid propriè dicatur vniuersale, requiritur quòd sit limitatũ, ideo transcendentia non sunt vniuersalia, licet de pluribus prædicentur. Secundo quòd sit quid vniuocum, ideo æquiuoca non sunt vniuersalia, sicut canis. Tertio ꝙ importet conceptum ꝑ se vnũ, ideo illa, quæ important conceptum complexum, sicut diffinitiones, non possunt dici vniuersalia. Sed restat una difficultas, H vtrum in ista prædicatione, Petrus est albus, sit prædicatio quinti prædicabilis de suo subiicibili. Et videtur ꝙ non, quia subiectum & prædicatum pro eodem supponunt, quia albus supponit pro Petro, connotando tamen ipsum habere albedinem, vel pro aggregato ex subiecto & albedine, vt videtur dicere. Scotus in quarto. Respondetur ꝙ ibi est prædicatio quinti prædicabilis. Et ad rationem dicitur, quòd prædicationes nõ semper accipiuntur ab illis pro quibus termini supponunt, sed magis secundum significata formalia, quæ appellantur aliquando ab illis terminis. Vnde ista est accidentalis: quia licet albus supponat pro Petro, tamen connotat ipsum habere albedinem, quæ accidentaliter conuenit Petro, ideo dicitur accidentalis, & similiter dicatur de aliis. Sed restat

Ad uniuersale quid requiritur.

Petrus ẽ albus, an sit prædicatio quinti prædicabilis de suo subiicibili.

A ſtat alia difficultas, vtrum iſta propoſitio, Petrus eſt albus ſit de prædicatione directa vel indirecta. Reſpondetur, ꝙ eſt directa. Vnde omnis prædicatio alicuius prędicabilis de ſuis ꝓpriis ſubiicibilibus, vel ſuo proprio ſubijcibili, eſt de prædicatione directa: ideo falſum eſt illud, ꝙ dicunt aliqui, ꝙ ſolum illa propoſitio eſt de prædicatione directa, in qua ſuperius prædicatur de ſuo inferiori.

Petrus eſt albus qua prædicatio ſit.

DVBITATVR ſecundo. Vtrum præter diſtinctionē realem & rationis ſit ponenda aliqua alia diſtinctio. Pro cuius ſolutione ſupponitur, ꝙ aliqui dicentes ſe inſequi doctrinam Scoti, ponunt ſeptem genera diſtinctionum, & tot identitatum, ſ. diſtinctionem rationis, ex natura rei, formalem, realem, eſſentialem, ſe totis ſubiectiue, & ſe B totis obiectiue: & dicunt quòd iſtæ diſtinctiones ſe inuicem inferunt. Nam dicunt quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè infert omnes alias; & ſic conſequenter. Sed iſte modus dicendi eſt falſus: neque eſt de mente Scoti; primo in hoc, quòd ipſi ponunt ſeptem genera diſtinctionum. Secundo in hoc quòd ipſi ponunt iſtas diſtinctiones ſeinuicem inferre; ideo aliter reſpondetur, ponendo aliquas propoſitiones. Prima: præter diſtinctionem rationis ſolum ſunt ponenda duo genera diſtinctionum, ſcilicet realis & formalis. Secunda propoſitio; diſtinctio rationis eſt, quæ fit per actum comparatiuum intellectus vel voluntatis. Vnde illa, quæ ſic ſola diſtinctione rationis diſtinguuntur, nunquàm ſe habent tanquàm duo obiecta formalia; ſed C ſolum tanquàm vnum, aliter & aliter conſideratum. Ex quo ſequitur, quòd concretum & abſtractum non ſe habent tanquā duo obiecta formalia, vt volunt aliqui. Tertia propoſitio; diſtinctio realis eſt duplex, ſcilicet ſuppoſitorum, & naturarum, quorum vnum non eſt aliud; quemadmodum eſt inter ſuppoſita in diuinis; puta patrem, filium, & ſpiritum ſanctum; & iſta ſolum inuenitur in diuinis, & nūquàm in creaturis; quia impoſsibile eſt duas creaturas habere tantum vnam naturā; ſed tot, quot ſunt ſuppoſita, ſunt naturæ, quemadmodum non eſt in diuinis; ſed eſt ibi vna natura in tribus ſuppoſitis. Alia eſt diſtinctio realis D naturarum, quarum vna ſimpliciter non eſt alia; & iſta ſolum inuenitur in creaturis, & inter rem creatam & increatam; & iſta eſt inter omnes creaturas; quarum vna ſimpliciter non eſt alia; & iſta poteſt vocari diſtinctio eſſentialis: quia natura & eſſentia idem ſunt. Quarta propoſitio; diſtinctio formalis eſt illa, quæ eſt inter duas formalitates vel realitates; quarum vna præciſe & adæquate non eſt alia; quemadmodum ſunt realitates ſuperioris & inferioris, diffiniti & diffinitionis; ſubiecti & paſſionum eiuſdem ſubiecti; differentiæ & illius, cuius eſt differentia; attributorum in diuinis intellectus, & voluntatis. Et ſiquis dicat, inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori; igitur formaliter non diſtinguitur ab eo. Dico, ꝙ diſtinctio formalis, poteſt capi dupliciter. Vno modo ſtricte, prout eſt inter duo extrema;

An ſit alia diſtinctio a diſtinctione reali & rationis.

Sco. in 1. di. 2. q. 4

Lapſus quorūda.

Sc. in prolog. q. 1.

Obiectio

E ma: quorum illud, quod sic distinguitur, non includit aliud in primo modo dicendi per se. Et sic dico, quòd inferius non distinguitur formaliter a suo superiori, cum includat ipsum superius in primo modo dicendi per se. Alio modo capitur magis large, vt est inter duas realitates: quarum vna præcise & adæquate non est alia: quia scilicet in abstracto non prædicantur de seinuicem: Et sic inferius bene distinguitur formaliter a suo superiori: quia realitas inferioris præcisè & adæquatè non est realitas superioris; vt humanitas non est animalitas. Et siquis velit probare, quòd sint plures distinctiones, quàm tres: quia modus intrinsecus distinguitur ab illo, cuius est modus: sicut esse per se à substantia, & non realiter, neque formaliter, cum modus intrinsecus non sit formalitas: ergo erunt plures distinctiones. Respondetur, q talis distinctio potest reduci ad distinctionem formalem; quia modus intrinsecus habet modum formalitatis. Vel aliter dicitur, quòd potest bene poni adhuc vna distinctio, quæ vocatur distinctio modalis. Vnde modus intrinsecus est, qui additus alteri, non variat rationem illius, cui additur, addendo sibi supple aliquam realitatem. Quinta propositio: distinctio se totis obiectiuè, & distinctio se totis subiectiuè non distinguuntur a distinctione reali, uel formali, licet supra ipsas posint aliquid connotare: quia illa, quæ distinguuntur se totis obiectiuè, aliquando distinguuntur tantum formaliter: sicut risibilitas & flebilitas, quæ distinguuntur se totis obiectiuè. Vnde illa distinguuntur se totis obiectiuè, quæ in nullo conceptu quidditatiuo conueniunt: aliquando distinguuntur realiter, sicut risibilitas & hinnibilitas. Similiter dicatur de illis, quæ distinguuntur se totis subiectiuè. Vnde illa distinguuntur se totis subiectiue, quæ non conueniunt in aliqua realitate potentiali, contrahibili ad ipsa: vt deus, & creatura, & decem prædicamenta.

Sco. in 1. di. 2. q. 4

Sco. in 1. d. 5. q. 1.

F

Vide forma l. 4. art. 2.

Sc. in 1. di. 8. q. 1. in sol. prim argu. prin.

G

DVBITATVR tertio. Vtrum Socra. non existente, iste propositiones sint concedendæ: Socrates est rationalis, Socrates est homo. Et arguitur quòd nō: primo sic: omnis propositio categorica affirmatiua de inesse & de præsenti, in qua non ponitur terminus ampliatiuus, subiecto pro nullo supponente, est falsa: igitur tales propositiones sunt falsæ. Et confirmatur: quia secū dum Scotum hæc propositio; Christus est homo, in triduo, erat falsa, & non nisi quia subiectum pro nullo supponebat: igitur. Secundo sic: Omne, quod est rationale, est compositum ex anima rationali & corpore: sed Socrates non existens non est compositus ex corpore & anima rationali: cum anima separatur a corpore: igitur. Tertio sic: Bene sequitur, Socrates est homo: ergo Socrates est, Socrate non existente: sed consequens est falsum: igitur multæ aliæ rationes possent fieri. Vnde pro solutione supponitur, quòd duæ sunt opiniones de hoc

An re non existente, propositio affirmatiua, de ea sit uera.

H

in 3. dist. 11. q. unic. in proposito contra magistrū senten.

A hoc dubio. Vna est nominaliũ aliquorum, qui dicunt, tales propositiones esse falsas: & quòd nulla est propositio necessaria simpliciter, nisi ista, deus est: vel aliqua talis formata de terminis diuinis: quia quælibet alia potest falsificari. Et ad Porphyrium dicunt, quòd Socrates semper est homo & rationalis, si supple Socrates sit, id est subiecto pro aliquo supponente. Sed ista opinio, non videtur esse de mente Arist. qui in primo Posteriorum ponit scientiam esse impossibilium aliter se habere, id est propositionum infalsificabilium: nec etiam de mente Porphyrij in textu. Dicunt tamen ipsi quòd hoc est de mente Porphyrij: nam dicit Porphyrius in conuenientia drũæ, & proprij, ꝙ sicut differentia semper adest: ita accidens inseparabile, sed accidens inseparabile, semper adest, Socrate existente: ita etiam differentia, vt puta rationale solum aderit, Socrate existente. Respondetur, ꝙ hoc nihil valet: quia in tali conuenientia ly sicut, non dicit omnimodã similitudinem, vt notũ est. Nam unum, scilicet differentia, est de quidditate alterius: & dicitur de eo per se primo modo, non autem accidens inseparabile: vt ista non est per se, Socrates est simus; Ideo aliter respondetur, quòd tales propositiones sunt veræ & infalsificabiles, sic quòd ista nunquam potest esse falsa; Socrates est homo: siue Socrates sit, siue non sit; quia ad veritatem talium propositionum non requiritur, quòd extrema supponant pro aliquo existente; sed sufficit quod supponant pro aliquo in esse cognito, & quòd componantur adinuicem. Et per hoc soluitur prima ratio, in qua dicunt, quòd omnis propositio affirmatiua & cætera. dicitur, quòd illa non est vera vniuersaliter; sed solum in propositionibus contingentibus de terminis nõ ampliatiuis affirmatiuis. Vnde compositionem extremorum talium propositionũ necessariarum, necessario sequitur conformitas talis compositionis ad terminos. Vnde quandocunque extrema talium propositionum componuntur adinuicem; propositiones constitutæ ex ipsis, sunt semper veræ; quia semper tunc est conformitas actus intelligendi seu propositionis mentalis ad rem cognitam. Et siquis dicat, quare est melius, ꝙ tales propositiones habeant conformitatem, quandocunque formantur, quàm aliæ propositiones. Respondetur quia extrema illarum propositionum sunt talia, & habentia aliam habitudinem adinuicem, quàm alia; & de hoc satis dictum est in summulis, capitulo de suppositione personali. Ad rationes alterius opinionis respondetur; ad primam dicitur, quòd soluta est. Ad confirmationem dicitur, quòd ista propositio, Christus, est homo, ĩ triduo fuit falsa; non quia subiectũ pro nullo supponebat; sed quia in illis tribus diebus Christus importabat in se rationem falsam, de qua nihil dicitur vere; nam si aliquid est Xp̃s, necessario hẽt duas naturas in vno supposito; sed in illis tribus diebus

Margin notes: C; *Tex. cõ. 9*; D; B; *Sc. in 3. di. 22. q. vnic. in propositione logica.*

E bus non fuerunt illę naturæ vnitæ: cum humanitas fuerit corrupta. Ex quo sequitur, ꝙ Christus non est suppositum per se hominis: cum importat rationem contingentem, & non conceptum per se vnum: ideo istæ non sunt per se, neq; necessariæ: Christus est homo, Christus est deus. Ad secundam dicitur ꝙ ista propositio, homo est compositus ex corpore & anima: vel ista, rationale est compositum ex corpore & anima, est simpliciter contingēs: & hoc si tale participium dicat actum; sicut vr̄ de rigore sermonis dicere. Si aūt dicat aptitudinem, vel absoluatur à tempore (vt dicunt aliqui) est necessaria. Vnde tenēdo primum modum ad hoc, ꝙ ista sit vera: homo est animal, non requiritur, ꝙ homo sit compositus realiter ex cor-
F pore & anima: sed sufficit ꝙ homo & animal sint in esse cognito; ideo non sequitur homo est animal: ergo homo est compositus ex corpore & aīa: quia prima est necessaria: & secunda cō tingens: licet bene sequatur homo est: ergo homo est compositus ex corpore & anima: ideo in ista, homo est animal, ly homo supponit pro homine in esse cognito: & etiam animal pro animali in esse cognito: quod sufficit ad ueritatem talium propositionum. Ad tertiam dicitur: negando cōsequentiam: quia a propositione de est, tertio adiacente ad vnam de secundo adiacente non valet consequentia: vt alias visum est in summulis. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit. G

Tractatu primo.

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Conuenientiæ & differentiæ quinque prædicabilium sunt a Porphyrio sufficienter assignatæ. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur, ꝙ licet genus nō prædicetur de puribus, quàm differentia eius constitutiua: tamen prædicatur de pluribus, quàm differentia eius diuisiua. Ad secundam dicitur, ꝙ licet genus sit prius natura specie, tamen est posterius posterioritate illationis, siue in inferendo. Ad tertiam dicitur, ꝙ ly pluribus potest capi dupliciter. Vno modo positiuè: vt idem est ꝙ prædicari de multis: & sic est communitas omnium prædicabilium, Alio modo potest capi comparatiue, & sic est proprietas generis. Ad quartam patet solutio in primo articulo: nā capitur ibi prædicari vniuoce large, vt distinguitur contra prędicari æquiuoce, & non stricte, vt idem est, ꝙ prædicari per se primo modo seu quidditatiue. Ad quintam patet solutio in primo notabili, vbi visum est, qualiter prædicabilia conueniunt ad inuicem.

Ly pluribus dupliciter. H

A

ARISTOTELIS STAGYRITAE, Peripateticorum principis Liber Categoriarum.

C

Quem noſtri. De Prædicamentis inſcribunt.

QVAESTIO PRAEAMBVLA.

An de prædicamentis ſit ſcĩa logicalis.

QVAERITVR vtrũ de prædicamẽtis ſit ſcientia logicalis, ab aliis, diſtincta, habens pro ſubiecto adæquato aliquod intentionale cõe, vniuocum decem prædicamentis.

B

Arguitur primo cõtra primam partem: quia omne, quod ſcitur, ſcitur per demonſtrationem & diffinitionem: ſed prædicamentorum non eſt diffinitio: igitur de ipſis non eſt ſciẽtia. Minor probatur, quia diffinitio datur per genus & differentiam: ſed decem prædicamenta non habent genus & differentiam; igitur ipſorum non eſt diffinitio. Secũdo ſic: Illud, de quo habetur ſcientia, dẽt habere aliquid prius, per quod paſsio demonſtreť de ipſo: ſed decem prędicamenta nõ hñt aliquid prius ipſis: cum ſint prima principia; igitur. Tertio ſic; De prædicamẽtis ẽſt ſcĩa metaphyſicalis, cum decem prędicamenta ſint partes ſubiectiuæ ipſius entis; igitur de ipſis non eſt ſcĩa logicalis. Quarto ſic; Prædicamentum continetur ſub vniuerſali: ergo de ipſis non eſt alia ſcientia a ſcientia vniuerſalis. Quinto ſic: Prędicamentum eſt ens per accñs: ſicut genus generaliſsimum: ergo de ipſis non eſt ſcientia. In oppoſitum arguitur auctoritate Ariſt. tradentis nobis ſciam de prædimentis. In qõne erunt tres articuli, ſicut in cæteris quæſtionibus.

D

Art. 1.

Prædicamenti acceptiones.

PRIMO ſciendum, quòd prædicamentum põt capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter: & ſic non eſt aliud q̃ illud, quod eſt cõius in aliqua coordinatione, quẽadmodum eſt ſubſtantia in coordinatione ſubſtantiæ & quantitas in coordinatione quantitatis. Et tunc dico, ꝙ prædicamenta per ſe ſunt de conſideratione metaphyſici; cum ſint partes ſubiectiuæ entis; & de per accñs ſunt de conſideratione logici: cũ logicus per ſe non conſideret res neque voces, niſi pro quanto attribuuntur ipſis intentiones logicales. Aliomodo capitur ſecundæ intentionaliter, vt eſt intentio

E secunda attributa communiori alicuius coordinationis, sicut substantiæ vel quantitati. & sic de alijs: & sic ꝑ se considerat̃ à logico: nam logicus per se consiđerat secundas intentiones. Aduerte vltra, ꝙ prædicamentum adhuc capitur dupliciter. Vno modo pro communiori alicuius coordinationis: quemadmodum dicimus ꝙ substantia est prædicamentum, quantitas est prædicamentum, & sic de alijs. Aliomodo capitur pro coordinatione aliquorum se habentiũ adinuicem secundum sub & supra, incipiendo ab illo communiori, & procedendo ad species subalternas specialissimas, & in diuidua in quibus saluatur ratio illius communioris. Et sic capitur cum dicitur, ꝙ aliquid est in prædicamento .i. in coordina-
F tione vel de coordinatione aliquorum se habentium, secundũ sub & supra in ratione generis speciei vel indiuidui.

Quo inueniatur subiectũ huius scientiæ. SECVNDO sciendum ꝙ ad inueniendum subiectum huius scientiæ oportet inuenire aliquod intentionale, in quo decem prædicamenta vniuocentur: & quod attribuatur illis decem prædicamentis: & illud intentionale est id cui adæquate, & prius conuenit ista passio, ordinabile: & in quo decem prædicamenta vniuocantur: quid autem sit illud, forte non hẽt nomen impositum: sed posset suppleri per illud complexum, vniuersale ordinabile in genere: nõ tamen quòd illud complexum, scilicet vniuersale ordinabile in genere sit subiectum, nisi circunlocutiue: vt circunloquit̃ nobis aliquod intentionale incomplexum, cui ordinabilitas adæqua-
G te & per se conuenit: & illud potest dici vniuersale determinatum sub aliqua ratione, per quã ordinabilitas sibi adæquate potest conuenire. Dicunt tamen aliqui, ꝙ illud est prædicamentum; quod tamen non videtur multum probabile: cum prædicamentum & generalissimum sint sinonyma: sed generalissimum non videtur esse subiectum, cũ contineatur sub genere, quasi pars in modo sub suo toto.

An tantum sint decem generalissima. TERTIO sciendum ꝙ incidit vna difficultas, vtrum tantum sint decem generalissima. Et videtur ꝙ sint plura: quia tot modis dicitur vnum oppositorum quot modis dicitur & reliquũ: sed generalissimum & specialissimum sunt opposita: igitur tot erũt generalissima, quot & specialissima: sed multo plu-
H ra sunt specialissima quàm decem: igitur. Secundo sic: Sicut actio & passio distinguuntur ad inuicem, ita agere & pati: sed actio & passio faciunt duo generalissima: ita etiam agere & pati, & per consequens erunt plura. Item tantum est vnũ prædicamentum substantiæ: ergo tãtum erit vnum prædicamentum accidentis cum substantia & accidens opponantur. Quarto sic. Prædicamentum nihil est; igit̃ non sunt decẽ ꝓdicamenta. Añs probat̃: qa vel esset genus generalissimum: qđ non: qa tunc substantia non esset in prædicamento: qa tũc esset in seipsa: vel ꝓdicamentũ est coordinatio oĩum illorũ, q̃ sunt in tali coordinatione, qđ est falsum: qa nulla vr̃ esse coordinatio oĩum substantiarũ sed plures. Respondetur, ꝙ decem

A decem sunt prædicamenta primæ intentionaliter capta & non plura: & hoc non distinguendo inter concretum & abstractum: quia concretum & abstractum in eodem genere ponuntur: cum termini dicantur reponi in prædicamento quo ad significata formalia, & non quo ad materialia. Ad rationes ad primam dicitur, quòd generalissimum & specialissimum non sunt opposita: sed magis disparata: ideo non oportet quòd tot modis dicatur vnum & reliquum. Ad secundam dicitur negando consequentiam: & ratio est: quia concretum & abstractum pro vno computantur: cum habeant idem significatum formale: sub alio tamen & alio modo significandi. Ad tertiam dicitur, quòd substantia & accidens nõ se habent vt opposita: sed ma-B gis vt disperata siue capiantur primæ intentionaliter: siue secundæ intentionaliter: & ideo nõ valet consequentia. Ad quartam patet solutio in primo notabili, vbi visum est quomodo prædicamentum capitur dupliciter.

Prædicamentorum primũ intentionaliter captorũ distinctio. QVARTO sciendum ꝙ prædicamenta primæ intentionaliter capta, possunt distingui dupliciter. Vnomodo a priori: & sic dico, quòd distiguuntur a seinuicem per suos modos intrinsecos: vt substantia distinguitur a quantitate per suum proprium modum intrinsecum qui est esse per se: & similiter dicitur de aliis. Aliomodo possunt distingui a posteriori: & sic distinguuntur per suos proprios modos prędicandi de prima substantia. Vnde proprius modus prædicandi substantiæ est prædicari in quid de prima substãtia, cuius quæsitiuum est quid. Sed proprius modus prædicãdi quãtitatis est prædicari in quãtum, quanti, quot, vel quotiens: cuius quæsitiuum circunloquitur per hoc complexũ quãti quot, quantum quotiens. Sed proprius modus prædicandi ad aliquid est prædicari in hoc ꝙ est respectiue se habere ad aliud: cuius quæsitiuum circunloquitur per hoc complexum, quomodo se habet hoc ad aliud. Sed proprius modus prædicãdi qualitatis est prædicari in quale de prima substantia vel qualiter, cuius quæsitiuum circunloquitur per hoc cõplexum quale vel qualiter. Proprius modi prædicandi actionis de prima substantia est prædicari in quod agit: cuius quæsitiuũ circunloquitur per hoc complexum quod agit, vel quid agit. Modus passionis est prædicari a quo patitur, cuius quæsitiuũ circunloquitur per hoc complexũ quid patitur. Modus prędicandi vbi est prędicari in quo. qua, vbi & vnde, cuius quæsitiuũ circunloquitũ per ista quatuor quo qua. vbi, & vnde. Modus prædicandi qñ de prima substantia est prædicari in qñ: cuius quæsitiuũ est qñ. Modus prædicandi situs de prima substantia est prædicari in qualiter est situatum: cuius quæsitiuum circunloquitur per hoc complexum qualiter situatum est. Proprius modus prædicandi habitus est prædicari in qualiter habituatum est: cuius quæsitiuum circunloquitur nobis per hoc cõplexũ qualiter habituatum est; & de istis per ordi- D

E nem visum est in summulis, & qualiter sint intelligenda: & hęc de primo articulo.

DVBITATVR primo vtrum ista scientia, quæ dicitur scientia prędicamentorum, sit de rebus vel de vocibus. Pro responsione ad istud dubium duæ ponuntur opiniones. Prima: est nominalium dicentium quòd ista scientia est de vocibus & terminis: quod probant. Primo auctoritate Boetii dicentis, quòd intentio huius libri est de nominibus & vocibus res significantibus. Item totus processus huius scientię videtur esse de vocibus & terminis: vt patebit in diuisionibus. Alia est opinio, quòd ista scientia sicut & quælibet alia scientia tradita in aliis libris logicæ: est de secundis intentionibus attributis rebus vel vocibus: quæ intentiones nec sunt voces, neque sunt termini:

Sco. q. 3. prolo. arguēdo contra dōmi nū Aegi. et quæst. 3. quot. ar ti. 1. in accetutionib⁹ rei.

F hæc enim scientia sicut & quælibet alia est de subiecto sibi adequato: ideo quærere de quo hęc scientia sit, non est aliud quærere quàm de quo subiecto hæc scientia sit: modò notum est quòd hæc scientia non est de vocibus tanquam de subiecto attributionis: sed est de aliquo intentionali, quod vniuoce cōuenit decem p̄dicamētis, qđ dr̄ vniuersale ordinabile in genere, saltem circūlocutiue, vt prius visum est. Similiter de nullo videtur esse sciētia nisi de subiecto suo attributionis tanquam de scibili remoto & de conclusione: in qua ostenditur passio illius subiecti de illo subiecto tanquam de scibili propinquo & totali: & hoc capiendo scientiam pro simplici

G habitu. Et aduerte quòd hæc scientia non dicitur de decem prædicamentis sic quòd decem prædicamenta sint subiectum huius scientiæ: quia oportet subiectum scientiæ esse vnum: sed decem prędicamenta non sunt vnum: igitur. Sed dicitur scientia de prædicamentis tanquam de illis, quibus attribuitur subiectum huius scientiæ, quod est vniuersale ordinabile in genere secundum sub & supra. Ad rationes alterius opinionis dicitur: primo ad auctoritatem Boetii, quòd ibi capiebat actiuum pro passiuo, sic quòd est sensus, quòd hæc scientia est de rebus id est intentionibus per voces significatis. Vel potest dici quòd hæc scientia minus principaliter est de vocibus & terminis: & principaliter de secundis intentionibus: quia si esset principaliter de vo-

H cibus, sequeretur quòd surdus non posset habere hanc scientiam: quod falsum est. Ad aliam dicitur quòd processus huius libri non fit de vocibus vel de rebus ad ostendendum, quòd hæc scientia sit de rebus vel vocibus: sed ad ostendendum quæ sunt illa quæ reponuntur in prędicamentis: nam hæc scientia non est de illis, quæ reponuntur in aliquo decem prædicamentorum: sed de secundis intentionibus, quæ in nullo illorum decem prædicamentorum reponuntur: ideo hęc scientia solum secundario considerat illa, quæ reponuntur in prędicamento siue sint res siue voces.

Dubita-

An voces, termini res vel scdæ intentiones reponãtur in pdicamẽto.

A DVBITATVR secundus Vtrum voces seu termini vel res, vel secundæ intentiones reponanẽ in prædicamẽto. Respondetur breuiter, ꝙ res primę intentionis finitę & limitatę vni uoce incõplexe significate principaliter reponuntur in prædicamento: non quidẽ ſm esse reale quod habent in re, sed ſm esse cognitũ. Nã rẽ reponi in prædicamento non est aliud, q̃ rem concipi in ratione superioritatis vel inferioritatis. Ex quo sequitur primo ꝙ res non reponuntur in prædicamento sicut vaccę in stabulo: nec oportet vaccam trahere per caudam ad ipsam reponendum in prædicamento. Sequiẽ secũdò ꝙ cessante intellectu, res non sunt actualiter iu pdicamento. Dr̃ notan-

B ter res primę intentionis: quia res secundę intentionis nõ sunt in aliquo decem prædicamentorum. licet possint poni in prædicamento entis rationis. Dicitur notanter limitate: quia transcendentia non, sunt in prædicamento. cuiusmodi sunt ens vnũ verum. Dicitur notanter finite: quia res infinita non reponitur in prædicamẽto cuiusmodi est deus: quia non se habet neq; vt genus neq; vt species neq; vt indiuiduũ. Dicitur notãter incomplexe significate: quia complexa vt complexa nõ sunt in prædicamento. Dicitur notãter principaliter: quia termini & voces personaliter sumptę sunt bene minus principaliter tanquam signa, in prædicamento: & quod hoc sit minus principaliter patet: quia iste terminus homo, non reponeretur in prædicamento substantiæ, nisi

Vndecimum prædicamentum posuit Scotistis.

substantiam significaret: Videtur ergo ꝙ res primo sunt in prædicamento. cum propter ipsas termini vel voces sunt in tali vel tali prædicamento. Et aduerte ꝙ termini dicuntur esse in prædicamento ratione suorum significatorum formalium & non materialium: vt albũ est in prædicamento qualitatis ratione sui formalis significati, ꝙ est albedo: & non in prædicamento, substantię licet supponat ꝓ substantia q̃ est suum significatum male. Et siquis dicat, illa solum sunt in pdicamento, quæ subijciuntur & prędicantur: sed soli termini dicuntur subijci & prædicari ẽt vniuersales vel singulares & non res: ergo soli termini sunt in prædicamento & non res. Secũdo illa sunt prin- C

D cipaliter in prædicamento: de quibus fiunt diuisione in hac scientia: sed de vocibus fiunt diuisiones, igitur. Minor patet nã in prima diuisiones dicitur: Eorum quæ dicuntur, quædam dicuntur cum complexione: quædam sine complexione: modo complexio & incomplexio solum attribuuntur vocibus. Itẽ dicitur in alia diuisione. Eorum quæ secũdum nullam complexionem dicuntur, singulum aut signficat substãtiã aut quantitatem: sed voces sic dicuntur significare: igitur &c. Respondetur ad primam, quòd prædicari & subijci potest capi dupliciter. Vnomodo vt idem est ꝙ proferri vel scribi mediante copula: & sic soli termini bene dicuntur subijci vel prædicari. Aliomodo vt idem est quòd cõcipi vel terminum enunciari: & sic res dicuntur subiici & prædicari.

E dicari: immo illa quæ sic subijciuntur & pdicantur primo & principaliter subiiciuntur & pdicantur. ita q termini subiiciuntur & pdicant rõne significatorum pro quibus supponunt: ita q nõ est ordo inter voces significatiuas nisi ratione cõceptus significati: Ideo vox non dr vniuersalis neq; singularis, nisi rõne cõceptus per ipsam signati. Et aduerte q rem subijci vel pdicari, non est aliud q̃ rem concipi in ordine ad aliam mediante subiecto vel pdicato ppõnis mentalis: rem ergo subijci nõ est ipsam poni in propositione. Et si quis dicat contra, quia illa quæ subijciuntur & pdicantur ponuntur in propõne, cum sint partes propõnis: sed res non ponuntur in propõne: igitur. Respondetur, q aliquid dicitur poni in ppositione dupliciter. Vnomodo intrinsece, & sic soli termini dicuntur poni in propositione. Aliomodo obiectiuè & extrinsecè: & sic res bene dicuntur poni in propositione saltem mentali, quia concipiuntur mediante propositione. Ex quo patet q rem poni in propositione, non est aliud q̃ ipsam concipi vel enunciari mediante propõne. Ad secundam dr, q in illa diuisione capitur dicuntur, pro concipiuntur: ita q est sensus quædam dicuntur cum complexione .i. concipiuntur complexe, & quædam incomplexe. Ad tertiam dicitur, q ibi accipitur actus signatus pro actu exercito: ita q est sensus: Eorum quę secundum nullam complexionem dicuntur .i. concipiuntur, singulum significat substantiã, idest est substantia, aut quantitas, aut qualitas: vel potest dici, q istę diuisiones dantur de vocibus tanquã de illis quæ minus principaliter ponuntur in prædicamento.

G

An illa q̃ reponũtur in pdicamento eodem modo reponãtur.

DVBITATVR tertio, vtrum illa quæ reponuntur in pdicamento, eodem modo reponantur. Respondetur quòd de numero eorum quæ in prædicamento reponuntur qdã sunt quæ directè reponuntur: cuiusmodi sunt genera & species & indiuidua: vt animal, homo, sortes. Quædam indirectè: cuiusmodi sunt differentiæ, quæ sunt in illo prædicamento indirectè, in quo sunt illa quorũ sunt differentiæ: vt rationale est in illo prædicamento, in quo ponitur homo; & differentia indiuidualis sortis est in illo, in quo est sortes. Quædam reponuntur reductiuè: & ista sunt multiplicia; nam quædam reponuntur reductiuè tanquã passiones: vnde passio est semper in illo prædicamento, in quo est illud cuius est passio: sicut risibile est in illo prædicamento in quo est hõ. Ex quo sequitur q licet passio formaliter importet aptitudinem seu respectum aptitudinalem; tamen non est in pdicamẽto relationis, sed in illo, in quo est illud cuius est passio: licet etiam subiectum & passio distinguantur formaliter: non tamen sequitur q ponantur in diuersis prædicamẽtis: quia ad hoc quòd aliqua reponantur in diuersis prædicamentis non sufficit distinctio formalis, sed requiritur distinctio realis: cum decem prædicamenta à seinuicem realiter distinguantur. Quædam etiam reponuntur reducti-

F

H

A ductiuè tanquam partes: & sic dico quòd tam partes essentiales quàm integrales sunt reductiuè in illo prædicamento in quo est illud, cuius sunt partes: vt anima Petri in prędicamento substantiæ, & materia eius, etiam caput & brachium eius. Quædam reponuntur reductiuè & quasi per accidens: quæ habent modum principij & termini; sicut punctum lineæ reponitur in prædicamẽto in quo reponitur linea. Et si quis dicat: punctum non est quantitas: ergo non est in prædicamento quantitatis. Respondetur concedendo antecedens & negando consequentiam: quia licet ad hoc quòd aliquid sit directè in prædicamento quantitatis oportet quòd sit quantitas: tamen ad hoc ꝙ aliquid sit in prę
B dicamento quantitatis reductiuè non oportet ꝙ sit quantitas: sed sufficit quòd se habeat vt aliquid quantitatis: cuiusmodi sunt puncta in linea: instantia in tempore: & mutata esse in motu. Quædam sunt quæ solũ per accidens reponuntur: vt priuationes. Vnde priuatio capta pro per se significato, scilicet pro negatione alicuius in subiecto apto nato est in illo prędicamento de per accidens, in quo est suus habitus seu illud cuius est priuatio; vt cęcitas est in illo prædicamento, in quo est visus vel videre. Sed si capiatur pro aptitudine quã connotat in subiecto, erit in illo in quo est illud cuius est priuatio. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium ponitur.

Art. 3. CONCLVSIO responsa-lis: De prædicamentis secundè C intẽtionaliter captis potest esse scientia logicalis: sed non de prędicamentis primæ intentionaliter captis vt visum est. Ad rationes. Ad primam dicitur, ꝙ prædicamentum siue capiatur primæ intentionaliter, siue secundæ intentionaliter habet diffinitionem: nam prędicamẽtum seu generalissimum fuit diffinitum in prædicabilibus. Ad secundam dicitur, ꝙ bene verũ est quòd illud de quo habetur scientia debet habere aliquid per quod passio demonstretur de subiecto: sed ex isto non sequitur quin prędicamenta sint prima principia in suis coordinationibus saltem prima prioritate naturæ. Dicitur vlterius quòd hęc scientia non dicitur scientia prædicamentorũ eo, quòd prædicamentum sit D subiectum; neque eo quòd decem prędicamenta sint subiectum: sed denominatur scientia prędicamentorum tanquam ab illis, quibus attribuitur subiectum huius scientiæ, quod est aliquod intentionale vniuocum ad ipsa. Ad rationes alias patet solutio.

De quib. pdicamẽtis ẽ sciẽtia logicalis.

Aequiuoca dicuntur, quorum nomen solum commune est; secundum vero nomen substantiæ ratio diuersa: vt animal & homo, & quod pingitur &c.

ISTE EST liber prædicamentorũ Arist. in quo ipse intẽdit determinare de pdicamẽtis. Et cõtinet tres tractatus partiales. In primo determinat de ante pdicamen-

Diuisio libri pdicamentorum.

E dicamentis. In secundo de prædicamentis. Et in tertio de post prædicamentis. Primus tractatus diuiditur in tria capitula. Primum diuiditur in tres partes. In prima ponit diffinitionem æquiuocorum dicens. Aequiuoca dicuntur: quorum solum nomen est commune & secũdũ illud nomen ratio substantię est diuersa: vt animal homo, & animal quod pingitur: idest aĩal viuum & animal pictum sunt æquiuoca æquocata in hoc nomine animal: quorum solũ nomen est commune. s. hoc nomẽ animal: & ſm illud nomen rõ substantiæ est diuersa. Hanc vltimam particulam probat: quia siquis assignet quid sit vtrunq; illorum, assignabit cuilibet aliã & aliam rationem. i. diffinitionem inquantum sunt animalia: ita ꝙ non est vna & eadem rõ

Ante pdicamen ti diuisio.

F animalis viui & animalis picti. In secunda parte ponit diffinitionem vniuocorum, dicẽs: Vniuoca dicuntur quorum nomen est commune & secũdum illud nomen rõ substantiæ est eadẽ: quod probat per exemplum: vt homo & bos sunt vniuoca huius nominis animal; quia homini & boui hoc nomẽ animal est commune: & diffinitio eius est eadem illis. Quod probat: quia si quis diffiniat hominem & bouem inquantum sunt aĩalia, assignabit eandem rationem vtriq;. In tertia parte ponit diffinitionem denominatiuorũ, dicens: Denominatiua dicuntur quæcunque ab aliquo solo casu differunt, & secũdum illud nomen habent appellationem: vt grammaticus à grammatica, & fortis à fortitudine.

G Eorum quæ dicuntur: alia quidem secundum complexionem dicuntur: alia vero siue complexione.

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo determinat Aristot. de secũdo anteprædicamento, quod est diuisio: & continet duas partes, secundum ꝙ sunt duæ diuisiones anteprædicamentales. In prima parte ponit primam diuisionem, quæ est hæc: Eorum quæ dicuntur quædam dicunt cũ complexione: vt homo currit, homo vincit. Alia vero sine complexione: vt vincit, currit. In secunda parte ponit secundã diuisionem, quæ est hæc: Eorũ quæ sunt, alia dicuntur de subiecto, in subiecto vero nullo sunt: vt homo dicitur de subiecto. s. de aliquo homine & non est in H subiecto: quia non est accidẽs. Alia sunt in subiecto & de subiecto nullo dicuntur: ratione cuius Arist. antequam exemplificet, notificat quid est esse in subiecto dicens: ꝙ esse in subiecto est esse in aliquo non quidem sicut pars in toto, sed sicut accidens in subiecto: vt quædã grammatica est in subiecto. s. in anima: & nõ dicitur de aliquo subiecto. i. de aliquo inferiori: Nam dici de subiecto non est aliud quàm superius prædicari de inferiori. Similiter quoddã album est in subiecto. s. in corpore. Omnis enim color in corpore est, de subiecto vero nullo dr̃. Alia vero dicuntur de subiecto & sunt in subiecto: vt grãmatica est in subiecto. s. in anima, & dr̃ de subiecto puta de hac grammatica & de hac grã

mati-

A matica. Alia sunt quæ nec dicũtur de subiecto nec sunt in subiecto: vt aliquis homo, aliquis equus: nihil enim horum est in subiecto nec de subiecto dicit̃. Circa quod subdit Aristo. vnum documentum dicens: ꝙ vniuersaliter quæcunque sunt indiuidua & vnum numero de nullo subiecto dicuntur, in subiecto vero ea nihil prohibet esse: vt quædam grammatica bene est in subiecto.

Quando alterum de altero prædicatur ut de subiecto q̃cunq; de eo quod prædicatur, dicuntur &c.

ISTVD EST tertium capitulum huius tractatus: in quo determinat de tertio antepredicamento, quod est regula: & cõtinet duas partes secũdum duas
B regulas antepædicamẽtales. In quarum prima ponit primã regulam: quæ talis est. Quando alterum de altero prędicatur vt de subiecto, quæcunq; de eo qđ prædicatur dicuntur, omnia & de subiecto dicuntur: vt homo prædicatur de quodam homine: & animal prædicatur de homine: igitur animal prædicatur de quodam homine: quidam enim homo & homo est & animal. In secunda parte ponit secundam regulam: quæ talis est: Diuersorũ generum & nõ subalternatim positorum diuersæ sunt species & differentiæ; vt animalis & scientiæ, quæ sunt duo genera diuersa sunt diuersæ species & differentiæ: q̃a gressibile, volatile & bipes sunt differentiæ animalis: nulla enim earum est differentia scientiæ: vna enim scientia non differt ab

alia in eo ꝙ est bipes vel volatilis. Et quia aliquis posset credere ꝙ vniuersaliter diuersorum generum essent diuersæ dr̃iæ: C
ideo remouet dubium dicens: ꝙ subalternorum generum nihil prohibet esse easdem dr̃ias: quia superiora de inferioribus prædicantur: & quæcunq; sunt dr̃iæ prædicati eædem erunt & subiecti. Ex quo sequitur quòd notanter dictum est in regula diuersorum generum, & nõ sub alternatim positorum.

An ante prædicamenta sint rectè assignata.

QVAERITVR Vtrũ diffinitiones diuisiones & regulæ antepædicamentales sint sufficienter in textu assignatę. Et arguitur contra primam partem: quia si diffinitiones æquiuocorum & vniuocorum essent sufficienter assignatæ sequerentur aliqua inconuenientia. Primũ: D
ꝙ in verbis & accidentibus nõ esset æquiuocatio. de verbis patet: quia non habent nomen cõmune. de accidentibus patet: quia non habent rationem substantiæ. Secundum inconueniẽs ꝙ prædicamenta non vniuocarentur in ente: cum ens non habeat rationem. Secundo sic: Aequiuoca & vniuoca non possunt diffiniri; igitur &c. Antecedens multipliciter probatur. Primo: quia omne diffinibile est vniuocum: sed æquiuoca nõ sunt vniuoca: cum æquiuoca & vniuoca sint opposita: igit̃ &c. Scđò q̃a oẽ diffinibile est aliqđ vnum: sed æquiuoca & vniuoca non sunt aliquod vnum: igitur. Tertio: quia diffinitio æquiuocorum

E uocorum daretur de rebus vel de intentionibus non de rebus: quia logicus non diffinit res: neque de intentionibus: quia rō illorum non est diuersa. Tertia arguitur sic: Ex diffinitione denominatiuorū sequuntur aliqua inconuenientia: igitur. Antecedens patet; quia sequeretur ꝙ homo & animal essent denominatiua cum differant, solo casu a suis abstractis. Secunda sequaretur ꝙ istæ propositiones non essent denominatiuæ, mulier est grammaticā hoc est studiosus: cum illa denominatiua, .s. grammatica & studiosus non differāt à suis abstractis solo casu. Quarto sic arguitur contra secundam particulam: Diuisiones antepredicamentales, nō sunt sufficienter positæ: igitur. Antecedens patet primo: quia

F membra primæ diuisionis non sunt opposita, cum vnū sit pars alterius: etiam omnis res est incomplexa: ergo nulla res dicitur cum complexione. Secundo: quia secunda diuisio datur per terminum æquiuocum .s. ꝑ illum terminum subiectum: igitur non est bona. Quinto sic arguitur contra duas regulas, Primo contra primam: quia oē quod dr̄ de aliquo, est in illo: sed superius nō est in inferiori: igitur. Secundo, non sequit̄ hō est aīal: aīal est genus: ergo hō est genus. Itē non sequit̄ sortes est hō: hō est primo risibilis: ergo sortes est primo risibilis. Quarto contra secundā regulā: quia scientia & animal sunt diuersa genera nō subalternatim posita: & tn̄ hn̄t eandem drīam .s. rationale: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione sicut in cæteris

G erunt tres articuli.

Art. 1. Primo sciendum pro diffinitione æquiuocorum, ꝙ duplex est æquiuocum .s. æquiuocum æquiuocans & æquiuocū æquiuocatum: & quodlibet potest capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter: alio modo secundæ intentionaliter. Aequiuocum æquiuocans primæ intentionaliter, non est nisi vox vel terminus plura significans diuersis conceptibus totalibus non synonimis: quemadmodum est iste terminus canis, qui plura significat diuersis cōceptibus. Sed secundæ intentionaliter non est nisi relatio rationis talis vocis ad suum significatum vel ad sua significata, quæ propriè dicitur significatio. Vnde istius vocis canis ad sua significata vel ad suum

Aequocum duplex.

H significatum est respectus rationis vnus vel plures: puta tot quot significata habet; & quilibet illorum dicitur æquiuocum æquiuocans secundæ intentionaliter captum. Et siquis dicat quomodo poterit quis cognoscere ꝙ aliqua vox est æquiuocum æquiuocans. Respondetur ꝙ quando aliqua vox plura significat & nō importat aliquid ipsis commune: tunc cognoscitur ꝙ est æquiuocum æquiuocans; vt canis est æquiuocum æquiuocans ad canem latrabilem piscem marinum & sidus cœleste: quia significat ista, & non importat aliquid ipsis commune. Similiter æquiuocum æquiuocatum potest capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter: & sic non est nisi significatum vel significata termini

Aequocum aequiuocans quō cognoscitur.

A mini æquiuoci: vt significata huius termini canis dicuntur ęquiuoca æquiuocata primę intentionaliter capta. Alio modo capitur secūdę intentionaliter: & sic non est nisi respectus rationis ipsius significati ad terminum ęquiuocum significantem: & sic capiuntur æquiuoca in textu quando diffiniūtur; quorum diffinitio debet sic intelligi; Aequiuoca æquiuocata dicuntur: quorum nomen est commune .i. vox est eadem: ita quòd capitur in ibi nomen large, vt se extendit ad vocem; Et secundum illud nomen ratio substantiæ est diuersa .i. conceptus est diuersus: ita quòd per illam vocem non importatur aliquod commune illis significatis. Et est duplex æquiuocum ęquiuocans scilicet a casu quod
B importat plura æque primo diuersis conceptibus; vt canis. Aliud est æquiuocum a consilio quod importat plura diuersis conceptibus; vnum tamen per prius & reliquum per posterius seu per comparationem ad aliud; vt animal respectu animalis viui, & animalis picti.

Vniuocū duplex. SECVNDO sciendum, quòd duplex est vniuocum scilicet vniuocum vniuocans; & vniuocum voiuocatū. Et quod libet illorum potest capi dupliciter. Vno modo primæ intentionaliter: alio modo secundæ intentionaliter. Vnde vniuocū vniuocans primæ intentionaliter, est terminus significans aliquid commune pluribus, & significans illa plura secundario: vt ista vox homo, respectu Petri & Ioannis, & sic de alijs, dicitur vniuocum vniuocans C primę intētionaliter; Petrus & Guillermus dicuntur vniuoca vniuocata primę intentionaliter capta. Sed vniuocum vniuocans secundæ intentionaliter nō est aliud quàm respectus rationis vocis significantis ad commune vel ad illa plura quibus est commune; vt respectus rationis ipsius vocis homo, ad Petrum & Guillermum, dicitur vniuocum vniuocans secundæ intentionaliter. Sed vniuocum vniuocatum primę intentionaliter est aliquid commune primario per vnam vocem significatum, vel inferiora illius communis secundario significati per eandem vocem. Sed vniuocū vniuocatum secundæ intentionaliter captum est respectus rationis significatorum secundariorū ad vocē, quæ secundario il D la significat; vt respectus rōnis Petri & Guillermi ad istā vocē hō dicuntur vniuoca vniuocata scdę intētionaliter capta: & sic accipiuntur in textu Ex quo sequitur quòd tam in diffinitione æquiuocorum quàm vniuocorum accipitur nomen large pro voce & accipitur ratio pro conceptu; & potest intelligi tam de conceptu formali, qui est subiectiue in intellectu; quā obiectiuali qui est inclusus in inferioribus; tamen magis proprie de conceptu obiectiuali. Ex quo sequitur quòd illud est vniuocum vniuocans ad aliqua quod importat aliquid commune illis. Sed restat vna difficultas an ad vniuocationem sufficiat vnitas conceptus formalis, mediāte quo omnia vniuoca concipiuntur, vel *Dubitatio.*

vtrum

B Vtrum requiratur ꝙ talis termi nus importet aliquid commune pluribus.i.conceptum obiectiualem. Dicunt aliqui ꝙ ad hoc quod aliqua vox sit vniuoca,sufficit ꝙ significet sui significata vnico conceptu.i.actu vnico intelligendi: sic ꝙ in significando ea subordinetur tantum vnico cõceptui. Sed ad hoc ꝙ aliqua vox sit æquiuoca: requiritur & sufficit ꝙ significet plura mediātibus conceptib⁹ diuersis totalibus non sinonimis. Sed contra hoc arguitur: quia si sic sequeretur ꝙ omnia vniuoca vniuocarētur in ratione specifica: quia omnia possunt vnico actu concipi: sicut prima intelligentia cõcipit distinctè omnia vno actu seu conceptu. Item si omnes rosæ dicerentur esse eiusdē speciei præcisè propter identitatem conceptus formalis,quemadmodum dicunt,eadem ratione omnes rosę deberēt dici vna rosa numero propter identitatem numeralem talis cõceptus. Etiam sequeretur ꝙ hoc nomē canis esset vniuocum ad canem latrabilem,piscem marinum, & sidus cœleste: cum omnia illa vnico actu intelligendi possunt concipi. Ideo aliter dicitur, ꝙ ad hoc quod aliqua vox sit vniuoca: non sufficit vnitas conceptus formalis: sed requiritur ꝙ talis vox significet primario aliquid commune illis; sicut homo signāt humanitatem primario quæ est communis suis inferioribus. Et valet ista diffinitio ad cognoscendum illā quæ reponuntur in prædicamento:cū æquiuoca in quantum æquiuoca non reponantur in prædicamento.

F (margin)

Scot.ī 1. d. 3.q.3. de vniuocatiõe in tū & in dis.8.q. 3.3.3.

G TERTIO sciendum,quòd diffinitio denominatiuorum sic intelligenda: Denominatiua dicuntur supple concreta quæcunque.i. quæ supple à suis abstractis solo casu.i.solis terminationibus differunt supple dña quæ attenditur ex parte vocis: & secundum illud nomen denominatiua supple habent appellationem.i. denominationē à suis abstractis: vt albus dr albus ab albedine, & grammaticus à grāmatica. Ex quo sequitur ꝙ ibi accipitur,quæcunq;,particulariter: quia alias propositio esset falsa:cum prædicaretur vniuersale vniuersaliter sumptum. Capitur etiam ibi numerus singularis pro numero plurali: quia nulla sunt concreta quæ differant sola terminatione à suis abstractis,sed pluribus. Et aduerte ꝙ ibi diffiniuntur denominatiua secundum rem & vocē simul secundæ intentionaliter capta: quæ non sunt aliud q̄ respectus rationis concretorum ad abstracta,à quibus habēt denominationem. Pro cuius declaratione supponitur ꝙ triplex est denominatio. Prima est secundum vocem tantum: secunda est secundum rem tantum: & tertia secundum rem & vocē simul. Denominatio secundum vocem tantum: est cuius denominatiuum seu concretum conuenit cum abstracto in principio dictionis & differt in fine: non tamen significat idem cum eo in significato principali quēadmodū sunt studiosus & studium: studiosus enim significat virtuosum: & studium significat exercitium & laborem. Denominatio vero secundum rem tan-

Sco.in 1. d.11.q.1. in sol. 1. arg.prin cip.

H (margin)

A tum eſt, cuius denominatiuum conuenit in principali ſignificato cum abſtracto ſed nõ in principio dictionis: vt ſtudioſus & virtus. Sed denominatio ſecundũ rẽ & vocẽ ſimul eſt, cuius cõcretum & abſtractum cõueniũt in principali ſignificato & in principio vocis ſed differunt in fine: & etiam abſtractum importat formam aliam ab illo, pro quo ſupponit concretum: vt album & albedo. & iſta diffiniuntur in textu. Et dicuntur denominatiua proprijſsimè capta: ad quę requiruntur propriè quatuor conditiones. Prima, ꝙ cõueniant in ſignificato formali cum ſuis abſtractis. Secunda: ꝙ conueniant in principio vocis. Tertia: ꝙ differẽt in fine. Quarta: ꝙ abſtractũ importet aliud

B ab illo ꝓ quo ſupponit cõcretũ.

QVARTO ſciendum ꝙ ꝓ declaratione diuiſionum & regularum ante prędicamentaliũ ſupponitur primo, ꝙ prima diuiſio valet ad cognoſcendum diſtinctionem eorum quæ ponuntur in prædicamento ab illis quæ non ponuntur: quia cõplexa non ponuntur in prædicamento ſaltem vt complexa: vt homo currit. homo albus nõ ſunt in prædicamento: & ſic eſt intellligenda: Eorum quę dicũtur. i. concipiuntur: quædã concipiuntur complexe, quędam incomplexe; & accipitur ly dicuntur vt idem valet ꝙ concipiuntur: vel ſic: de numero rerũ que per vocẽ ſignificantur. Quædã ſignificantur per vocẽ cõplexã, & q̃dã per vocẽ incomplexã: & accipitur ly dñr pro ſignificãtur. Ex quo ſequitur ꝙ illa diuiſio datur de rebus & non de vocibus. Sequitur etiam ꝙ ſecunda diuiſio datur de rebus & nõ de vocibus ſeu terminis: quia ſi daretur de vocibus ſeu terminis, omnia eſſent in ſubiecto: cum termini ſaltem mentales & vocales ſint in ſubiecto, cũ ſint accidentia: ideo difficulter poſſunt ſaluare illi Ariſ. qui ponunt talem diuiſionem de terminis. C

Sed pro intellectu primæ regulę eſt aduertendum, ꝙ philoſophus per illam regulam nihil aliud intendit niſi ꝙ quando aliquid dicitur proprie de aliquo inferiori: quicquid dicetur per ſe de illo ſuperiori, etiam dicetur per ſe de illo inferiori: vt ſi animal dicatur per ſe de homine: quicquid dicetur per ſe de animali per ſe, dicetur de homine: & hoc intendebat philoſophus. Et ſi aliqui applicent ad probandum aliquam conſequentiam, talis applicatio non D eſt de mente Ariſ. cum per illã ſolum velit oſtendere ordinem eſſentialem eorum quę ſunt in prædicamento. Sed pro declarationem ſecundæ regulæ ſupponitur, ꝙ aliqua genera poſſunt dici non ſubalternata dupliciter. Vnomodo: quia non cõtinentur ſub ſeinuicem; vt animal & planta. Aliomodo: quia non continentur ſub aliquo tertio genere: vt animal & color. Ex quo ſequitũ ꝙ regula debet intelligi de generibus vtroque modo non ſubalternatis: ita ꝙ ſit ſenſus: diuerſorum generũ. & non ſubalternatim poſitorum. i. non contentorum ſub ſeinuicem ſicut ſuperius & inferius: nec etiam contentorum ſub aliquo tertio genere, diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ. Et

E hęc de primo articulo. Quantũ ad ſecundum.

Art. 2. DVBITATVR primo, vtrũ vniuocum ſit æquiuocum & econtra: & vtrum æquiuoca ſunt vniuoca. Pro ſolutione huius dubij ponunt aliquæ diſtinctiones. Prima vniuocum, & æquiuocum dupliciter accipiuntur. Vnomodo pro æquiuocis æquiocatis, & vniuocis vniuocatis. Aliomodo pro vniuocis vniuocantibus, & æquiuocis æquiuocantibus. Secunda diſtinctio: ꝙ tam æquiuoca æquiuocata, quam ęquiuoca ęquiuocantia: ſimiliter vniuoca vniuocata, & vniuoca vniuocantia dupliciter accipiuntur .ſ. primę intentionaliter & ſecundę intentionaliter: vt ſuperius viſum eſt.

An vniuocũ ſit æquocũ.

F Tertia diſtinctio: ꝙ quodlibet iſtorum captum ſecundę intentionaliter adhuc dupliciter accipitur. Vnomodo vt quid; aliomodo vt modus: de qua diſtinctione viſum eſt in prædicabilibus. Ex his diſtinctionibus dicitur primo, quòd æquiuoca æquiuocata primæ intentionaliter capta ſunt vniuoca vniuocata primæ intentionaliter capta: vt piſcis marinus, ſydus celeſte, & animal latrabile: quæ ſunt æquiuoca æquiuocata reſpectu huius nominis canis, vniuocantur reſpectu huius nominis ſubſtãtia. Dr̃ ſecundo, quòd æquiuoca æquiuocata formaliter ſumpta ſeu ſecundæ intentionaliter ſunt vniuoca vniuocata ſecundæ intentionaliter ſumpta: & hoc capiendo æquiuoca, vt quid: & vniuoca, vt modus: patet; quia intentiones æquiuocorum vniuocantur in hoc nomine æquiuocum. Dicitur tertio, quòd æquiuoca & vniuoca ſecundę intentionaliter capta: & capiendo vtrunq; vt quid, vel vt modus: non poſſunt prædicari de ſeinuicem cum ſint oppoſita. Dicitur quarto, quòd æquiuocum æquiuocans eſt vniuocum vniuocãs, capiendo vtrunq; primę intentionaliter: quia canis eſt æquiuocum æquiuocans, reſpectu ſuorum trium ſignificatorum: & tamen eſt vniuocum vniuocans, reſpectu vnius illorum tantum. Dicitur quinto, quòd æquiuocum æquiuocans eſt vniuocum vniuocans, capiendo vtrunq; formaliter: & vnum vt quid, & aliud vt modus: ſed capiendo ipſa vniformiter vnũ non eſt aliud. Ex quo patet in quo ſenſu iſta debeat concedi, æquiuocum eſt vniuocum. H

Sco. in 1. d. 3. q. 3. in ſolut. arg. Guil ler. Varro.

G

Sed dubitaret aliquis: vtrum omne nomen ſit æquiuocum. Reſpondetur per aliquas propoſitiones. Prima eſt: quodlibet ſignum vocale vel ſcriptum ad placitum ſignificans eſt æquiuocum. Patet; quia quodlibet tale ſignificat ſe & ſibi ſimilia mediante vno conceptu, qui eſt naturalis ſimilitudo ſuiipſius: & ſignificat rem vel res ad extra mediante alio cõceptu mentali, qui eſt naturalis ſimilitudo rerum ad extra: vt iſte terminus homo ſignificat ſe & ſibi ſimilia vno conceptu ſupple formali. q. eſt naturalis ſimilitudo illius termini homo: & ſignificat humanitatẽ primario, & ſecundario Petrum Ioannem & Guillermum conceptu, qui eſt naturalis ſimilitudo illarum rerum. Secunda propoſitio: omne nomen vocale vel ſcriptum

ptum

A ptum significatiuum alicuius substantię est æquiuocum a consilio: quia omne tale principaliter significat aliquã substantiã: & per quandam transumptionem significat similitudinem vel figuram illius substãtię: vt iste terminus animal, significat animal viuum principaliter, & transumptiue & posterius significat animal pictum. Et dicitur notanter significatiuum substantię; quia si esset significatiuum accidentis, non oporteret quòd esset sic ęquiuocum. Vnde albedo non significat per prius albedinem, & transumptiuè figuram albedinis: quia talis figura est etiam accidens: & forte eiusdem rationis cum albedine. Sed peteret aliquis vlterius, vtrum in B mente reperiatur aliquis conceptus æquiuocus. Respondetur probabiliter p aliquas propositiones. Prima aliquis conceptus mentalis significat aliqua: quorum vnum significat ad placitum & reliquum naturaliter mere æquiuoce: vt conceptus, qui est naturalis similitudo huius vocis, homo significat naturaliter illam vocem homo seipso: & significat hominem ad extra mediante alio conceptu vltimo, qui est naturalis similitudo hominis. Secũda propositio: conceptus mentalis mere. signicando naturaliter significat aliqua æquiuoce: quorum vnum significat naturaliter proprie, & aliud naturaliter communiter: vt conceptus vltimatus lapidis significat materialter propriè lapidem: & significat se naturaliter communiter mediante alio conceptu: & hoc non est vniuoce, sed æquiuoce. Vnde conceptum significare aliquid naturaliter proprie: est aliquid se ipso immediate & non mediante alio conceptu repreſentare. Sed significare naturaliter communiter est significare aliquid non immediate, sed mediante alio conceptu, cui ille subordinatur. C

An in mente reperiatur cõceptus æquiuocus.

DVBITATVR scđo, vtrũ concretum accidentale significet formam accidentalem vel subiectum: sicut album vtrum significet albedinem vel rem habentem albedinem. Respondetur breuiter, quòd nomen concretum solam formam significat de significato formali seu principaliter: tamen de significato materiali & minus principaliter seu de connotato significat subiectum pro quo de rigore sermonis dicitur supponere, licet de bonitate intellectus possit supponere pro significato formali, sicut & quilibet alius terminus. Vnde album de per se significato, significat solum albedinem sub modo concretionis ad subiectum, ratione cuius significat subiectum. Ex quo sequitur, quòd tale concretum non significat subiectum ex impositione facta circa ipsum: sed solum ratione modi significandi, quam importat ad subiectum: ideo quando dicitur, quòd nomen concretum significat subiectum, debet ibi capi significare large, vt idem est quòd dare intelligere: nam concretum ratione modi significandi dat intelligere subiectũ, pro quo supponit: sed non significat

An concretum significet formam vel subiectum.

D

E gnificat sic. quòd fuerit impositum ad ipsum significandum. Et siquis dicat, in diffinitione concreti ponitur primo subiectum: dicendo, album est res habens albedinem: ergo videtur ꝙ principaliter significet subiectum. Respõdetur, ꝙ quando dicitur album est res habẽs albedinem: talis descriptio non est nisi quędam explicatio nominis & non per se expressio significati: quia nomen concretum de per se significato hoc non importat, ꝙ est habens albedinem; sed tantum de modo significandi, in quo distinguitur ab abstracto: concretũ enim de per se significato importat ipsam formam: vt album solam qualitatem significat, & de modo significandi & de connotato

F importat subiectum: ideo concretum & abstractum idem importãt, licet modus significandi sit alius & alius. Et siquis quęrat, postquam album de per se significato importat albedinẽ: & de modo significandi importat subiectum: vtrum importet illa mediante vno conceptu. Respondetur probabiliter, ꝙ importat illa duo mediante vno cõceptu simplici. Vnde conceptus cui subordinatur concretum, saltem substantiuè tẽtum, est simplex, & illa duo significat indistinctè. Ex omnibus istis patet, ꝙ si in aliquibus auctoritatibus vel rationibus inueniatur ꝙ concretum accidentale significat subiectum: debet accipi significare large, vt se extendit, ad connotare vel significere minus principaliter de significato materiali. Vnde videtur esse de mente. Scoti, ꝙ quã

Sco. in 1. d. 4. q. 1. in sol. 4. argu. in sol. pba. Damasceni.

do aliquis terminus duo impor O tat, vnum de materiali, & aliud de formali: rationabilius est, quòd connotet materiale quàm formale: ideo rationabilius est quod album connotet subiectũ quam albedinem: nisi extenderemus connotationem ad appellationem formalem: quia terminus in appellatione formali, appellat significatum formale: vt album supponit pro subiecto, appellando albedinem sibi inesse: nisi vellemus simpliciter negare appellationem formalẽ: quod non videtur esse conueniens neq; vtile: cum multę propositiones diffinibiles & consequentię soluuntur & intelligũtur per appellationem. ideo si in aliquo loco in summulis inueniatis, quòd album connotet albedinem: ibi debet accipi connotare pro appellare.

H Dvbitatvr tertio, vtrũ omne concretum dicatur denominatiuũ. Et videtur quòd nõ: quia tunc sequeretur, quòd ista propositio, Petrus est homo, esset denoĩatiua, cũ pdicet̃ concretũ: & per consequens non esset quidditatiua. Pro responsione supponitur, quòd denominatiuum potest capi dupliciter. Vnomodo strictè, pro illo quod importat formam realiter distinctam a denominato, quemadmodum sunt concreta accidentium: vt albus, niger: & sic homo non est tali modo denominatiuum, quia non importat formam distinctam a denominato. Aliomodo capitur large pro omni concreto. siue importat formam distinctam a denominato, siue non: & sic homo bene est denominatiuum:

Sco. in 2. d. 12. q. 1. ĩ sol. 1. argu. prim.

A tiuum: immo sic omnis prædicatio concretiua de supposito vel subiecto potest dici denominatiua. Sed pro maiori declaratione aliqua sunt notanda. Primo: quod quatuor sunt modi abstractorum: quędam sunt abstracta quæ abstrahunt à supposititis in propria natura tantum: vt humanitas abstrahit à proprijs suppositis: & talis modus inuenitur in substantijs. Alia sunt quę abstrahunt à subiecto, sed non à suppositis seu inferioribus: vt albedo abstrahit à subiecto: ideo ista non conceditur: Petrus est albedo: tamen bene dicitur, hæc albedo est albedo: & talis modus inuenitur in accidentibus abstractis. Alia sunt quæ abstrahunt à subiecto: sed non à fundamento: vt istud cōplexum, puta potentia causandi

Sco.in 1. d.5.q.1. in reuiatione opi. Ioachim

B supplens nobis vnum abstractum abstrahit à subiecto, puta ab igne: sed non à fundamento, puta à calore: ideo ista conceditur: calor est potentia causandi supple calorem in aqua: sed non conceditur: ignis est potentia causandi calorem, in aqua. Alia sunt quæ abstrahūt à fundamento & à subiecto & suppositis: vt causalitas abstrahit a subiecto, puta ab igne; quia ista non conceditur, ignis est causalitas: & abstrahit à fundamento puta à calore: & etiā à suppositis: & isti duo modi inueniuntur in relatiuis seu respectiuis. Potest tamen inueniri alius modus: nam quædam sunt abstracta quæ abstrahunt à subiecto, & à fundamento: sed non à suppositis: vt similitudo. Sunt etiam quædam abstracta, quæ abstrahunt à seinuicem, sed non à suppositis: & C talia sunt propriè quæ important aliquas perfectiones alicuius rei: cuiusmodi est intellectus & voluntas: ista enim non conceditur: intellectus est volūtas. Et aduerte quod illud abstractum, quod abstrahit à suis proprijs suppositis, dicitur abstractum vltima abstractione, quæ propriè debet dici maxima abstractio. Et aduerte, quod quando subiectum est abstractum vltima abstractione, & prædicatum non potest prædicari nisi formaliter: cuiusmodi sunt adiectiua, verba, & participia: nunquam illa propositio est vera: nisi prædicatum sit de per se conceptus subiecti: ideo istę non sunt concedendæ, humanitas est alba, essentia diuina generat. Et hoc debet intelli- D gi in prædicatis primæ intentionis: & etiam in affirmatiuis: quia in negatiuis non est vera: nam ista conceditur humanitas distinguitur ab omni alio quod non est ipsum. Vnde (vt visum est in summulis) ista vltimate abstracta important aliquod syncategorema in ipsis puta per se primomodo: ideo si prædicatum non conuenit subiecto per se primo modo, talis propositio est falsa. Ista etiam regula debet intelligi in prædicatis non ponentibus differentiā inter superius & inferius. Aduerte, quòd in diuinis, omnis prædicatio abstracti de abstracto est vera, dummodo alterum extremum sit infinitum vel ambo: vt deitas est paternitas: sed in creaturis nulla est vera prædicatio in abstractis vltimate: nisi extrema importent omni-

Sco.in 1. d.8.q.4. ī sōl. arg. princ.

E modam identitatem : ideo ista non conceditur, humanitas est animalitas, neque ista humanitas est entitas : licet bene ista, humanitas est humanitas. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium articulum sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: Diffinitiones æquiuocorum, vniuocorum, & denominatiuorum sunt sufficienter positæ: vt patet in primo articulo. Ad rationes: Ad primam patet solutio cum omnibus suis instantijs. Ad secundam dicitur, quòd ista est concedenda, æquiuoca sunt vniuoca: vt patuit in secundo articulo. Ad aliud dicitur, quòd omne diffinibile debet bene esse vnum in significando: sed non oportet quòd sit vnum in supponendo. F Ad aliud dicitur, quòd diffiniuntur æquiuoca pro per se significato, quibus conuenit diffinitio in actu signato: & talia sunt bene vniuoca. Ad tertiam patet solutio: nam homo & animal sunt denominatiua large capta, & non strictè: quia non important formam distinctam à suis denominatis. Dicitur etiam quòd studiosus & virtus se habent sicut denominatiuum & denominans secundum rem, & non secundum rem & vocem simul. Dicitur etiam quòd licet grammatica non differat à concreto sumpto in fœminino ex parte terminationis: tamen bene à concreto sumpto in masculino. quod sufficit. Ad quartam dicitur, quod complexum & incomplexum formaliter sumpta non se habent sicut totum & pars: licet bene si men taliter capiantur. Dicitur etiã, G quòd licet omnis res in se sit incomplexa: tamen bene significatur complexe. Ad aliam dicitur, quòd licet subiectum accipiatur æquiuoce: hoc tamen non est contra rationem diuisionis. Ad quintam dicitur, quòd licet superius sit idem realiter cum inferiori: tamen distinguitur formaliter, quòd sufficit ad hoc quòd sit in inferiori. Ad alia tria patet solutio in primo articulo. Ad aliam dicitur quòd rationale æquiuocè est differentia animalis & scientiæ. Etiam corpus æquiuocè est species quantitatis & substantiæ.

EOrum quæ secũdum nullam complexionem dicuntur, singulum aut substantiam significat, aut quantitatem. H

ISTE EST secundus tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de prædicamentis: & continet sex capitula. In primo enumerat in generali decem prædicamenta ponens hanc diuisionem. Eorum quæ secundum nullam cõplexionem dicuntur, singulum aut significat substantiam, aut quãtitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut facere, aut pati. Deinde exemplificat de singulis dicens: quod vt naturaliter & exemplariter dicatur: substantia est, sicut homo, equus, quantitas: vt bicubitum tricubitum. qualitas: vt album nigrum. ad aliquid: vt duplum, maius. *Prædicamentorum diuisio.*

A mains . vbi vt in loco . quando: vt heri. situm esse: vt sedet, iacet. habere : vt calciatum esse,armatum esse , facere : vt secare, vrere . pati : vt vri,secari . Consequenter ponit hanc conclusionem : singulum eorũ quæ dicta sunt, nullum secundum se dicitur cum affirmatione , id est non est affirmatio ; sed ex compositione eorum adinuicẽ fit affirmatio . Primam partem probat : quia omnis affirmatio est vera vel falsa ; sed nullum prædicamentum secundum se est verum vel falsum : igitur nullum eorum secundum se est affirmatio neq; etiam negatio.

SVbstantia autem est , quæ proprie & principaliter & maxime dicitur, quę neq; de subiecto dicitur &c.

B ISTVD est secundum capitulum huius tractatus . in quo philosophus determinat de primo prædicamento, scilicet de substantia, præsupponens eius diuisionem in primam & secundam . Et diuiditur in quatuor particulas . In prima diffinit primam & secundam substantias . dicens : Prima substantia est,quę propriè maximè & principaliter substare dicitur : & quæ nec est in subiecto , neque de subiecto dicitur,cum non habeat inferiora , & cum non sit accidens : vt aliquis homo & aliquis bos . Deinde diffinit secundas substantias , dicens : ꝙ secundæ substantiæ sunt species in quibus sunt illæ , quæ principaliter substare dicuntur : id est primæ substantiæ & harum specierum genera: vt aliquis homo est in homine tanq̃ in specie : & animal est genus illius C speciei : ideo secundæ substantiæ dñr:vt homo & animal. In secunda parte declarat descriptionem primæ substantiæ.Pro cuius declaratione præmittit vnum notabile : dicens ꝙ manifestum est ex his,quæ dicta sunt in diffinitione vniuocorum: & in secunda diuisione : similiter in prima regula : quòd necesse est ea , quæ dicuntur de subiecto,prædicari nomine & ratione : vt homo & ratio hominis prædicatur de aliquo homine . Est enim quidam homo homo, & homo animal rationale : sed ea quæ sunt in subiecto,aliquando nomine prædicantur de subiecto nunq̃ tamen ratione.Quędam vero neque nomine , neq; ratione de subiecto ꝑdicantur : vt album cum sit in subiecto ꝑdicatur de subiecto nomine, eo D ꝙ corpus dicitur album:sed ratio albi nunquam de corpore dicitur supple vniuocè & per se : Albedo enim cum sit in subiecto.s.in corpore; neq; nomine neq; ratione prædicatur de corpore . Et similiter dicaẽ de alijs abstractis accidentium. Insuper prosequitur intentum declarando diffinitionem primæ substantiæ sic : illa de quibus omnia alia dñr , aut in quibus oĩa alia sunt,nec dñr de subiecto neque sunt in subiecto : sed de primis substantiis omnia alia dicũtur , aut sunt in eis: igitur primæ substantiæ non sunt in subiecto, neque de subiecto dñr : ideo maximè & principaliter substare dicuntur . Minorem probat quò ad primã partẽ:quia aĩal ꝑdicaẽ de hoĩe:ergo de aliquo hoĩe: ꝓbat cõsequentiã: qa ex opposito

E consequentis infertur oppositū antecedētis: si enim aīal de nullo homine prædicatur: neq; de homine prædicabitur. Secundā partem probat: quia color est in corpore: ergo in aliquo corpore. Patet consequētia: quia ex opposito consequentis infertur oppositū aītis: si.n. color non est in corpore: neq; erit in aliquo corpore. Ex quo infert vnū correlarium. s. ꝙ non existentibus primis substantiis impossibile est aliquid aliorū esse. Probat: quia oīa alia aut dicuntur de primis substantiis, aut sunt in eis: igitur non existentibus primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere. In tertia parte comparat secundas substantias adinuicem & etiam primas, ponens tres conclusiones. In prima comparat species ad genera: dicens ꝙ inter secūdas substantias: species est magis substantia quam genus. Hāc conclusionem probat philosophus duabus rationibus. Prima: illud est magis substantia, quod est propinqus primæ substantiæ: sed secunda substantia, quæ est species, est propinquior primæ substantię, q̄ illa quæ est genus: igitur. Minorem probat: quia illud est propinquius primæ substantiæ, per quod respondetur conueniētius ad quæstionem factam per quid de prima substantia: sed ad quæstionem factam per quid de prima substantia conuenientius respōdemus ꝑ speciem q̄ per genus: vt si quis quęrat, quid sit aliquis hō: conuenientius respondet, ꝙ est homo, q̄ ꝙ est animal. Similiter siquis quærat, quid est quædam arbor, conuenientius respondetur ꝙ est arbor quàm ꝙ sit planta; ergo species est ꝓpinquior primæ substantiæ q̄ genus. Secunda ratio: sicut se habent primę substantiæ ad oīa alia: sic se habet species ad genus: sed primæ substantiæ sunt magis substantiæ: eo quod omnibus aliis substant: & omnia alia de ipsis prædicātur, aut sunt in ipsis & non econtra: ergo cū species substet generi, & non econtra: species est magis substātia q̄ genus. Et ꝙ species substet generi: & non econtra: probat: quia genera de speciebus prædicantur: species vero de generibus non prædicantur. Secunda conclusio in qua comparantur species adinuicem est ista: De numero specierum specialissimarum substantiæ, vna non est magis substantia quàm alia. Et probat: quia per vnam speciem non conuenientius respondetur ad interrogationem factā per quid de prima substantia q̄ per aliam. Tertia conclusio: inter primas substantias vna non est magis substantia quàm alia: quia aliquis homo non est magis substantia quàm aliquis bos. In quarta parte declarat diffinitionem secundarum substantiarum, ponens hanc cōclusionem. Sola genera & species de genere substantiæ dicuntur secundæ substantiæ: quod probat duabus rationibus. Prima: illa dicuntur secundæ substantiæ, quę indicāt quidditatē, & prædicantur in quid de prima substantia: sed solum genera & species prędicamenti substantiæ sunt huiusmodi: igitur. Minor patet, quia siqs assignet de aliquo homine quid sit, conuenien-

A uenienter aſsignat, ꝙ eſt homo & animal. Secunda ratio: ſicut ſe habent primæ ſubſtantiæ ad omnia alia: ita genera & ſpecies primarum ſubſtantiarũ ad omnia alia, puta accidentia: ſed primæ ſubſtantiæ dicuntur propriè & maximè ſubſtantiæ, quia ſubſtant omnibus alijs: ergo genera & ſpecies de genere ſubſtãtiæ, quæ ſunt poſt primas ſubſtãtias, omnibus alijs ſubſtant. Maiorem probat, quia de ſecundis ſubſtantiis alia prædicantur: ſicut.n. dicimus aliquem hominẽ eſſe grammaticum: ſic etiam dicimus hominem & animal eſſe grammaticum.

An ſubſtantia ritè ſit diuiſa.

B QVAERITVR Vtrum diuiſio ſubſtantiæ, quæ eſt genus generaliſsimum ad ſubſtantias materiales & immateriales, ſit conuenienter aſsignata in primam & ſecundam. Et arguitᷣ primo contra ſuppoſitum: quia ſubſtantiæ materiales & immateriales nõ ſunt in eodem genere: igitur ſubſtantia non eſt genus generaliſsimum ad ipſas. Añs patet; quia corruptibile & incorruptibile pluſquam genere differũt: vt habetur. 10. metaphiſ. ſed ſubſtantiæ immateriales ſunt incorruptibiles: & materiales corruptibiles: igitur. Secundo ſic: Subſtantia incorporea directè non continetur ſub ſubſtantia, quæ eſt generaliſſimum: cum ſit differentia eius: igitur ſubſtantia non eſt genus generaliſsimum ad ſubſtantias immateriales. Tertiò ſic: Si ſubſtantia eſſet genus generaliſſimum: vel eſſet ſubſtantia materialis vel immaterialis: corporea vel incorporea: ſed nullum eſt dicendum: igitur. Minorẽ probo, quia tunc non eſſet genus ad materiales & immateriales: corporeas & incorporeas. Quartò ſic: Aut in illa diuiſione diuiditur ſubſtantia, quæ eſt genus generaliſsimum: aut aliqua alia. non ſecundum, vt ſatis patet. nec primum: quia diuiſum non debet contineri ſub aliquo membro diuiſionis: ſed ſubſtantia quæ eſt generaliſsimum continetur ſub altero mẽbro illius diuiſionis. ſ. ſub ſecunda ſubſtantia: igitur non eſt bona. Quintò ſic: Aliqua eſt ſubſtantia, quæ nec eſt prima nec ſecunda: ergo diuiſio non eſt bona. Antecedens patet primo: quia deus eſt ſubſtantia: & tamen non eſt prima, nec ſecũda: quia nec primo nec ſecũdo ſubſtat accidentibus. Secundo patet de materia & forma. Similiter differentiæ ſubſtãtiales ſunt ſubſtantiæ & non ſunt primæ nec ſecundæ: igitur. In oppoſitum arguitur per philoſophũ. In q̃one ſicut in cæteris erunt tres articuli. Quantũ ad primũ.

Tex. com mẽt. vlt.

C

D

PRIMO ſciendum, ꝙ circa diuiſionem prædicamentorũ in qua dicitur: eorum quæ ſm nullam complexionem dicunt, ſingulum aut ſignificat ſubſtantiam: incidit vna difficultas. ſ. vtrum talis diuiſio detur de rebus aut de terminis. Et primo videtur, ꝙ non detur de terminis: quia multi ſunt termini, qui dicuntur ſine complexione, qui non ſignificant ſubſtantiam, neque quantitatem: & ſic de aliis vt chimera. Item ſi daretur de terminis: tunc ſolum termini

Artic. 1. An diuiſio pdicamentorũ detur de rebus aut de terminis.

I ni reponerentur in prædicaméto & non res: quod vr̃ esse falsũ: cum termini non sint in tali p̃dicamento: nisi quia significãt talẽ vel talẽ rẽ: ergo vr̃ ꝙ res sint primò in p̃dicamento: cum solum propter ipsas termini sint in p̃dicamento: modo pp quod vnumquodq; tale & illud magis. Respondetur ad istam difficultatem, ꝙ iam superius fuit soluta, vbi dictum est ꝙ talis diuisio datur de rebus, & ꝙ actus signatus capitur pro actu exercito: ita quòd est sensus. eorũ supple entium & dicibilium limitatorum & finitorum, quæ secundum nullam complexionẽ dicuntur .i. concipiunt̃: singulũ aut significat substantiam, id est est substantia: aut quantitatem .i. est quantitas, & sic de aliis. Et

F per hoc ꝙ dicitur entium, excludũtur chimera & alia figmenta quæ non sunt entia: & syncategoremata & negationes & priuationes, quæ non sunt propriè entia. Ex isto sequitur, ꝙ ista diuisio datur primo de rebus: & quòd res secundum esse cognitum earum primo sunt in prædicamento, & termini secundario & tanquam signa.

Genus duplex. SECVNDO sciendum, ꝙ duplex est genus, scilicet genus physicum & genus logicum. Vnde genus physicum est qualitas sensibilis vel corporalis generica habens sub se species: cuiusmodi est color: ita ꝙ omnia illa quæ sunt in potentia passiua seu receptiua talis qualitatis dicuntur esse eiusdem generis physici. Et illa quæ non sunt in potentia receptiua illius vel alicuius alterius consimilis rationis, dicuntur differre genere physico: quemadmodũ sunt corruptibile & incorruptibile: quia incorruptibile nõ est susceptibile talis qualitatis sensibilis vel corporalis. Et de illo genere intelligo, ꝙ corruptibile & incorruptibile differunt plusquam genere, supple physico: quia non sunt susceptibilia alicuius qualitatis sensibilis genericæ. G

Sed genus logicum est, quod est prædicabile de pluribus differentibus specie: siue illud sit qualitas sensibilis siue non: cuiusmodi est substantia & animal: & de tali dico, quòd corruptibile & incorruptibile sunt bene eiusdem generis: quia cõueniunt in substantia. Ex quo sequitur, quòd genus physicum est genus logicum: sed nõ oportet omne genus logicum esse genus physicum. Et aduerte, quòd substantia quæ est genus generalissimum, non est per se neque corporea, neque incorporea, neque materialis, neque immaterialis: licet sit vtrunque per accidens & permissiue: sicut animal non est per se, neque rationale, neque irrationale; licet bene animal sit rationale per accidens. Et similiter dicatur de quolibet genere respectu suarum differentiarum. Et siquis dicat, vel substantia est per se corporea vel per se non corporea: cum inter contradictoria non sit dare medium. Respondetur, quòd neque est per se corporea, neque non corporea: & quòd licet inter contradictoria absolutè sumpta nõ sit dare medium; tamen bene inter contradictoria sumpta cũ talibus determinationibus, scilicet

Sco. in 1. d. 8. q. 3. §. contra istã solu. 2. q. 4. eiusdem. H

Arist. 4. metaphy.

A licet per se, quidditatiuè, & in instanti.

TERTIO sciendum, quòd substantia potest esse terminus primæ intentionis & secundæ intentionis. Si primæ intentionis tunc importat id, quod est communius in coordinatione substantiæ: & sic non diuiditur in primam & secundam. Si est terminus secundæ intentionis: tunc importat secundam intentionem attributam omni illo, quod directè est in prædicamento substantiæ: & tunc potest diuidi in primam & secundam: capiendo primam & secundam substantias secundæ intentionaliter: & tunc erit diuisio generis in species; cum prima substantia & B etiam secunda substantia capta secundæ intentionaliter sint species respectu huius, quod est substantia capta secundæ intentionaliter. Ex quo sequitur, quòd cum dicitur quòd homo est secunda substantia; est prædicatio denominatiua, scilicet secundæ intentionis de termino primæ intentionis; nã secunda substantia de significato formali importat secundam intentionem attributam generibus & speciebus prædicamenti substantiæ; sed de significato materiali importat genus & species prædicamenti substantiæ. Etiam quando dicitur, quòd Petrus est prima substantia, est prædicatio denominatiua, sicut si diceretur Petrus est indiuiduum; nam prima substantia de per se significato importat secundam intentionem attributam indiuiduis prædicamenti substantiæ; de significato aũt materiali im C portat illa indiuidua; vtputa sortem vel Platonẽ, pro quibus de rigore sermonis supponit. Aduerte tñ ꝙ si substantia caperetur primæ intentionaliter tunc talis diuisio esset diuisio quodã modo subiecti in accidentia. Et aduerte ꝙ aliquid potest dici prima substantia tripliciter. Vnomodo, quia primo existit: & sic deus dicitur prima substantia. Aliomodo, quia ab eo non conuertitur subsistendi cõsequentia; & sic substantia q̃ est genus generalissimũ, dr̃ prima substantia; quia oẽ superius est prius natura suis inferioribus. Aliomõ, quia sibi primo conuenit subijci respectu accidentiũ; & sic capit hic prima substãtia; cuiusmodi sunt indiuidua pdicamenti substantiæ: vt Petrus & D Ioãnes. Et aduerte ꝙ Arist. diffinit secundã substantiã in numero plurali ad ostendendum diuersitatem secũdarũ substantiarum; nã q̃dã sunt genera, & q̃dam species; sed diffinit primã in numero singulari; quia omnis prima substantia est indiuiduum. Pro cuius diffinitionis declaratione.

Aliquid põt dici prima substantia tripliciter.

Scd̃a substantia cur diffinitur numero plurali.

QVARTO sciendum, ꝙ diffinitio primæ substantiæ sic est intelligenda. Prima substantia est q̃ propriè & principaliter & maximè substare dicitur .i. quæ propriè dr̃ subijci respectu accidentium; vt sortes Plato, ita quòd isti termini, propriè, principaliter, & maximè, ponuntur ad maiorem expressionem. Et aduerte quòd in secunda diffinitione in qua dr̃ prima substãtia est, quæ nec est in subiecto neq; de subiecto dr̃, intelligr̃ aliquid positi-

E positiuum: puta substantia supple finita: nam diffinitio data p negationem: semper præsupponit aliquod positiuum: quia alias conueniret aliis à diffinito, puta chimere: qa chimera nec est in subiecto, neq; de subiecto dr̃i & hoc uisum est in prædicabilibus. Aduerte vlterius quòd quando dicitur in textu: quòd illa quæ dicuntur de subiecto, prędicantur nomine & ratione: debet intelligi per se: sed illa quæ sunt in subiecto sicut accidentia, non prædicantur nomine & ratione de tali subiecto: quod debet intelligi per se, licet bene denominatiuè: accidens enim concretum prædicatur nomine & ratione de subiecto: vt album prędicatur de sorte: etiã & sua diffinitio: quia de quocũque prędicatur diffinitũ, & diffinitio. Sed illa non prædicantur per se sicut illa quæ dicuntur de subiecto, sed solum per accidens: nam si diffinitum de aliquo prædicetur per accidens, & sua diffinitio prædicatur per accidens de illo. Aduerte vlterius quòd illud correlarium positũ in textu. Destructis primis substantiis, impoßibile est aliquid aliorum remanere, potest expo ni & logicaliter & physicaliter. Logicaliter sic exponitur: si istud verbum est, secundum adiacens, negetur de omnibus primis substantiis: debet etiam verè negari de omnibus aliis dicibilibus à prima substantia, quæ verè poßunt enunciari de prima substantia. Si physicaliter, tunc est sensus: si omnes primæ substantiæ corrumperentur, et corrumpuntur omnia contenta in ipsis. Et si quis dicat: destructis terminis istis, sortes, Plato, & sic de alijs, possunt remanere isti termini, homo, bos, q̃ sunt secundæ substantiæ: igitur. Respondetur ꝙ verũ est: & dr̃ vltra, ꝙ tales termini qualitercunq; accipiantur non sunt secundæ substantiæ, sed sunt bene termini secundarum substantiarum: quia significant secundas substantias, & possunt pro eis supponere. Et si tales termini inueniantur appellari secundæ substantiæ vel primæ: hoc est vtendo nominibus pro rebus: q̃ res non ponuntur intrinsecè in propositionibus. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secũdum articulum.

2. Perih. et 4. Metaphy. 2. & 16.

F

G

DVBITATVR primo vtrum consequentiæ quas ponit philosophus in textu sint formales vel materiales: puta iste animal prędicatur de homine: ergo de aliquo homine: color est in corpore: ergo in aliquo corpore. Et videtur ꝙ non sint consequentiæ formales: quia ista videtur esse in simili forma: species prędicatur de homine: ergo de aliquo homine: & tñ non est bona: igitur. Respontur breuiter ꝙ tales consequentiæ sunt bonæ: vt bene probat Arist. in textu: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Dicitur secundò, ꝙ tales consequentiæ non sunt formales: patet quia dabiles sunt consequentiæ, quæ sunt similis formæ quæ nõ sunt bonæ: igitur illæ non sunt formales: consequentia patet; nã consequentia formalis est: consequentia bona: quæ sic est bona ꝙ quodcunq; sibi similis in forma etiam est bona. Antecedẽs

Art. 2.

H

An cõsequētia in textu posita ab Ari. sint cõsequentiæ formales.

A probatur: quia ista est consimilis formæ: animal prædicatur de homine: ergo de aliquo lapide: quia in istis saluantur omnia, quæ se tenent ex parte formę consequentiæ. Primo numerus terminorum, numerus syncategorematum, similis quantitas, similis qualitas: & sic de alijs. Et hoc computando ꝙ ly aliquo homine faciat vnum terminum distinctum ab homine: quia sic non essent plures termini in vna q̃ in alia. Et si quis dicat in ista, animal prædicatur de homine: ergo de aliquo homine, arguitur ad suum per se inferius: non autem in ista: animal prędicatur de homine, ergo de aliquo lapide: ergo secũda non est similis formę cũ prima. Respondetur concedendo añs, & negando consequentiam: quia superioritas vel inferioritas non se tenent ex parte formæ consequentiæ: quia tũc sequeretur, ꝙ istę duæ consequẽtiæ non essent eiusdem formæ: omne animal currit, omnis homo est animal: ergo omnis hõ currit: omne animal currit: omnis lapis est animal: ergo omnis lapis currit: quod tamen est falsum: quia ambę sunt in barbara: & tamen variatur superioritas. Et si quis iterum dicat ibi arguitur à superiori ad inferius cũ distributione superioris: concedo quòd arguitur à superiori ad inferius: ergo est consequentia formalis, nego: quia vt visum est in summulis: nullus locus dialecticus dicitur propriè consequentia formalis, sed tantum materialis.

B

Dubitatur secundò. vtrum aliquis homo sit prima substantia. Et vr̃ quòd non: q̃a aliquis homo verè prædicatur de pluribus: vt ista est vera Petrus est aliquis homo. Ioannes est aliquis homo: igitur. In oppositum est Arist. in tex. vbi exemplificans de .s. substãtia ponit aliquis homo. Respondetur ꝙ aliquis homo potest capi dupliciter. Vnomodo propriè vt est quoddam complexum: & sic non est prima substantia neq; secunda. Aliomodo capitur impropriè & circumlocutiue .s. loco istius fortes vel Plato: & sic de alijs: & sic est bene prima substantia. Et similiter dicatur de ista, iste homo, ille homo: nam iste homo, potest capi dupliciter. Vnomodo propriè vt est quoddam complexum: & sic ẽt non est prima substantia. Aliomodo circumlocutiuè: puta loco istius, fortes & Plato: & sic de alijs: & sic est benè prima substantia, vel saltem terminus primæ substantiæ. Sed restat vna difficultas logicalis: vtrum dicendo iste homo currit: vtrũ ly iste sit pars subiecti vel non. Et videtur ꝙ non: quia signa significatiuè sumpta non possunt esse partes extremorum. Item ly iste se habet suo modo ad subiectum sicut alia signa: sed alia signa non sunt partes subiecti: igitur. In oppositum arguit̃: quia signum est semper pars illius, cui additur: si virtus terminetur in illo, & respectiuè nõ se habeat ad prædicatum: sed dicẽdo iste homo virtus de ly iste terminatur ad ly homo: quia nihil facit ad prædicatum: cum prædicatum supponat determinatè. Respõdetur probabiliter, ꝙ ly iste non est pars subiecti & licet

C *An aliquis hõ sit prĩa substantia.*

D

E licet immediate non se habeat respectiuè ad prædicatum: tamen bene mediate: quia denotat prædicatū conuenire subiecto singulari, singulariter tento. Alia difficultas quomodo intelligitur ꝙ species est magis substantia q̃ genus; cum genus subijciatur pluribus q̃ species. R͞ndetur primo ꝙ species non dr̃ magis substantia q̃ genus eo ꝙ suscipiat magis vel minus; sed dr̃ magis substātia q̃ genus; eo quòd magis distinctè indicat quid sit prima substantia; vel quia substat pluribus per se superioribus quàm genus. Et similiter prima substantia dicitur magis substantia; quia plurib. per se superioribus substat, q̃ species vel genus. Sed species dicuntur æqualiter substantiæ:
F quia æqualiter indicant quid est prima substantia; & nō vna magis indicat quàm alia; & ēt æqualiter substant suis per se superioribus.

DVBITATVR tertio vtrū deus sit in prædicamento. Et videtur quòd sic: quia deus est substantia: ergo est in prædicamento, cum omnis substantia sit in prædicamento. Item de⁹ habet rationem speciei cū prædicetur de pluribus suppositis .s. de patre filio & spiritusancto. In oppositum arguitur; q̄a si deus esset in prędicamento, vel hoc esset tanquam genus, species vel indiuiduum: non tanquam genus, vt notum est: neq; tanquam species: quia illud quod est species: debet esse quid limitatum & dependens; sed deus non est huiusmodi; igitur. Etiam illud quod est species, debet habere aliquod genus supra se; sed deus non habet genus supra se; q̄a illud maxime esset ens; sed hoc est falsum; quia tunc sequeretur, quòd substantia non esset genus generalissimum cum haberet aliud genus supra se .s. ens; igitur. Etiam species debet importare realitatem compositam ex realitate generis & differentiæ: sed deus non est huiusmodi; igitur. Respondetur ad dubium, ꝙ deus non est in prædicamento; vt bene probant rationes factæ post oppositum. Et ad primam rationem ante oppositum, dicitur, ꝙ substātia (vt ad propositū sufficit) capitur dupliciter. Vno modo pro re, q̄ est a se in se, & per se; & sic dico, ꝙ deus est substantia. Secundo dico, ꝙ substantia sic accepta non est prædicamentum. Tertio ꝙ ipsa est infinita. Sc̄do accipit substantia pro re, quę est in se vel in alio sicut pars integralis, sed nō a se; & sic deus non est substātia. Et ad secundam cum dr̃ ꝙ de⁹ p̄dicatur de pluribus suppositis; cōceditur: ergo est species, nego consequentiā: q̄a hoc nō sufficit, sed requiritur ꝙ sit quid dependens & ꝙ importet aliquid multiplicabile illis suppositis: modo deitas non multiplicatur in suppositis sicut humanitas multiplicatur in Ioanne Petro: & sic de alijs. Et si quis dicat, aliquid dictum de deo est in prædicamento: igitur deus est in prædicamento. Antecedens patet: q̄a scientia sapientia, bonitas quæ dn̄r de deo sunt in p̄dicamento: igitur. Etiam paternitas dicitur de deo: & tamen est in p̄dicamē to: igitur. Respōdetur primo ꝙ pfectiones simpliciter sicut bonitas

Marginalia: *An de⁹ sit in p̄dicamēto.* — *Sco. in 1. d. 8. q. 2. in resol. p̄prię op.* — G — H — *Scot. vbi supra.*

A nitas ſcientia poſſunt capi tripliciter. Vnomodo ſecūdum ſuas proprias rationes: & ſic ſunt quædam tranſcendentia,& non ſunt in prædicamento. Et ſiquis dicat ſapientia non dicitur de omnibus entibus:igitur non eſt tranſcendens: conſequentia patet;quia illud videtur eſſe de ratione tranſcēdentis. Reſpondetur quòd de ratione tranſcendentis non eſt quod prædicetur de omnibus :ſed quòd non ſit genus neq; habeat genus ſupra ſe. Aliomodo accipiuntur. vt ſunt in nobis puta ſub ratione dependentię:& ſic bene ſunt in prædicamento. Aliomodo inquantum repiuntur in deo: & ſic non ſunt in prædicamento: quia vt repiunturin deo,repiuntur ſine omni imperfectione: ideo reperiuntur ſine dependētia. Et ſimiliter dicatur de paternitate & filiatione. Et hęc de ſecundo articulo. Quantum ad tertium articulum ſit.

Scot. vbi ſupra.

B

Art. 3. CONCLVSIO reſponſalis: Diuiſio ſubſtantię & diffinitiones membrorū eius ſunt ſufficiēter aſsignatę a Phyloſopho: vt patet in primo & in ſecundo articulis. Ad rōnes patet ſolntio in primo articulo ꝑ primo,argumento. Ad ſecundā dr̄,quod ſubſtantia incorporea ꝑt capi vt differētia: & ſic eſt in directè in prædcamento. Aliomodo vt circumloquitur nobis genus,ſub quo continentur ſubſtantię immateriales : & ſic eſt directè in prædicamento. Ad tertiam dicitur, quòd ſubſtantia quæ eſt genus generaliſsimum, per ſe nec eſt ſubſtantia corporea nec incorporea: neque materialis, neque immaterialis: vt viſum eſt in primo articulo. Ad quartam patet ſolutio: nam ſubſtantia quæ ibi diuiditur ſolum denominatiuè eſt ſecunda ſubſtantia: modo non eſt inconneniens membrum diuiſionis prædicari denominatiuè de diuiſo. Ad quintam dicitur primo, quòd deus eſt ſubſtantia, vt dicitur ſubſtantia à per ſe eſſendo; ſed non vt ſubſtantia dicitur à per ſe ſubſtando. Dicitur ſecundo quòd materia & forma ſimiliter differentiæ & paſſiones ſubſtantiarum non ſunt neque primæ ſubſtantiæ, neque ſecundæ: quia ſolum illa quæ directè reponuntur in prædicamento ſunt primæ vel ſecundæ ſubſtantiæ.

C

Commune eſt omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe: principalis nanque ſubſtantia neque de ſubiecto dicitur neque in ſubiecto eſt.. D

IN ISTA parte principali philoſophus determinat de ſubſtantia quantum ad ſuas proprietates; & diuiditur in ſex particulas,ſecundum quod ſunt ſex proprietates ſubſtantiæ. In prima ponit primam proprietatem dicens; Commune eſt omni ſubſtantię in ſubiecto non eſſe probat inductiuè; quia prima ſubſtantia non eſt in ſubiecto; nec ſecūda,& non ſunt plures; igr̄. De prima probat ꝑ eius diffinitionē; q̄a prima ſubſtātia, nec eſt ī ſubiecto,neq; de ſubiecto dr̄. De ſcđa ꝓbat inductiuè; quia hō non eſt in ſubiecto nec aīal;& ſic de alijs,igr̄ nulla ſcđa ſubſtantia eſt in ſubiecto. Secūdò probat ratione ſic; nihil eorum

E rum, quæ sunt in subiecto prædicantur nomine & ratione : sed secundæ substantię prædicātur nomine & ratione : vt homo de aliquo homine : igitur secundę substantię non sunt in subiecto. Et dicit philosophus, ꝙ ista proprietas non est propria quarto modo : quia conuenit differentijs substantialibus, quæ prędicātur nomine & ratione de prima substantia : vt bipes & gressibile de homine : istę tamen differentiæ non sunt differentię magis propriè. Deinde remouet vnum dubium : dubitaret aliqs An partes substantiæ sint substātię cum videantur esse in toto sicut in subiecto. Respondet philosophus ꝙ licet partes substantiæ sint in toto : non tamen credendum est eas non esse substātias : quia non sunt in toto sicut

F in subiecto. In secunda parte ponit secundam proprietatem substantiæ : dicens ꝙ secundis substantijs & earum differentijs inest vniuocè & essentialiter ꝑdicari de primis: quia omnia illa ꝑdicantur de primis substantijs tanq̄ de suis per se inferioribus: ergo vniuocè prædicantur de primis. Antecedens patet : quia a prima substantia nulla est prædicatio supple tanq̄ superioris de inferiori : sed inter secundas substantias species prędicantur de indiuiduis, & genera de speciebus : & etiam differentiæ de speciebus & indiuiduis ꝑdicantur : & capitur ibi ꝑdicari vniuocè : vt distinguitur contra ꝑdicari denominatiuè. In tertia parte ponit tertiam proprietatem substantię ; dicens ꝙ omnis substantia videtur hoc aliquid significare : & hoc de primis est verum : quia illud quod

G per eas significatur seu per earum terminos est indiuiduum & vnum numero, quod est hoc aliquid. Secundę vero videtur significare hoc aliquid propter similitudinem appellationis per primā substantiam & secundā : quia appellamus quandoq; primas substantias nominibus secundarum substantiarum : vt aliquem hominem, puta sortē vocamus hominem : tamen nō est verum ꝙ secundæ substantiæ .i. termini secundarū substantiarum significent hoc aliquid saltem de primario significato : sed magis quale quid, id est aliquid pluribus commune : non tamen significant quale accidentale quemadmodum albū : album enim nihil aliud significat quàm qualitatem : ideo significat quale essentiale id est

H determinabile : & dicit ꝙ maior est determinatio in genere quam in specie: dicens enim animal plus complectitur quam dicens homo. In quarta parte ponit quartam proprietatē substantiæ : dicens, substantijs non conuenit habere contrarium. Quod probat inductiuè : quia primę substantię vt alicui homini nihil est contrarium: etiam, homini nihil est contrarium: igitur. Et dicit, quod hoc non est proprium quarto modo ; quia conuenit quantitati, vt bicubito tricubito nihil est contrarium. Et si quis forte dicat, multum & paucum sunt contraria : etiam magnum & paruum, quæ sunt qantitates : igitur. Respondet ꝙ nullum prædictorum habet cōtrarium : vt patebit in prædicamento quantitatis. In quinta par-

A ta parte ponit quintam proprietatem dicens: quòd substantia non suscipit magis neq; minus in qua proprietate non vult dicere, ꝙ vna substantia non substet pluribus quàm alia: sed vult dicere, quòd substantia secundũ id quod est non suscipit magis & minus: quæ proprietas potest exponi tam de terminis ꝗ de rebus: vt patebit in quæstione. In sexta parte ponit sextam & vltimam proprietatem substantiæ dicens: maximè substantiæ proprium videtur esse cum sit vna & eadem numero, quòd sit susceptibilis contrariorum: vt homo cum sit vnus & idem numero, aliquando est niger, aliquando est albus. Deinde mouet vnam obiectionem, quæ talis est: oratio & opinio suscipiunt contraria: & tamen B non sunt substantiæ: igitur non sola substantia est susceptibilis contrariorum. Maior patet: quia eadem oratio aliquando est vera, aliquando est falsa. Similiter visus, id est opinio circa istam propositionem sortes sedet, sorte sedente est vera: & ipso non sedente est falsa. Soluit dupliciter: primo ꝙ licet oratio sit susceptibilis contrariorum: non tamen sicut substantia: ꝗa substantia est susceptibilis contrariorum per mutationem sui: vt aqua frigida fit calida per mutationem sui: Sed oratio & opinio non suscipiunt contraria per mutationem sui. Secundo dicit, quòd oratio & opinio non suscipiunt contraria: quia per hoc quòd sunt veræ vel falsæ, non recipiunt in se contraria: sed res significata mutatur: quia ab eo quòd res est vel non est dicitur oratio C vera vel falsa.

An substantiæ proprietates sufficienter sint assignatæ.

QVAERITVR Vtrum proprietates substantiæ sint à philosopho in textu sufficienter assignatæ. Arguitur primo quòd non: quia non esse in subiecto non conuenit omni substantiæ: quia non conuenit formæ substantiali: nec etiã soli substantiæ conuenit: quia conuenit deo & chimeræ, quæ non sunt substantiæ: igitur. Secundò sic: Nulla substantia est terminus: ergo nulla substantia significat quale quid, vel hoc aliquid. Tertio sic: Contrarietas in effectibus arguit contrarietatem in causis: D sed in effectibus substantiæ reperitur contrarietas: vt patet de frigore & calore: ergo & in substantia: & per consequens substantię aliquid erit contrarium. Item quicquid corrumpitur, à suo contrario corrumpitur: sed substantia corrumpitur: ergo substantia habet contrarium. Quarto sic: In vno quoque 1 physic. genere est vna prima contrarietas: sed substantia est genus: tex.com. 50. igitur in ipsa erit contrarietas: & per consequens substantiæ erit contrarium. Item elementa sunt contraria: nam mutuo se corrumpunt: & sunt substantiæ: ergo substantiæ est aliquid contrarium. Quintò sic: Omne susceptibile contrariorum est mutabile & corruptibile: sed aliquæ substantiæ sunt immutabiles & incorruptibiles: igitur non sunt susceptibiles con-

E trariorum. Minor patet de cœlo & substantijs incorporeis. Item ista proprietas non conuenit secundis substantijs, eo quòd secũda substantia non est vna & eadem numero; cum habeat vnitatem minorem vnitate numerali. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erũt tres articuli sicut in cæteris.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ prima proprietas est sic intelligenda. Commune est omni substãtiæ esse supple ens finitum. & non esse in subiecto tanquã supple in ente cõpleto & perfecto in specie. Et dicitur notanter esse ens finitum propter deum, qui non est prædicamento: dicitur notanter tanquam in ente completo: quia licet forma sit in materia non tamen tanquam

F in subiecto completo. Ex quo sequitur, quòd ista proprietas nihil aliud vult nisi quòd nulla substantia finita est in subiecto tanquam in ente completo, sicut supple accidens in subiecto. Et aduerte, quòd ista proprietas non conuenit substãtiæ in quarto modo proprij, sed solum in secundo: quia conuenit albedini in sacramento altaris, quæ verè est, & non est in subiecto. Sed pro secunda proprietate est aduertendum, quòd quando dicitur quòd differentiæ substantiales vniuocè prædicantur de primis: quia prędicantur nomine & ratione de primis: debet ibi capi ratio pro conceptu vel vt idem est quòd prædicari essentialiter: ita quòd est sensus, differentiæ substantiales prædicantur supple per se de primis substantijs nomine & ratione, id est vno per se conceptu: & non capitur ibi ratio pro diffinitione, quia differentia nõ habet diffinitionem: cum importet conceptum simpliciter simplicem. Et siquis dicat prædicari per se primo modo & quidditatiuè, conuertuntur: sed differentia non prædicatur quidditatiuè cum non prædicetur in quid sed in quale; igitur. Respondetur, quòd prædicari quidditatiuè dupliciter accipitur. Vnomodo vt idem est quòd prædicari in q.d: & sic differentiæ non prædicantur in quid de primis substantijs: sed prædicantur in quale. Aliomodo vt idem est quòd prędicari per se, vel essentialiter esse de ratione alicuius: & sic bene differentiæ prædicantur quidditatiuè. G

H SECVNDO sciendum, quòd circa tertiam proprietatem incidit vna difficultas, scilicet an sit sufficienter posita. Et videtur quòd non: quia tunc sequeretur, quòd omnis substantia esset terminus: cum soli termini dicantur significare: consequentia patet: quia prima substantia significat hoc aliquid: & secunda significat quale quid: ergo videtur quòd tam prima substantia, quàm secunda non sint nisi termini. Respondetur, quòd in illa proprietate capitur actus signatus pro actu exercito, ita quòd est sensus: prima substantia significat hoc aliquid, id est hoc aliquid & vnum numero: & secũda substantia significat quale quid. i. est aliquid cõe multis. Et siquis dicat: si ista expositio esset bona: sequeretur ꝙ secundæ substantiæ essent res & non termi-

A termini: quod falsum est; quia secundæ substantiæ sunt genera & species: sed res non sunt genera & species, quia species continentur sub genere, sed nulla res continetur sub alia: igitur. Respondetur ꝙ res secundum ꝙ cognoscuntur vt quoddam obiectum terminans adæquatè intellectionem: & vt per speciem intelligibilem repræsentantur, sunt bene genus vel species; & vna res secundum tale esse continetur sub alia: quæ est paucioribus cõmunicabilis. Vnde rem contineri sub alia non est aliud q̃ illam rem esse minus communem q̃ aliam, in qua talis includitur. Vnde homo continetur sub animali; quia includit animal, & est minus commune animali. Et si quis dicat illæ B res non subijciuntur, neq; prædicantur, cum non ponantur in propositionibus: ergo non sunt genera, neq; species. Potest responderi concedendo antecedẽs, & negando consequens: quia non oportet tales prædicari: sed sufficit quòd termini significantes illas res vel pro illis supponentes, prædicentur vel subijciantur; quia terminis pro rebus in propositionibus vtimur. Vel potest dici (sicut alias dictum est) quòd aliquid prædicari potest capi dupliciter. Vnomodo vt idem est, quòd per vocem exprimi vel describi mediante copula: & sic res non subiiciuntur neque prædicantur. Aliomodo vt idẽ est quòd concipi in ordine ad aliud: & sic res bene dicuntur subijci & prædicari.

TERTIO sciendum, quòd differentia est inter aliquid, & hoc aliquid: quia aliquid est conuertibile cum ente, supple capiẽdo ipsum categorematicè: q̀a si caperet̃ syncategorematicè, non conuerteretur cum ente: ita quòd omne ens est aliquid, & omne aliquid est ens & sic non capitur in tertia proprietate substantiæ: sed hoc aliquid est vnum numero & singulare. Pro cuius declaratione est aduertendum, quòd differentia est inter vnum numero, singulare, indiuiduum, suppositum, & personam. Vnde vnum numero, singulare, & indiuiduum idem sunt. Ex quo sequitur, quòd vnum numero, singulare, & indiuiduum, in quolibet prædicamento inueniuntur, cum ibi sint genera & species. Vnde singulare, indiuiduum, & vnum numero est, cui D repugnat diuidi in plures partes subiectiuas. i. in plura inferiora: vt hæc albedo, hic lapis. Sed suppositum est, quod non est natum communicari, neq; communicatur alteri, neque tanquam quo: neque tanquam quod. Vnde aliquid communicari tanquam quo, non est aliud quàm illud esse natum inhærere vel informare aliud, siue sit accidens, siue forma substãtialis. Ex quo sequitur, ꝙ nullum accidens dicitur suppositũ. Sequitur secũdo, ꝙ nulla forma substantialis dr̃ suppositum. Sed illud dr̃ communicari alteri vt quod, qđ est superius ad aliqua: vt homo. Ex quo sequit̃, ꝙ nihil cõmunicabile aliquibus dicitur suppositum: ideo nec genera nec species possunt dici supposita

Sco. 1. d. 2. in responsione ad quæstiones qua. De hac materia vide Sc. in 3. d. 1. q. 1. diffusè.

E posita. Sed persona est intellectualis naturæ incommunicabilis existentia. Ex quo sequitur, quòd persona addit supra suppositum, ꝙ sit substantia intellectualis. Ex quo sequitur. ꝙ nullum irrationale dicitur esse persona. Sequitur secundo, ꝙ omnis persona est suppositum sed non econtra: etiam omne suppositum est vnum numero, sed non econtra.

QVARTO sciendum pro declaratione quartę proprietatatis substantiæ, in qua dicitur substantiæ nihil est contrarium quòd contrarietas potest capi dupliciter. Vnomodo strictè pro repugnantia duarũ formarum se expellentium virtute ꝓpria ab eodem subiecto, & sic substantię nihil est cõtrarium: F quia talis contrarietas solum inuenitur inter quatuor qualitates primas.s.caliditatẽ frigiditatẽ, siccitatẽ, & humiditatem. Aliomodo capitur large pro repugnantia quarumcunq; formarum non seinuicem simul compatientiũ: & sic duę formę substantiales specificę sunt bene cõtrarię. Aliomodo pro repugnantia duarum differẽtiarum diuidentium aliquod genus: & de ista intelligitur: cum dicitur quòd in quolibet genere est (1phy.te.) vna prima contrarietas, id est duę differentię diuidentes illud genus: & hoc accipiendo contrarietatem realiter, siue in rebus primę intentionis. Sed capiendo contrarietatem logicaliter & in terminis, illi termini dicuntur contrarij qui simul non possunt verificari de aliquo: tamen bene successiue: vt sunt isti termini, calidum, G frigidum. Sed pro quinta proprietate est aduertendum, quòd aliquid dicitur suscipere magis & minus dupliciter. Vnomodo logicaliter: & tunc idem est quod prædicari mediantibus istis aduerbijs magis & minus: & sic termini bene suscipiũt magis & minus, id est prædicantur mediantibus istis aduerbijs magis & minus Aliomodo accipitur physicaliter seu primæ intentionaliter: & hoc dupliciter. Vnomodo vt idem est, ꝙ suscipere qualitates intensas & remissas: & sic substantia bene suscipit magis & minus: quia suc cessiue substantia suscipit qualitates intensas & remissas: & sic non capitur in textu. Aliomodo vt idem est quòd habere plures partes & pauciores perfectionales in consimili loco & situ adæquate: & sic substan- H tia non suscipit magis & minus, vt postea videbitur: & hæc de primo articulo.

DVBITATVR primo. Vtrum aliqua substantia sit in subiecto. Et vr̃ ꝙ sic: quia iste terminus scriptus homo, est substantia: cum non sit nisi incaustum: & est in subiecto, puta in pariete vel in papyro: igr̃. Item iste terminus scriptus album, est substantia, cum non sit nisi incaustum: & tamen est in subiecto cum prædicetur denominatiue de subiecto, vt in ista propositione scripta, lignum est albũ. Respondetur, quòd scriptura potest capi dupliciter. Vnomodo vt de formali significato significat figuram quæ non est substantia: sed qualitas vel

Art. 1.

An aliqua substãtia sit in subiecto.

A vel ordo partium ad partes loci: vt aliàs videbitur: & sic terminus scriptus de significato formali non est substantia. Aliomodo pt capi pro materiali puta pro illo incausto: & sic bene est substantia. Ex quo sequitur quòd nullus terminus scriptus dicitur esse substantia sed magis qualitas. Et siquis dicat contra: quia illud de quo prædicatur substantia est substantia: sed de isto termino homo prædicatur substantia: quia ista est vera, homo est substantia. Respondetur quòd substantia prædicatur de illo termino homo supponente personaliter: & non supponente pro seipso: ideo quando dicitur homo est substãtia, neq; ly homo neq; ly substantia supponunt pro seipsis. Et si quis dicat, ergo saltem iste

B terminus homo supponens personaliter erit substantia: cum de ipso prædicetur substantia. Respondetur quòd istum terminum homo supponentem personaliter, esse substantiã potest dupliciter intelligi. Vnomodo q iste terminus substantia supponens personaliter prædicetur de isto termino homo supponente personaliter: & sic concedo q ille terminus homo sic supponens sit substantia. Aliomodo, q ille terminus homo sic supponens sit illa res quę est substantia: & sic est falsum. Vnde quando dicitur, hõ est substãtia non denotatur quòd ille terminus substantia sit ille terminus homo: sed quòd idem importatur per illos duos terminos. Aduerte tamen vlterius quòd aliquid esse in subiecto potest intelligi dupliciter. Vno modo logicaliter: & sic illud est C in subiecto, quod denominatiue prædicatur de alio. Aliomodo primæ intentionaliter siue realiter: & sic non est aliud q alteri inhęrer: & sic posset cõcedi, q oĩs terminus est in subiecto.i. alteri inhęret. Sed restat vna parua difficultas, vtrum ratio per quam philosophus probat secundas substantias non esse in subiecto sit bona. Et videtur quòd non: quia isti termini homo & animal prædicantur nomine & ratione: & tamen sunt in subiecto: quia sunt in aere vel in mente: igitur. Quod prædicentur nomine & ratione patet: quia in ista propositione, sortes est homo: ibi ille terminus homo prædicatur nomine & ratione de sorte. Potest dici quòd licet illi termini sint in subiecto, capiendo esse in subiecto primę intentionaliter: non D tamen sunt in subiecto, capiendo esse in subiecto logicaliter id est non prædicantur denominatiue: sed essentialiter: cum prædicentur nomine & ratione. Vnde prædicari nomine, non est aliud quam prædicari vere & affirmatiue de aliquo. Sed prædicari ratione non est aliud quam prædicari essentialiter. Et sic videtur accepisse Aristoteles cum dicit. Eorum quæ sunt in subiecto prædicantur nomine: id est vere & affirmatiue: sed non ratione.i. non essentialiter. Potest etiã dici, quòd illi termini homo, animal, prædicantur nomine & ratione: sed hoc non est pro ipsis terminis, sed pro rebus, pro quibus supponunt: quia vtimur illis terminis pro rebus.

Dubitatio.

E DVBITATVR secundò Vtrum substantia suscipiat magis & minus. Pro cuius solutione supponitur q aliquid suscipere magis & minus, est ipsum habere plures gradus seu partes perfectionales, quæ sunt eiusdē rationis inter se, & cum illo qđ suscipit magis in eodem loco & situ seinuicem penetrantes: vt vna albedo dicitur maior albedo quàm alia: quia habet plures gradus vel partes perfectionales integrantes ipsam in eodem loco & situ: & quælibet pars talis est albedo; & similiter dicatur de alijs. Ideo sensus dubij nostri est iste, vtrum substantia habeat plures partes perfectionales in eodem loco & situ quæ sint eiusdem rationis inter se, & cum substantia quæ suscipit magis.

An substantia suscipiat magis, & minus.

An substātia plures ptes psectionales in eodē loco.

F Ad quod breuiter respondetur, quòd substantia non dicitur suscipere magis & minus, licet vna substantia sit perfectior alia, vt visum est in prædicabilibus. Prima pars patet: & capio animam de qua quidam dubitant. Et arguitur sic anima non habet plures partes perfectionales eiusdem rationis integrantes ipsam: quia oporteret illas partes esse quasdam animas: cum partes, per quas aliquid suscipit magis, debeant esse eiusdem rationis inter se & cū illo quod suscipit magis: sed consequens est falsum immo & periculosum. Item ostendendo hoc de igne: quia si ignis susciperet magis, sequeretur q haberet plures partes perfectionales in eodem loco & situ integrantes illū ignem, sed hoc non: quia tunc sequeretur, q eadem materia informaretē duabus formis substantialibus eiusdem rōnis: G quia illę partes non possunt esse in eodem loco & situ nisi penetrent: sed non possunt se penetrare, nisi formæ illarum materiarum se penetrent: igitur.

In oppositum arguitur: quia vna aqua habet plures partes aquæ q̄ aliæ: igitur. Respondetur, quòd verum est extensiuè, sed non intensiuè. Vnde si apponatur vna gutta aquæ alteri, illa est maior ſm extensionem, sed non secundum intensionē: cuius ratio est: quia illa aqua habet maiorem extensionē quàm prius. Secundo sic; Volo q sint duo ignes: vnus duorum pedum, & alius vnius pedis: volo quòd deus condenset illū q est duorū pedū ad q̄titatē unius pedis: quo facto, erit maior ignis q̄ alter: quia in eodē loco & situ habet plures partes pfectionales Rñdetur, admittendo casum, concedendo q ille ignis condensatus habet plures ptes, sed non in eodem loco quæ nō se penetrant: quia non possunt se penetrare nisi formæ substātiales se penetrent adinuicē: sed formæ non possunt se penetrare nisi formæ duæ informent eādē partē materiæ: quod videtur esse impossibile; dicunt tamen aliqui q sicut duæ formæ accidentales eiusdem rationis pñt se penetrare ita & duæ formæ substātiales mixtorum. Tertiò sic: Anima suscipit magis: igitur. Antecedens patet per articulū Parisien. dicere animā Christi non esse perfectiorem in puris naturalibus aīa Iudæ, error; sed hoc non potest intelligi de accñtib. quia nullus dubitat quin anima Christi sit perfectior aīa Iudæ H in ac-

A in accidentalibus, cũ hēat summam gratiam, summam scientiã: ergo intelligitur in substantialibus. Respondeo, ꝙ intelligitur in accñtalibus, naturalibus, spiritualibus: sicut est ingeniositas & perspicacitas intelligendi: & de illis est dubium, vtrũ vna anima sit perfectior q̃ alia: sed non fuit dubium de accñtibus acquisitis, & gratuitis quin aĩa Christi sit perfectior.

An ꝓpõ vocalis possit esse vera vel falsa. DVBITATVR tertio. Vtrum propõ vocalis possit esse vera vel falsa. Et arguit primo ꝙ non: q̃a quod non est neq; ꝑt esse, non ꝑt esse verũ, vel falsum; sed ꝓpõ vocalis non est neq; ꝑt esse: igr̃. Minor ꝓbatur: q̃a si ꝓpositio vocalis esset vel põt esse, hoc maxime esset qñ subiectum profertur: sed hoc non: q̃a tunc ꝑdicatũ non est: vel qñ ꝑdicatũ B proferẽ, ꝙ non est: q̃a tunc subiectum non est. Secundò sic: Si ꝓpõ vocalis esset vera sequeretur, ꝙ possibile esset aliquem proferre vel dicere verũ, quod est falsum: q̃a si quis diceret verum, vel diceret verum quando profert subiectum: & hoc non: quia subiectum non est verum, neq; partes eius: vel qñ profert prædicatum, quod est falsum pari ratione. Itẽ sequeretur ꝙ idẽ in proferendo verum proferret falsum, patet: quia proferat istã nullus homo est asinus: proferendo subiectum & copulã proferret falsum: quia proferret istã nullus homo est: quę est falsa: & proferendo totam profert verũ: igitur. Item sequeretur, ꝙ aliquis postquàm dixit verum posset nunquam dixisse verum: sed consequens est impossibile: & patet consequentia: quia postq̃ aliquis protulit istam veram homo est, in sua libertate est statim addere ly asinus, quo facto C protulit falsum. Item sequeretur, ꝙ omnis propositio vocalis esset falsa. patet: & capio istã quæ maximè videtur esse vera, homo est animal: quæ tamen est falsa: quia significat istum terminum homo esse istum terminum animal: qua ratione iste terminus homo, significat hominem ad extra: ita etiam significat se, naturaliter. Pro responsione ponuntur aliquæ propositiones. Prima: aliqua conueniunt propositioni vocali naturaliter. videlicet ꝙ proferatur successiue: & quòd partes suæ non simul permaneant: & quòd ipsa & suæ partes causent in mente suas intentiones: habet etiam quòd ipsa significet sicut sua mentalis, cui subordinatur: & quòd ipsa significet cum imaginatione significandi. Et ex hoc habet suum complementum. D Secunda propositio: non est inconueniens eandem propositionẽ vocalem esse simul veram & falsam: possibilem & impossibilẽ. Vnde sicut terminus æquiuocus habet multos conceptus: ita propositio vocalis potest habere multos sensus: vt patet in rationibus factis. Tertia propositio: ex institutione hominum propositio vocalis habet quòd termini sint significatiui ad placitum: & similiter quę libet alia propositio ad placitum significans habet ex institutione hominum ꝙ significet, & non naturaliter: & hoc patet ex cõi modo utendi hominũ: patet ẽt; quia ista ꝓpõ, hõ est aĩal

E ex modo vtendi hominũ & eorum institutione significat rem quæ est homo, esse rem quæ est animal: & non ꝙ iste terminus homo sit iste terminus animal. Quarta propõ: propõ vocalis habet ex institutione hominũ, ꝙ ipsa vtendum est, ac si ipsa tota simul esset in vltimo instanti suæ prolationis vltimæ partis. Ex quo sequitur, ꝙ propositio vocalis de rigore nõ dicitur vera neq; falsa: sed solum habet, ꝙ dicatur vera vel falsa ex institutione hominum, volentiũ vti ea ac si esset permanens. Ex istis positis faciliter soluuntur rationes. Ad primam rñdet, concedendo de rigore sermonis ꝙ nulla propõ vocalis est vera vel falsa: sed solum ex institutione hominum vtentium, ac si ipsa esset permanens.

De ista materia vide Sc. in 4.d.8. q.2.

F Ad secũdam dr̃, ꝙ propriè & de rigore nullus potest proferre verũ vel falsum: ita ꝙ in proferendo verum non proferat falsum. Ad tertiam dr̃, ꝙ hoc non est incõueniens penes significatum partiale: tamen iudicium debet sumi pœnes totale significatum & complementum propõnis. Ad aliam negatur consequentia & consequens: si.n.semel protulit verum, necesse est protulisse verum: & eodem modo est de falso: nisi veritas vel falsitas propositionis dependeat à futuro contingenti: vel ꝙ in ea nullũ extremũ distribuatur, cum hoc tamen in libertate sua est totalem orationem esse veram vel falsam. Ad alias patet solutio. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium articulum sit.

Artic.3. CONCLVSIO responsabilis. Proprietates substãtiæ sunt à philosopho in textu sufficienter assignatæ: vt satis patet ex dictis. Ad rationes: Ad primam patet solucio in primo articulo, & ad secundam. Ad tertiam dr̃, quòd contrarietas in effectibus arguit contrarietatem in causis formalem vel virtualem: ideo effectus contrarij substantiæ arguunt contrarietatem virtualem in substantia. Vnde aliquid habere contrarietatem virtualem non est aliud, quàm illud posse producere cõtraria. Ad aliud dr̃, ꝙ ista propositio, quicquid corrumpitur, à suo cõtrario corrumpitur, est simpliciter falsa, si intelligatur de contrario propriè dicto: sed debet capi contrarium pro nociuo & disconuenienti: ita ꝙ sit sensus, quicquid corrumpitur à suo cõtrario.i.à suo nociuo & disconuenienti corrumpitur. Ad q̃n tam pro prima parte patet solutio in primo articulo. Ad aliã partem dicitur, ꝙ elementa propriè non contrariantur adinuicem, sed bene qualitates elementorum: vel potest dici, ꝙ contrariantur adinuicem secundũ suas qualitates, & non secundũ suas substantias. Ad aliam dr̃ pro prima parte, ꝙ licet omne susceptibile contrariorum propriè dictorũ, puta quatuor qualitatum primarum sit corruptibile: non tamen oportet quòd quodlibet susceptibile aliorum contrariorum sit corruptibile. Ad aliam partem dicitur, quòd licet secunda substantia secundum se non sit vnum numero; tamen bene denominatiuè & per accidens: vt visum est in prædicabilibus.

G

H

Quan-

A QVantitatis aliud cõtinuũ: aliud discretum:& aliud quidem ex habentibus positionem &c.

ISTVD EST tertium capitulum, in quo determinat philosophus de quantitate, quæ est secundum prædicamentum: & diuiditur in duas partes. In prima philosophus determinat de quantitate quantum ad eius diuisionem. In secunda determinat de proprietatibus quantitatis. Prima pars diuiditur in quatuor particulas. In prima ponit duas diuisiones quantitatis, & duas subdiuisiones. Prima diuisio est: quantitatis aliud continuum, aliud discretum: & debet intelligi generis: ita ꝙ sit sensus: ꝙ generis quantitatis, aliud continuum: aliud discretum. Secunda diuisio: quantitatis aliud constat ex partibus positionem adinuicem habẽtibus, aliud ex non habentibus positionem. Primam subdiuisionẽ, quæ est diuisio quantitatis discretæ, innuit per hoc ꝙ dicit quantitas discreta: vt numerus & oratio. Aliam subdiuisionem quę est quantitatis continuę, ponit cum dicit: quantitas continua: vt linea, superficies, corpus, & pręter hæc, tempus & locus. Deinde declarat duas subdiuisiones prædictas: primo probans, quòd numerus sit quãtitas discreta: quia partes numeri non copulantur ad aliquẽ terminum communem: igitur numerus est quantitas discreta. Antecedens probat: primo de partibus aliquotis: vt quinq; & quinq; quæ sunt partes denarij, non copulantur ad aliquem terminum communem: de partibus non aliquotis probat: quia tria & septem sunt: partes non aliquote numeri denarij: & tñ ad nullum terminum communem copulãtur: sed semper vna pars est discreta & separata. Vnde pars aliquota est quæ aliquoties sumpta reddit totum numerum adæquatè: vt quinq; respectu numeri denarij. Sed pars nõ aliquota est, quæ quotienscunq; sumatur nunquam reddit adæquatè suum totum: sed magis vel minus. vt tria respectu numeri denarij. Deinde probat, ꝙ oratio sit quantitas: quia ꝑ orationem mensuratur syllaba breuis vel longa: sed illud quod per se mensurat aliquid, est quãtitas: igitur. Deinde declarat de qua oratione hoc intelligitur: dicens ꝙ intelligitur de oratione prolata cum voce. Et quòd sit quãtitas discreta probat: qa partes eius ad nullum terminũ communem copulantur: non enim est aliquis terminus, ad quem syllabæ vocis terminentur: sed vnaquęq; syllaba est diuisa ab alia. Deinde probat, ꝙ linea superficies & corpus sint quantitates continuę; quia partes eorum copulantur ad aliquẽ terminum communem: vt partes lineæ ad punctum; & partes superficiei ad lineam: & partes corporis ad superficiem. De tẽpore probat: quia partes eius, vt præteritum & futurum copulantur ad aliquem terminum communem, s. ad tempus præsens, quod est finis pręteriti & principium futuri. Deinde probat de loco quòd sit quantitas continua: quia partes eius copulantur ad aliquem terminum com-

Quãtitatis diuisio. (margin, beside "ma philosophus determinat")

Pars aliquota, & non aliquota quid. (margin, beside "Vnde pars aliquota")

Margin letters: B, C (left, beside "aliud continuum"/"tum. Secunda diuisio"), D (right, beside "dicens ꝙ intelligitur")

B communnem copulantur; igitur & partes loci; patet consequentia.qa partes loci continent singulas ptes corporis. igr̃ partes loci terminant̃ ad eundẽ terminum cõem,ad quẽ partes corporis. Deinde declarat secundam diuisionem.f.q̃titatis aliud constat ex partibus positionem habentibus; aliud non. Probat; quia linea,superficies,corpus & locus habẽt positionem in suis partibus; sed numerus oratio & tempus non habent põnem. Primam partem probat; quia illa habent positionem in suis partibus,quorum partes sunt sitę.i.habent modum situs in toto & sunt permanentes & continuæ,sed partes superficiei lineæ corporis & loci sunt huiusmodi, igitur. Secundam partem ꝓbat, quia licet inter partes temporis numeri & orationis sit ordo; quia vna est prior alia, vt præteritum est prius futuro; & duo priora tribus, tamen ptes temporis nõ sunt permanentes quod requiritur ad põnem; etiã partes numeri & orationis non copulantur,ꝙ requiritur ad positionẽ. Ex quo sequitur, quòd ad positionem quæ est differentia quantitatis tria requiruntur, scilicet ordo partium,permanentia, & continuatio ad aliquem terminum communem. Deinde determinat de quantitatibus per accidẽs ponens istã conclusionẽ,quantitates quæ dictæ sunt, quædam sunt propriè & per se quantitates, sed alia ab his si dicãtur quãtitates vel quãta hoc est per accñs. Quod probat,quia quęcunq; dñr q̃tita tes vel q̃ta solum per habitudinem ad p̃dicta,illa dñr q̃titates per accñs, sed omnia alia à p̃dictis si dicant̃ q̃titates hoc est solũ per habitudinẽ ad alia & denominatiuè, igr̃ dñr solum q̃titates per accidens. Minorẽ probat primo exemplariter; vt album quod est aliud à p̃dictis dicitur multum, eo quòd superficies in qua est, est multa; & actio dr̃ longa, eo quòd tempus in quo fit, sit longum. Ratione probat, quia illud cuius q̃titas notificatur & mensuratur per aliam quantitatem est q̃titas ꝑ accidens, sed ista sunt huiusmodi, igitur. Minorem probat,q̃a si siquis assignet quanta sit actio, tempore diffiniet dicendo ipsam esse annuam, idest vnius anni. Similiter assignans quantum sit album, per superficiem diffiniet, quia quanta fuerit superficies tantum album fore dices. In secunda parte ponit proprietates quantitatis, & diuiditur in tres particulas secundum quòd sunt tres proprietates quantitatis. In prima ponit primam proprietatem quantitatis, quæ est hæc; Quantitati nihil est contrarium, vt bicubito, tricubito, superficiei nihil est contrarium. Deinde ponit duas instantias. Prima multum & paucum contrariantur; & etiam magnum & paruum; & tamen ipsa sunt quantitates; igitur. Hanc instantiam soluit dupliciter; Primo negando minorem, dicens quòd nullum illorum est quantitas: sed quod libet eorum est ad aliquid, quod probat dupliciter. Primo, illa quæ solum dicuntur cum comparatione ad aliud sunt ad aliquid & non q̃titates; sed multum & paucum, magnũ & par-

A & paruum sunt huiusmodi; igitur. Minorem probat; primo de magno & paruo; quia si magnum & paruum dicerentur per se, nō in relatione ad aliud, nunquam mons diceretur paruus, nec milium paruū; hoc autem est falsum: quia mons dicitur paruus respectu alterius montis; & milium dicitur paruum resp. ectū alterius milij. De multo & pauco probat; quia nisi multum & paucum dicerentur respectiuè ad aliud, nunquā diceretur homines multi in domo & pauci in theatro, vel plures in vico & pauci in theatro: vel plures in vico, & pauci in ciuitate, cum multo plures sint in ciuitate quā in vico; igitur multū & paucum dicuntur respectiue ad aliud. Secundo sic; quia bi

B cubitum & tricubitum; similiter magnum & paruum non significant quantitatem: sed magis sunt aliquid fundatum in quantitate; ergo non sunt quantitates. Secundo soluit negando maiorem dicens; quòd siue aliqui concedant prædicta esse quantitates; siue non: tamen nihil est eis contrarium; quod probat duabus rationibus. Prima; nihil quod dicitur de per se respectiue ad aliquid habet contrarium, cum contraria sint formæ absolutę; sed multum dicitur respectiue ad paucum, & magnum respectiue ad paruum; igitur multum non contrariatur pauco nec magnum paruo: secunda ratio ducit ad duo inconuenientia; primo ad illud si multum & paucum, magnum & paruum essent contraria, sequeretur quod contraria essent simul in eodem; secundo sequeretur quod idem C esset sibi ipsi contrarium. Prima consequentia patet; quia aliquid dicitur magnum respectu vnius; & paruum respectu alterius; ergo si magnum & paruum sint contraria, tunc contraria erunt simul in eodē; quod est impossibile. Et si duo contraria possint simul esse in eodē, hoc maximè esset in prima substātia, quæ ipsa est maximè susceptiua contrariorum; sed hoc non; quia quamuis idē numero sit susceptiuus contrariorum, nullus tamen simul suscipit cōtraria; nullus. n. simul & semel est sanus & æger, albus & niger, prauus & studiosus. Secundam consequentiam probat; quia cum idem sit magnum & paruum, idem contrariabitur sibi ipsi. Tertia instantia, est de loco sursum, & de D loco deorsum, quæ videntur contrariari; & tamen sunt quantitates. Hanc instantiā non soluit philosophus; sed potest respondere ad eam quòd locus potest dupliciter considerari. Vnomodo pro superficie corporis continentis; & sic est quātitas: nec habet cōtrarium. Alio modo pro virtute cōsideratiua locati; & sic possunt esse cōtraria; sed tunc non sunt quantitates. In secunda parte ponit secundam proprietatem quantitatis dicens, quòd quantitas non suscipit magis & minus, quod probat inductiue, vt bicubitum non dicitur magis & minus bicubitum; nec ternarius, neq; quaternarius. Aliqua enim non dicuntur magis tria quam alia. In tertia parte ponit tertiam proprietatem quanti-

Duplex loci consideratio.

B quantitatis dicens: quòd maximè est proprium quantitatis secundum eam æquale vel inæquale dici: quod probat inductiuè: quia corpus æquale vel inæquale dicitur: similiter numerus alteri numero est ęqualis vel inęqualis: & sic de alijs speciebus quantitatis. Sed quod ipsa soli quantitati conueniat, probat: quia actio nõ dicitur æqualis vel inæqualis, sed similis: nec album dicitur æquale vel inæquale, sed simile: & sic de alijs quæ non sunt quantitates: igitur maximè est proprium quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici.

An quantitatis proprietates & diuisiones sufficienter a philosopho assignentur.

F QVERITVR Vtrum diuisiones & proprietates quantitatis sint a philosopho sufficienter assignatę. Et arguitur primo contra primam partem. Nulla bona diuisio debet dari per aliqua non contenta sub diuiso: sed secunda diuisio & etiam illa, quæ est in quantitatē per se & quantitatem per accidens sunt homini: igitur. Maior patet: quia diuisum debet semper verificari de mēbris diuidentibus. Minor probatur: quia positio est vnum prædicamentum distinctum a quantitate, ergo non est eius differentia. Etiam quantitates per accidens non sunt quantitates: vt patet de albo & actione, quæ sunt quantitates per accidens. Arguitur secundò contra secundam partem. Numerus & oratio sunt spęcies quãtitatis discretę: igitur. De oratione probatur: quia omnis oratio est mẽtalis, vocalis, vel scripta: sed nulla talis est quãtitas, sed qualitas: igr̃. De numero ꝓbat: qa numerus reperitur in illis, in quibus non est quantitas. s. in angelis: ergo numerus non est quantitas. Arguitur tertio: Linea & superficies non sunt species quantitatis cõtinuæ adinuicem distinctæ: igitur non sunt sufficienter assignatę. Antecedens patet: quia omne accidens habet aliquod subiectum sibi adæquatum: sed linea & superficies nõ sunt huiusmodi: igitur. Minor patet: quia non est dabile aliquod subiectum, quod habeat longitudinem tantum, vel latitudinem tantum, vel profunditatem tantum: quia omne corpus habens longitudinem habet etiã latitudinem & profunditatem: igr̃. Etiam corpus est spẽs substantię, igr̃ non quantitatis. Etiã superficies & locus sunt idem: vt habet philosophus. 4. physi. Item ꝯm philosophum quinto metaph. tps est quãtitas per accñs: igr̃ non est spẽs quantitatis. Quarto sic: Omnis motus est de contrario in cõtrarium: sed in quãtitate est motus: igr̃ ibi est contrarietas. Itē ęquale & inęquale magnũ & puũ suscipiunt magis & minus: igitur secunda proprietas quantitatis non est sufficienter posita. Quinto sic: Duę substantię ꝯm æqualitatem vel inæqualitatem dicũtur formaliter ęquales vel inæquales, secundum virtutem quæ est qualitas: igitur alijs a quantitate potest conuenire æquale vel inęquale. In oppositum est philosophus in

[Margin: G; H; Tex. 35. Tex. commet. 18.]

A in textu. In quæstione erunt tres articuli sicut in cæteris. Quantum ad primum.

Artic. 1. PRIMO sciendum, quòd quodlibet genus dicitur habere aliquam rationem, secundum quam dicatur vniuocè de suis inferioribus: ideo videndum est quid erit propria ratio quantitatis, secundum quam dr̃ vniuocè de suis inferioribus. Et aduerte tamen quòd ratio potest capi dupliciter. Vnomodo pro diffinitione: & sic non capitur hic. Aliomodo pro conceptu quidditatiuo: & sic capitur hic. Vnde omne genus prædicatur de suis speciebus vna ratione .i. vno cõceptu quidditatiuo. Et aduerte ꝙ dicunt aliqui, quòd ratio quãtitatis est mensurare: quia philosophus probat orationem esse quantitatem per hoc, ꝙ sibi conuenit ratio mensuræ. Sed ista *Versori et sequaces.*

B opinio non est vera: quia mensura non dr̃ æqualiter de quantitate continua & discreta: quia per prius dr̃ de quantitate discreta quàm continua: quia mẽsurare non conuenit continuo nisi per numerum: vt patet: qa per vlnam mensuramus pannũ: ideo citius capimus quantitatẽ discretam ad mensurandum q̃ continuam. Aduerte tamen ꝙ species generis possunt comparari dupliciter. Vnomodo inter se: & sic vna dicitur perfectior alia: & genus potest dici perfectius de vna quàm de alia: & hoc fit ratione differentiæ. Aliomodo possunt comparari ad rationem generis: & sic vna non est perfectior alia: neq; genus dicitur perfectius de vna quàm de alia. Alij dicunt, quòd diuisibilitas in partes eiusdem ratio-

nis est propria ratio quantitatis: sed hoc non est verum: qa nullus respectus est propria ratio alicuius absoluti: sed quantitas est quid absolutum: & diuisibilitas formaliter est quid respectiuum: quia dicit quandam aptitudinem ad diuisionem: igitur. Ideo respondetur, ꝙ habere partes integrales & quantitatiuas est propria ratio quantitatis, secundum quam vniuocè dr̃ de suis speciebus. Et si quis dicat habere partes integrales cõuenit substantiæ: ergo non est propria ratio quantitatis. Respõdetur ꝙ non conuenit substãtiæ nisi per quantitatem & non ratione sui. Vnde si deus separaret quantitatem à ligno: lignũ non haberet partes integrales & quantitatiuas, licet bene partes entitatiuas: nisi forte caperentur partes integrales largè pro omni parte componente & integrante aliquod totum: ideo partes propriè non dicuntur integrales nisi sint quantæ. Aduerte tamen ꝙ Aristoteles rationem quantitatis circumloquitũ multotiens per diuisibilitatem in partes quantitatiuas, cum rõ multotiens circumloquatur per passiones. Vnde quatuor dicuntur esse passiones ipsius quantitatis. Prima; diuisibilitas in partes quantitatiuas. Secunda; finitum vel infinitum. Tertia; æquale vel inæquale. Quarta; ratio mensuræ. C *Sco. in 5. meta. q. 9* D

SECVNDO sciendũ ꝙ pro declaratione primæ diuisionis supponitur, quòd philosophus non notificat quantitatem diffinitiuè; eo ꝙ secundum vsum non habet vnum denominatiuum, sed duo. s. quantum & quotum; *Cur Aristo. non diffinit quãtitatem.*

E tum: accidentia autem non diffiniuntur proprie nisi ſm q̃ denominant ſua ſignificata materialia: pôt tñ ſic diffiniri. Quantitas eſt, ſecundum quam quāti vel quoti eſſe dicimur. Aduerte tamen q̃ ſecundum rem quantitas habet vnum denominatiuũ ſcilicet quantum, quod eſt communi quantitati tã continuæ q̃ diſcretæ: tamen quadam reſtrictione vſuali capitur pro denominatiuo quãtitatis continuæ. Et aduerte q̃ Ariſto. dicit quãtitatis aliud continuum &c. ad denotandum differẽtiam eſſentialem membrorum: nam aliud in neutro genere denotat differentiã eſſentialẽ: & debet ſub intelligi gñis ita q̃ ſit ſenſus: generis quantitatis, aliud cõtinuũ, aliud diſcretum. Et aduerte q̃ in tali diuiſione ponitur quantitatis in ſingulari numero, & non in plurali: ad denotandum quòd F quantitas eſt vnum genus generaliſsimum vniuocum ad om nia ſua inferiora: ſed ſi fuiſſet in numero plurali, dicendo quãtitatum: quis potuiſſet dubitare, vtrum quantitas fuiſſet vnũ genus vel plura. Aduerte vltra pro ſecunda diuiſione, quòd poſitio capitur dupliciter. Vnomodo pro ordinatione partium ad ſuum totum: & ſic eſt differentia quantitatis non magis propria, ſed communis ſeu accidentalis: quia talis ordo partium ad totum non eſt in prædicamento quantitatis, ſed magis ad aliquid. Aliomodo capitur pro ordine partium ad partes loci: & ſic eſt vnum prædicamentum: & ſic nõ capitur hic. Vnde ad poſitionẽ, q̃ eſt differentia quantitatis tres conditiones requiruntur. Prima, q̃ G partes ſint permanentes: iõ nec tẽpus, nec motus, neq; orõ habent poſitionẽ. Secunda, q̃ tales partes ſint ſituatæ in loco. Tertiã. q̃ ſint continuæ, id eſt q̃ copulentur ad aliquem terminum communẽ: non cõem per prædicationẽ, ſed per cõtinuationẽ: cuiuſmodi eſt punctũ in linea: ideo numerus non dicitur habere poſitionẽ. Aduerte finaliter q̃ quãtitas p accidens, q̃ eſt vnũ mẽbrũ tertiæ diuiſionis, nõ dicit q̃titas: neq; eſt in pdicamẽto quantitatis, ſed in aliis prædicamentis.

Quãtitatis continua, et diſcretæ diffinitio.

TERTIO ſciendũ, q̃ q̃titas cõtinua eſt, cuius ptes copulanẽ ad vnum terminũ communẽ, q̃ eſt principium vnius & finis alterius. Vñ illud dicit ibi terminus cõis, p quod continuãtur ptes aliq̃ adinicẽ: cuiuſmodi eſt punctũ in linea: & linea in ſupficie, & ſupficies in corpore. Ex H quo ſequit̃ q̃ non capit̃ ibi terminus cõis p pdicationẽ, ſed p continuationẽ. Sed q̃titas diſcreta, eſt cuius ptes nõ copulãtur adinuicẽ p aliquẽ terminũ cõem: vt partes numeri binarij non continuãtur adinuicem p aliquod medium. Et aduerte q̃ duplex eſt quantitas diſcreta. ſ. numerus & oratio. Vnde numerus eſt triplex ſcilicet numerus numeratus, qui non eſt aliud quàm res numeratæ: vt lapides, homines. Alius eſt numerus numerans, qui non eſt aliud quàm anima. Ex quo ſequitur, q̃ bruta non numerant. Alius eſt numerus formalis, quo numeramus res: ſicut binarius ternarius: & ille accipitur dupliciter. ſ. trãſcendenter, & ſic reperitur in om-

A in oībus, de quibus est verum dicere, ꝙ multa: & talis non distinguitur a rebus numeratis. Aliomodo capitur limitate & finite pro numero de genere quātitatis: qui non est aliud q̃ multitudo vnitatum accidentalium repertarum in continuis diuisis & separatis abinuicē: ita ꝙ quādo vnū continuū diuiditur ab alio, tunc causantur in illis ꝑtibus q̄dam vnitates accidētales, ex quibus componitur numecomponitur numerus prædicamentalis. Ex quo sequitur primo, ꝙ iste numerus prædicamētalis non inuenit̄, nisi in rebus continuis diuisis abinuicem: & hoc volebat habere Aris. quando dicebat, ꝙ numerus causatur ex diuisione continui, & ꝑ istas vnitates accn̄tales mēsurant̄ cōtinua sepata adinuicē. Sequitur secundo ꝙ duo Angeli non dicuntur duo isto numero ꝑdicamentali: cū vnitates ex q̄bus cōponitur iste numerus ꝑdicamētalis, non inueniant̄ in angelis, cum non sint continui. Sed ꝓ oratione supponit̄, ꝙ oratio quę est species quantitatis discretæ non est nisi mēsura vocum vel literarum vocis vel syllabę, secūdum quam dicit̄ ista syllaba est longa vel breuis: & cōponit̄ ex illis mensuris, quæ proprie sunt vnitates, sicut numerus componitur ex suis vnitatibus. Sed restat vnum paruum dubiū, vtrū oratio distinguatur specie essentiali a numero vel solum specie accidentali. Respondetur breuiter, ꝙ orō non distinguit̄ specie essentiali a numero: sed solū spē accidentali: sicut curuitas & simitas nō dr̄nt nisi accn̄taliter: quia curuitas in omni materia

3. physic. 61.

B

An oratio specie essentiali vel accidētali solum a numero distinguatur.

potest inueniri: q̄a non determinat sibi materiam seu subiectū: sed simitas determinat sibi subiectum. s. nasum. Similiter dico, ꝙ numerus & oratio differūt solum accn̄taliter: q̄a numerus nō determinat sibi subiectū: q̄a pōt inueniri in omnibus continuis diuisis & separatis saltem secūdum suas partes: sed oratio solū inuenit̄ in literis & syllabis alicuius vocis: & in hoc differunt numerus & oratio. Ex quo seq̄tur ꝙ quando dicitur, quòd duę sunt species q̄titatis discrete intelligitur de speciebus accidentalibus & non essentialibus. Sequitur secundo quòd tantū est vna species quantitatis discretę, scilicet numerus, q̄ secundū ꝙ est in literis vel syllabis dr̄ oratio: & in aljis continuis dicitur numerus. C

Qvarto sciendū, ꝙ q̄titas continua est duplex. s. ꝑmanens & successiua, ꝑmanens est triplex scilicet linea corpus & superficies. Vnde linea est longitudo sine latitudine & profunditate: cuius extremitates sunt duo puncta. Et siquis dicat: linea non est sine latitudine: ergo male diffinitur. Respondetur quòd licet linea non sit sine latitudine: tamen ipsa latitudo non est de ratione lineę. Vnde ipsa linea componitur ex lineis & non ex punctis: quæ lineæ continuātur adinuicē per puncta, & termini etiam ipsi lineę sunt duo puncta. Sed superficies est latitudo cum longitudine & sine profunditate, cuius extremitates sunt duæ lineæ sine profunditate, sic supple quòd ipsa profunditas non est de ratione superficiei: & com- D

E componitur superficies ex superficiebus, quæ continuantur adinuicem per lineas, & eius extremitates sunt duæ lineæ. Ex quo sequitur, ꝙ linea non potest esse sine punctis; nec superficies sine lineis; nec deus posset facere illa sine illis propter depẽdentiam, quam habent ad illa. Corpus est profunditas cum lõgitudine & latitudine & profunditate, cuius extremitates sunt duæ superficies. Ex quo sequit̃ ꝙ de ratione corporis est longitudo latitudo & profunditas: sic ꝙ non potest esse corpus sine illis tribus dimensionibus; & cõponitur corpus ex corporibus, cuius extremitates sunt duæ superficies, quæ dicuntur indiuisibiles secundum quid, scilicet secundum profunditatem; sicut

F linea dicitur indiuisibilis secundum latitudinem. Et siquis quęrat; nonne locus est species quãtitatis continuæ? Respondeo, ꝙ locus non distinguitur à superficie; sic ꝙ sunt duæ superficies & hoc capiendo locum pro significato materiali. Vnde locus pro tali significato non est nisi ipsa superficies concaua corporis continentis; ideo non distinguitur contra superficiem. Et siquis dicat quare ergo philosophus enumerat ipsum cum speciebus quantitatis? Dico quòd hoc faciebat in sequendo opinionem antiquorum; dicentiũ locum esse spacium dimensionarum tribus dimensionibus: interceptum inter latera corporis continentis: quam opinionem reprobat in quarto physic. Sed quantitates successiuę sunt duę, s. tempus & motus. Vnde tẽpus est quantitas successiua existans subiectiuè in primo cœlo mobili, notificans siue mensurans ꝑ se & intrinsecè motum ipsius primi mobilis: & extrinsecè & per se motus istos inferiores & substantias de per accidens: &

G componitur ex temporibus quę continuãtur per nũc uel instãs, cuius extremitates sunt duo instantia. Sed motus est quantitas per se successiua, qua aliquid dicitur formaliter moueri: & componitur ex motibus quæ continuantur adinuicem ꝑ mutata esse. cuius extremitates sunt duo mutata esse. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Art. 2. DVBITATVR primo vtrum numerus prædicamentalis sit res distincta à rebus numeratis. Respondetur quòd sic;

H quia vnitates ex quibus componitur talis numerus, distinguuntur realiter à rebus numeratis cum sint accidentia: ergo etiam numerus qui componitur ex ipsis. Et dicitur notanter numerus prædicamentalis: quia numerus transcendens non distinguitur à rebus numeratis, cum componatur ex vnitatibus proprijs rerum & intrinsecis, quæ non distinguuntur ab illis quorum sunt vnitates. Et ꝙ numerus prædicamentalis distinguatur à rebus numeratis patet: q̃a numerus est sensibile per se: vt vult Arist. secundo de anima: sed nulla substantia dicitur sensibile per se sed solum per accidens: igitur. Item illa distinguuntur realiter, quorum vnũ potest corrumpi alio remanente: sed sic est de numero prædicamentali: nam ponatur quòd sint duæ guttæ aquæ separatæ abin-

De hoc vide Sc. in 2. d. 2. q. 15.

Tex. commen. 37.

An numerus distinguatur à rebus numeratis.

Tex. commen. 63.

Scot. in Reportatis in 1. d. 24. aliter sentit de nume

A abinuicē: illæ duę differunt dualitate prædicamentali. Sed si cōtinuantur adinuicem non plus dicuntur duæ tali dualitate: licet bene dualitate transcendentali: & sic ibi corrumpitur numerus & non res numeratæ. Et aduerte ꝙ tales vnitates ex quibus componitur numerus prædicamentalis, sunt accidentia indiuisibilia: quæ tamen sunt in subiecto diuisibili: quia in adęquate sunt in ipso. s. indiuisibiliter: & est talis vnitas in toto, capiendo totum categorematice & non syncategorematice. Item omne accidēs absolutum distinguitur realiter à substantia: sed numerus est accidens absolutum, cum sit quantitas: igitur. Igitur sequeretur ꝙ substantia esset quantitas, quod falsum est: igitur. Item sequeretur ꝙ videns exercitum decem milium hominum, videret decem

vo. Scot. in 4. me-ta. q. 2. & 3.

B milia hominum: sed hoc est falsum: consequentia patet: quia potest cognoscere numerū, vbi nō cognoscet res numeratas: ergo numerus distinguit̄ a rebus numeratis. Sed contra ista arguitur primo auctoritate. Cōmē. dicentis. ꝙ mens. i. anima facit numerū in subiecto. Dico ꝙ sic debet intelligi: mens. i. anima facit numerum. i. actu numerat ipsas res: ideo anima dr̄ numerus numerans. Sed rōne arguitur: quia tunc sequeret̄ ꝙ pducens aliqđ ens cōtinuū, pduceret tot res quot erant entia continua: quia pducens vnum ens continuum producit suam vnitatem, q̄ cū qualibet alia vnitate continui facit numerū binariū: & sic pducūt tot numeri binarij quot sunt entia continua. Item sequeretur ꝙ agens naturale producens

C vnum continuum, produceret aliquam entitatem absolutam in quacunq; distantia: quia producens vnum continuum, producit numerum binarium cum quacunq; vnitate: etiam in quacunq; distantia fuerit. Item circunscripto a tribus rebus continuis omni eo quod nō est idē, ipsi faciunt adhuc numerum ternariū: ergo nō oportet ponere ipsum distinctum a rebus numeratis. Ad primā rationem dicitur ꝙ non est inconueniens pducens vnum continuū, pducere tot binarios quot sunt vnitates: Nam producens aliquod continuum, producit infinitas partes. Ad aliam dicitur ꝙ nō est inconueniens aliquod agens naturale producere aliquod absolutum vel respectiuum, non habens contrarium in quacunque distantia: vt simile patet de cęlo, quod in istis inferioribus

D causat lumen & calorē. Ad aliā dicitur: ꝙ si ab illis tribus continuis separaretur omne illud quod non est idem ipsis, non essent tria trinitate prædicamentali; licet bene trinitate transcēdentali. Sed quæreret aliquis, vtrum numerus distinguatur a suis vnitatibus ex quibus componitur. Respondetur sm mentem Scoti, ꝙ numerus distinguitur realiter a suis vnitatibus, quia aliàs non esset magis vnum quàm aceruus lapidum: quod est falsum; cum sit vna species. Et siquis dicat: ergo sequeretur ꝙ idem accidens numero esset in diuersis subiectis: vt ille numerus binarius, qui distinguit̄ tur a suis vnitatibus, esset vbi sunt suę vnitates. Respondetur

Sco. in 1. d. 22. qst. vnica.

E ꝙ hoc non est inconueniens de accidente discreto ꝙ sit in diuersis subiectis: immo non potest esse secundum suam naturam, nisi in diuersis subiectis. Et si quis iterum dicat: sequeretur ꝙ vbicunq; esset numerus binarius, esset numerus ternarius: quia ibi essent duæ vnitates: & esset vnitas illius numeri binarij, quia distinguitur realiter ab illis duabus vnitatibus. Respondeo ꝙ talis numerus binarius non est vnus vnitate tali numerali integrante numerum ternarium prædicamentalem: licet bene numerum transcendentalem: ideo ille numerus binarius cum illis duabus vnitatibus bene facit numerum transcendentalem, sed non prædicamentalem. Sed restat vna

F dubitatio, cum numerus binarius sit vnus: & etiam quilibet alius, a quo habet ꝙ sic dicatur vnus. Vtrum dicatur sic vnus a prima vnitate vel vltima? Respondetur ꝙ duplex est vnitas in numero: Quædam est materialis & extrinseca, ex qua componitur talis numerus: & a nulla tali dicitur vnus. Alia est vnitas intrinseca & formalis: & ista habet a se & a sua propria natura: & a tali dicitur formaliter vnus.

De ista materia vide Sto. in 5. met. q. 9.

DVBITATVR secundo vtrum linea, superficies, & corpus sint species quantitatis continuæ, inter se, a rebus quas mensurant realiter distinctę. De isto dubio sunt duæ opiniones. Prima est aliquorum, quæ stat in duobus dictis. Primum, ꝙ non sunt ponenda puncta in linea, quæ sunt res indiuisibiles distinctę a linea: nec lineę indiuisibiles ſm latitudinē distinctę a superficie, nec superficies indiuisibiles distinctę a corpore: quia talia nō sunt indiuisibilia. Quod probant primo sic: quia si puncta in linea essent res indiuisibiles, sequerentur duo contradictoria. s. ꝙ puncta essent sibi inuicem proxima: & non essent sibijnuicem proxima: prima pars consequentiæ patet: quia vbicunq; est linea, sunt puncta: ergo puncta sunt sibiinuicem proxima: secunda pars patet: quia si puncta essent sibiinuicem proxima: tunc linea componeretur ex punctis: quod est falsum: igitur. Secundo sic: Quia si essent talia indiuisibilia, vel essent substantiæ vel accidentia: non substantiæ: quia ponuntur esse aliquid quantitatis: nec accidentia. quia omne accidens est in subiecto sibi adęquato: sed ista indiuisibilia non sunt huiusmodi: quia vel essent in subiecto diuisibili vel indiuisibili; non diuisibili: quia tunc haberent partem & partem, & sic non essent indiuisibilia: nec in indiuisibili cum sint in substantia corporea, quæ non est indiuisibilis. Etiam omne accidens denominat aliquod subiectum: sed nihil denominatur a pūcto: igitur. Tertiò sic: Si linea essent res indiuisibilis continuās ptes superficiei adinuicē: tunc qn̄ diuideretur superficies, tunc pducerētur duę lineę de nouo, & vna corrumperet: quod videt esse falsum: igr. Quarto sic: Oēm rem absolutā ſm se totā ab alio distinctā pōt deus pducere sine alia: ergo si puncta sint res indiuisibiles distinctę a lineis: sequeret ꝙ deus posset

An linea superficies, & corpus distinguantur realiter a rebus, quas mensurant.

Okam in tractatu de sacramēto Eucharistiæ

G

H

A posset facere lineam sine punctis: & separare omnia puncta a linea; quod videtur esse falsum: igitur. Secundum dictũ istius opinionis est ꝙ magnitudo siue quantitas non est res distincta a substantia. Quod probant primo: quia quãtitas nihil est aliud quam res habens partem extra partem: quęlibet aũt substantia corporea habet partem extra partem: igitur. Secundo sic omnem rem absolutam positiuam realiter distinctam ab alia potest deus destruere priori remanente: & ipsa non mutata localiter: ergo sequitur, ꝙ deus posset destruere quantitatem substantiæ, puta longitudinem meam ipsa remanente, & non mutata localiter: Et tunc quęreretur vtrum talis substantia

B sit in loco vel non: si non: ergo mutata est localiter: quod videtur falsum: si sic: ergo est corporea siue quanta: cum omne quod est in loco sit corporeum. Tertio sic sequeretur ꝙ substãtię corporeę possunt esse indiuisibiles sicut angeli: & per consequens essent substantiæ spirituales, quod est falsum: igitur consequentia patet: quia si a substantia corporea auferatur quãtitas, tunc ipsa non haberet partes: cum ipsa non esset magna neque parua: igitur. Sed quia hęc opinio non videtur esse de mente Arist. nec rationes eius concludunt: ideo contra prædicta ponuntur duo dicta contraria. Primum in rebus continuis est aliquid habens latitudinem indiuisibilem secundum profunditatem scilicet superficies: & aliquid habens longitudinem indiuisibilem secundum latitudinem scilicet linea: C & aliquid omnino indiuisibile scilicet punctum. Et hoc probatur primo auctoritate Euclidis dicentis punctum est, cuius pars non est. Secũda est philosophi primo de celo dicentis, ꝙ corpus est tripliciter diuisibile: superficies dupliciter; & linea tantum vno modo, scilicet secũdum longitudinem. Seu ratione sic probatur: omnis terminus vltimus ea parte qua terminat est indiuisibilis: sed puncta terminant lineam, & linea superficiem, & superficies corpus: igitur illa sunt indiuisibilia. Maior probatur: quia si vltimus terminus ea ratione qua terminat, esset diuisibilis: cum omne diuisibile habeat terminum: sequitur, quòd vltimus terminus habet vlteriorem terminum: & sic non esset vltimus terminus. Secundo sic: illud secũdũ quod sphera tangit *indiuisibile est aliqd in re: sed sphera tangit indiuisible: igitur. Minor patet: quia illa ſm quæ aliqua se tangunt sunt simul adęquate & eiusdem figurę; ergo si sphera tangit planum, tangit ipsum in aliquo eiusdẽ figurę cũ ipsa sphera; & sic tãgit ipsum in quodam indiuisibili. Secundum dictum, magnitudo siue quantitas est res realiter distincta a substantia quanta & qualitate: ita quòd substantia quanta non est quantitas, nec qualitas quanta est q̃titas. Probatur primo auctoritate philosophi primo phy. sic dicẽtis. Si substãtia & q̃titas sunt, duo sunt q̃ sunt, & nõ vnũ est qđ est. Subdit et ꝙ si sola substantia esset; non esset magnitudo. Dicit Aug. lib.

Sco. in 1. d. 2. q. 9. — *Tex. com. mẽt. 3.* — **Planũ.* D — *Scot. vbi supra.*

B de Trini. ꝙ in vnaquaq; substantia corporea, aliud est substantia, aliud quantitas, & aliud qualitas. Dicit etiam philosophus primo poste. ꝙ omnis propositio est immediata, in qua negatur vnum generalissimum de alio: sicut ista substantia, non est quantitas: nulla quantitas est qualitas; sed omnis propositio immediata est vera: igitur. Secundo sic: quia tunc omnis motus ad quantitatem esset motus ad substantiam: cum per ipsum acquireretur quantitas quæ est substantia: sed hoc est falsum & contra Arist. igitur. Item in sacramento est quantitas sine substantia: ergo quantitas realiter distinguitur a substantia. Et si dicas, ibi est q̃titas qualitas licet non sit q̃titas substãtia. Contra: quia tunc sequeretur, ꝙ in eodẽ corpore essent plures quantita-
F tes; & per consequens esset penetratio dimensionum; quod est contra philosophum: igitur.

Ideo restat respondere ad rationes alterius opinionis tenentis cõtrarium. Ad primam adductam pro primo dicto: dico ꝙ puncta non sunt sibiinuicẽ proxima: sed inter quæcunq; puncta mediat linea: nec valet consequentia: vbicunq; est linea est punctum: ergo puncta sunt sibiinuicem proxima: nec etiam valeret, si puncta essent sibiinuicem proxima, ꝙ non distinguerentur a seinuicem: conceditur etiam ꝙ si mille puncta simul essent, non facerent aliquid maius vel minus: cũ indiuisibile additum alteri indiuisibili non faciat aliquid maius. Ad secundam dicitur primo, ꝙ ista indiuisibilia non sunt substantiæ: sed distinguuntur realiter a substantia. Dicitur vltra ꝙ talia indiuisibilia sunt accidentia: nec oportet ꝙ sint in subiecto adequato; sed sufficit quòd sint in eodem subiecto; in quo sunt quantitates; quarũ sunt termini: vt punctum est in tali subiecto, in quo est linea, cuius est terminus, & linea vbi supficies, & superficies vbi corpus: nec oportet ꝙ aliquid denominetur a puncto punctale: cum punctũ non sit in subiecto adæquate. G *Comm. 8. phy. cõm. 55.*

Ad tertiam dicitur, ꝙ diuisio nõ cadit super indiuisibile: ideo quando aliquid diuiditur, aliquid corrumpitur, & remanent puncta quę continuabant illud, quod corrumpitur. Vel posset dici vt aliqui dicunt, ꝙ diuisio cadit supra indiuisibile: & quòd corrumpit̃ aliqđ indiuisibile, & de nouo generãtur duo indiuisibilia: & hoc non est inconueniens: H Ad quartam dicitur, ꝙ deus nõ potest facere lineam sine punctis, neq; terminantibus neq; cõtinuantibus, propter dependentiam quã linea habet ad puncta, quæ sunt de eius ratione. Et si deus separaret punctã a linea, destrueret lineam, & nihil lineę remaneret: & proportionabiliter dicitur de linea & superficie. Ad rationes q̃ adducebantur pro secundo dicto. Ad primam dicitur, negando ꝙ substantia habeat de se partem extra partẽ & extensionem. Vnde si deus separaret quantitatem a substantia, substantia non esset in loco saltẽ circũscriptiue, nec esset magna, neque longa: nec haberet partẽ extra partẽ: cũ habere ptẽ extra partẽ nõ sit aliud q̃ habere partẽ distinctã ab alia parte

A pte ſm extenſionem & circunſcriptiue loco & ſitu. Ad ſecūdam dicitur, ꝙ per ſeparationē quantitatis a ſubſtantia non mutatur ſubſtantia localiter ſupple poſitiue: quia non acquirit aliū locum circunſcriptiuum; licet bene mutetur localiter negatiue: quia prius erat in loco dimēſionaliter, & nunc nō eſt. Ad tertiam dicitur, ꝙ ſubſtātia corporea exiſtens ſine quantitate ad huc eſt diuiſibilis; non quidē in partes quantas & integrales ſed bene entitatiuas. Vnde, ſi a Petro remoueretur quantitas: Petrus non hēret partes q̄tas: tamen adhuc habere caput & brachium: ſed ille partes non eſſent quantæ: quia caput ſuū non eſſet magnum, neque brachium longum.

An multum, & paucum; B magnū, & paruū contrarientur.

DVBITATVR tertio, vtrū multum & paucū: magnum & paruum ſint cōtraria: & an tres proprietats quantitatis ſunt ſufficienter aſsignatę a philoloſopho. Pro ſolutione primæ partis ſupponit, quòd magnum & paruum multum & paucū poſſunt capi dupliciter. Vnomodo relatiuè: & ſic ſunt de prædicamēto relationis: quia vt ſic non importāt niſi reſpectum excedētis & exceſsi ita quòd multum importat exceſſum, q non eſt niſi reſpectus & etiam paruum importat reſpectū oppoſitum ad magnum: & paucum reſpectum oppoſitū ad magnū: & paucum reſpectum oppoſitū ad multum: & ſic bene ſunt relatiue oppoſita. Aliomodo capiuntur non relatiue ſed pro fundamētis exceſsis: & ſic ſunt de prædicamento quantitatis: & ſic non ſunt contraria: immo omne paucum eſt multum, C & omne paruum eſt magnum. Sed pro ſolutione ſecundæ partis ſupponitur pro prima ꝓprietate in qua dr̄, quod q̄titati nihil eſt contrariū: ꝙ cōtrarietas poteſt capi dupliciter. Vnomodo proprie pro repugnātia aliquorum virtute poprια ſe expellentium ab eodem ſubiecto: & ſic quantitati nihil eſt contrarium. Aliomodo capitur large pro repugnantia quorūcunq; non ſe permittentium in eodem ſubiecto: ſiue hoc ſit virtute propria, ſiue nō, & ſic quantitati poteſt eſſe contrarium: quemadmodum diceremus, ꝙ perfectum & imperfectum contrariantur adinuicē. Sed pro ſecunda proprietate ſupponitur, quòd differentia eſt inter ſuſcipere magis & minus & maius & minus. Nā ſuſcipere maius vel minus, eſt D ſuſcipere maiorem vel minorē extenſionem: & ſic q̄titas bene ſuſcipit maius & minus. Sed ſuſcipere magis & minus eſt in entitate ſua perfici ſeu intendi: quę intenſio fit per plures partes perfectionales in eodem loco & ſitu ſe penetrantes adinuicem: & ſic quantitas non ſuſcipit magis & minus. Sed pro intellectu vltimæ proprietatis ſupponitur ꝙ duplex eſt quantitas .ſ. q̄titas molis, quæ nō eſt aliud quam linea, ſuperficies, corpus tempus, vel motus, numerus vel orō. Alia eſt q̄titas virtutis q̄ nō eſt niſi perfectio intrinſeca rei: & ſic quęlibet res habet talem quantitatem: cum quælibet res habeat ſuam propriam perfectionem; & talis non diſtinguitur ab illo cuius eſt quantitas. Et ſecundum hoc poteſt eſſe

Sc. in 4. d. 1. q. 3. dicit vnū alteri oppom ſicut perfectum im perfecto.

Scot. in quotl. 1. q. 6. & in 1. diſ. 19. q. 1.

B esse duplex æqualitas vel inæqualitas: quædam est quæ fundatur in quantitate molis; & talis solum invenitur in rebus quantitatis. Alia est æqualitas quæ fundatur in quantitate virtutis; & sicut q̃titas virtutis potest inueniri in omnibus; ita & æqualitas vel inæqualitas quæ fundatur in tali quantitate. Supponit ulterius, ꝙ æqualitas vel inæqualitas nõ est passio quantitatis: sed sunt in prædicamento ad aliquid: sed cum dicitur, ꝙ maxime proprium est quantitati, secundum eam æquale vel inæquale dici: ibi ly secundum non dicit principium formale; sed denotat circunstantiam fundamenti illarum relationum; sic videlicet ꝙ æqualitas vel inæqualitas non possunt fundari nisi in quantitatibus; ideo aptitudo ad fundandum tales relationes solum conuenit
F quantitati; & etiam actu fundare tales relationes non conuenit nisi quantitati. Et licet omnis propria passio aptitudinalis sit eadẽ realiter cũ illo cuius est passio: nõ tñ ꝓpria passio actualis; vt hr̃e tres angulos est passio triãguli; & tñ distinguit̃ a triangulo. Et hęc de secũdo articulo. Quãtũ ad tertiũ arti. fit.

Sc. in 4. dis. 49. q. 10.

CONCLVSIO responsalis: Diuisiones & proprietates quãtitatis sunt a philosopho in textu sufficienter assignatæ.

Ad primã patet solutio: nam põ non est nisi differentia accidentalis quãtitatis, q̃ est in prædicamẽto relationis: ẽt quantitates ꝑ accidens sunt in diuersis ꝑdicamẽtis, & debet in tali diuisionẽ accipi abstractum pro concreto, sic videlicet ꝙ quantitates per accidens.i.quanta per accidens. Ad secundam patet solutio in primo arti. nã oratio q̃ est species quantitatis, non est neq; oratio mentalis, vocalis vel scripta, sed est mensura literarũ & syllabarum secundum breue vel longum. Dicitur ẽt ꝙ numerus transcendentalis potest in omnibus rebus inueniri, licet non numerus prędicamentalis. Ad tertiam patet solutio in secũdo articulo & etiã in primo. Ad quartam dicitur, quòd omnis motus est de contrario in cõtrarium capiendo contrarietatem large, & non oportet quòd sit de contrario in contrarium capiendo contrarietatem proprie. Ad aliam partem dicitur ꝙ æquale & inæquale suscipiũt
H magis & minus ratione fundamenti, quod suscipit magis & minus; quod sufficit ad hoc quòd relatio suscipiat magis & minus. Ad quintam dicitur quòd licet substantiæ dicantur æquales vel inæquales hoc tamen non est nisi ratione quantitatis molis vel virtutis. Vnde si a duabus substantijs separetur quantitas molis, non dicerentur æquales vel inæquales, æqualitate vel inæqualitate attributa quantitati molis: licet bene dicerentur æquales vel inæquales æqualitate vel inæqualitate attributa quantitati virtutis.

AD aliquid vero talia dicuntur quæcunque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud &c.

ISTVD est quartum capitu-

A pitulũ huius tractat⁹,in quo phi losophus determinat de pdicamento ad aliquid. Et diuidit in duas partes principales. In prima determinat de relatione ſm opinionẽ Platonis dicẽs: Ad aliqd talia dñr,q̃cunq; hoc ipsum, quod ſunt aliorum dñr vel q̃uolibet aliter ad aliud: q̃ diffinitio ſic debet intelligi. Ad aliqd talia dñr,quæcunq; hoc ipſum quod ſunt.i.q̃ ſm ſuum eſſe quod hñt, aliorum dñr.i. ad alia referunt ſm habitudinem genitiui caſus: vel q̃uolibet aliter ad aliud.i. ſub quacunq; alia habitudine alterius caſus.ſ.datiui, accuſatiui, vel ablatiui. Exemplum de his quæ referuntur ſub habitudine genitiui caſus: vt maius dr̃ alicuius minoris maius: & hoc more Græcorum qui vtuntur genitiuo pro ablatiuo.i.loco ablatiui. B Deinde exemplificat de relatiuis ſm dici, vt habitus dr̃ alicuius habitus: ſimiliter diſciplina & poſitio. Deinde exẽplificat de his quæ referuntur ſub habitudine alterius caſus: vt mons dicitur magnus in ordine ad alium montem. Deinde remouet vnam dubitationem: quia dicit ꝙ accubitus, ſtatio, ſeſsio ſunt poſitiones: poſitio autem eſt ad aliquid: ideo dubitaret aliquis. Vtrum iſta, concreta iacere, ſedere, & ſtare, ſint poſitiones: & per conſequens ad aliqd. Reſpondet Ariſt. ꝙ huiuſmodi concreta non ſunt poſitiones, ſed ſunt quædam denominatiuè dicta à poſitionibus. In ſecunda parte ponit duas communitates & duas proprietates ad aliqd. Prima eſt relationi conuenit habere contrarium: vt virtus cõtrariatur vitio, & ſcientia ignorantiæ: hoc tamen non conuenit omnibus relatiuis: quia C duplici nihil eſt contrarium nec triplici nec multis talium. Secunda cõmunitas: relatiuis conuenit ſuſcipere magis & minus: vt ſimile dicitur magis & min⁹ ſimile: & inæquale dicitur magis & minus inæquale: hoc tamen non conuenit omnibus: quia duplum non dicitur magis aut minus duplum. Prima proprietas: relatiua dicuntur ad ſui conuertentiam: quod probat inductiuè: primo in his quæ referuntur adinuicem ſub habitudine eiuſdem caſus dans tria exẽpla. Primum exemplum ſeruus dicitur domini ſeruus, & dominus ſerui dominus. Secundum exemplum: duplum dicitur dimidij duplum: & dimidium dupli dimidium. Tertium exemplum: maius dr̃ minore maius, D & minus maiore minus. Deinde exemplificat de his quę referuntur ſub habitudine diuerſorum caſuum ponens duo exempla. Primum: diſciplina dicitur diſciplinati diſciplina, & diſciplinatum diſciplina diſciplinatum. Secundum: ſenſus dicitur ſenſati ſenſus, & ſenſatum ſenſu ſenſatum. Conſequenter ponit philoſophus vnum impedimentum propter quod contingit relatiua non dici ad conuertentiam dicens: quòd relatiua non dicuntur ad conuertentiam, quando non fit conueniens aſsignatio relatiui ad correlatiuũ: vt ſi ala aſsignetur aui tanquam ſuo correlatiuo, aſsignatio eſt inconueniens: quia non omnis ala eſt auis, immo multæ ſunt alæ, quæ non ſunt animum. Et poteſt hoc impedimentum

An iacere & ſedere ſint poſitiones.

A contra. Contra hanc proprietatem facit philosophus duas instantias:quas non soluit. Prima est de scibili & scientia, quæ potest sic formari: scibile & sciẽtia sunt relatiua: & tamen non sunt simul natura: igitur. Minorem probat tribus rationibus. Prima: quia in paucis aut in nullis accipimus scientiam à rebus, nisi res præexistant: ita ꝙ res primo sunt, & postea acquirimus de ipsis scientiam. Secunda: illud est prius alio, à quo nõ conuertitur subsistendi consequentia; sed scibilis à scientia non conuertitur subsistendi cõsequentia: licet bene sequatur: scientia est; ergo scibile est: nõ tamen sequitur econtra scibile est: ergo scientia est: quia multa sunt scibilia, quorum scientiæ nondum sunt inuentæ: vt pa-

B tet de quadratura circuli. Tertia: animali destructo quod est scibile, destruitur scientia: & tñ scientia destructa, non destruitẽ scibile: immo possunt remanere multa scibilia: igitur scibile est prius scientia. Antecedens patet: quia nihil habet scientiam nisi animal: ergo destructo animali, destruitur scientia. Secunda instantia est de sensu & sensibili: quæ potest sic formari: sensus & sensibile non sunt simul natura: & tamen sunt relatiua: igitur. Maiorem probat duabus rationibus. Prima: interempto sensibili, interimitur sensus: & non econtra: igitur. Antecedens patet: quia destructo sensibili destruitur corpus, eo quòd omne corpus est sensibile: sed destructo corpore, destruitur sensus: quia sensus est in corpore: igitur. Prima pars antecedentis est vera. Secundã

C probat: quia destructo animali destruitur sensus: sed destructo animali non destruitur sensibile, eo quòd destructo animali adhuc remanet corpus calidum. Secunda ratio: sensus est simul cum sensato: sed sensibile est ante sensatum: ergo sensibile est prius sensus. Maiorem probat: quia animal & sensus sunt simul. Minorem probat: quia ignis aqua & alia huiusmodi ex quibus constat animal, sunt ante animal: & per consequens ante sensum. In secunda parte principali, mouet philosophus vnam quæstionem, vtrum aliqua substantia dicatur ad aliquid. Et probat primo: ꝙ nec primæ substantiæ, nec secundæ substantiæ secundum se totas nec secundum suas partes di-

D cuntur ad aliquid: quia aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo: nec aliquis bos dicitur alicuius aliquis bos. Similiter quædam manus non dicitur alicuius quædam manus. Secundo probat, quòd secũdæ substantiæ secundum se totas non dicantur ad aliquid: quia homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos. Deinde arguit sic dubitatiuè, quòd partes secũdarum substantiarum sint ad aliquid; quia caput dicitur alicuius caput, & manus alicuius manus: & tamen caput & manus sunt partes secundarum substãtiarum: igitur partes secundarum substantiarum videntur esse ad aliquid. Soluit conditionaliter dicens, quòd si diffinitio ad aliquid prius posita sit sufficiens, difficile est saluare quin aliqua substantia dicatur ad aliquid:

B quid: ideo datur alia diffinitio ad aliquid. Vnde ad aliquid sunt, quibus hoc ipsum esse quod sunt, est ad aliud quodammodo se habere: & tunc potest dici, quod nulla substantia est ad aliquid. Et dicunt quod sit differentia inter istam diffinitionem & diffinitionem praecedentem: quia prima diffinitio conuenit omnibus relatiuis, tam secundum esse quam secundum dici: haec autem solum conuenit relatiuis secundum esse. Et ex hac diffinitione infert vnum correlarium. Siquis diffinitiuè nouerit vnum relatiuorum diffinitiuè noscet & reliquum. Nam siquis nouerit diffinitiuè quid est duplum, diffinitiuè noscet quid est dimidium & econtra. Ex quo dicit philosophus quod nulla substantia est ad aliquid: quia potest aliquis diffinitiuè cognoscere partes secundarum substantiarum: &

F non cognoscere ea quorum sunt partes: vt quis potest cognoscere quid est manus vel caput: non tamen cognoscendo, cuius est manus vel caput. Finaliter se excusat de dictis in hoc capitulo: assignans causam quare in hoc capitulo processit dubitatiuè plusquam in alijs dicens, quòd fortasse est difficile confidenter aliquid tractare de istis, nisi sępe sint pertractata & disputata: ideo dubitare de singulis non est inutile: & hoc habendo rationes probabiles: quia dubitare de vtraq; parte contradictionis sine ratione, est inutile.

Ad diffinitiones & proprietates ad aliquid sufficienter sint assignata.

QVAERITVR Vtrum diffinitiones & proprietates ad aliquid sint à philosopho sufficienter assignatae. Arguitur primò

G contra suppositum. Ad aliquid non est genus praedicamentale: igitur. Antecedens patet primo: quia illud quod est commune enti & non enti, non est genus praedicamentale: sed ad aliquid est huiusmodi: igitur. Minor patet: quia inter contradictoria quae sunt ens & non ens, est contradictio media quae est relatio: sed illa non est ens, eo quòd nullum ens mediat inter contradictoria: igitur. Antecedens patet. Secundò: quod est commune enti rationis & enti reali non est genus praedicamentale: sed relatio est huiusmodi: quia continet sub se secundas intentiones & relationes reales. Arguitur secundo sic: Ad aliquid non est vnum genus: igitur. Antecedens

H patet: quia ad aliquid fundatur in omnibus generibus: ergo non est vnum genus. Item relatiuum in communi habet correlatiuum ad quod refertur: quia non refertur ad seipsum: nec ad aliquid superius, nec inferius: ergo ad aequale: & non est maior ratio: quare vnum sit genus quam aliud: ergo erunt duo genera. Arguitur tertio sic: Species huius praedicamenti non sunt distinctę à speciebus aliorum praedicamentorum: igitur non est genus distinctum ab alijs. Antecedens probatur primo: quia statio & sessio sunt species positionis, & species ad aliquid: igitur. Item scientia est species qualitatis & species ad aliquid: igitur. Item omnis res potest intelligi in habitudine ad aliquid: ergo omnis res est ad aliquid. Arguitur quarto sic: Si diffinitiones relatiuorum essent bene assignatę, sequere-

A queretur quòd omnia essent ad aliquid: cum omnia possint dici in habitudine ad aliud. Item relationes non sunt ad aliquid: quia hoc esset per aliam relationem & illa per aliam, & sic esset processus in infinitum.

Quinto sic, cōtra proprietates. Primo contra primam: quia relatiua opponuntur relatiuè: ergo non contrariè: tenet consequentia: quia sunt diuersæ species oppositionis. Item contra secundam: quia si suscipere magis & minus conueniret relationi: vel hoc esset secundum se: vel gratia fundamenti sui: non primum: quia conuenit omnibus, nec secundum, quia tunc non intenderetur nisi ex intensione sui fundamenti: sed hoc est falsum, quia aliquando relatio suscipit magis, vbi fundamē-
B tum vel terminus remittitur. Item contra tertiam proprietatem, relatio terminatur ad connotatum sui correlatiui: ergo non refertur ad suum correlatiuum, & per consequens non dicuntur ad conuertentiam. Item contra quartam proprietatem: vnum relatiuum prius est altero, vt pater prior est filio: igitur non sunt simul natura. In oppositum est philosophus in textu. In hac quæstione sicut in cæteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, quòd prima diffinitio ad aliquid est diffinitio Platonis; quæ debet sic intelligi. Ad aliquid vero talia dicuntur, id est talia dicūtur relatiua, vel ad aliud referūtur quæcunque, id est quæ secundum hoc ipsum quod sunt, idest quæ referuntur ad aliquid siue essentialiter siue accidentaliter. A

Pro cuius declaratione est notādum, quod aliqua dñr referri ad aliquid dupliciter. Vnomodo denominatiuè & accidentaliter; sicut sunt illa in quibus aliquæ relationes fundantur, vt sunt etiam relatiua secundū dici: vt sciētia & habitus, & multa alia, & de illis datur prima diffinitio .s. diffinitio Platonis. Aliomodo aliqua dicuntur referri ad aliquid essentialiter; vt sunt illa quæ de significato principali important relationem: vt pater & filius. Pater enim essentialiter refertur ad aliud .s. ad filiū; quia impossibile est quòd sit pr quin habeat habitudinem ad aliud .s. ad filium, & talia dicuntur relatiua secundum esse: & de talibus datur secunda diffinitio, scilicet Aristotelis. Vnde Petrus, qui est pater, accidentaliter refertur ad aliud; quia non importat de suo formali significato relationem; ideo solùm refertur ad aliud per aliquid, quod accidit sibi; puta per paternitatem vel per aliquid aliud huiusmodi. Et si quis dicat, relatio sicut paternitas non refertur ad aliud; concedo, ergo non est relatiuum, concedo sed est relatio. Vnde relatio non refertur, sed est illud, quo aliquid dicitur formaliter referri: pater enim refertur ad filium formaliter paternitate, & sic de alijs. Et si quis dicat, relatio vt paternitas est ad aliquid: igitur refertur. Dico quòd relationem esse ad aliquid potest intelligi dupliciter. Vnomodo ꝙ referatur ad aliquid; & sic non est verum; alio modo, quòd sit illud, quo aliquid formaliter refer-

B referetur ad aliquid: & sic conce do quòd relatio est ad aliquid. SECVNDO sciendum, ꝙ duplex est relatiuum.s.secundũ esse & secundum dici. Vnde relatiuum secũdum dici, est quòd importat absolutum & relationem sub eodem nomine annexam tali absoluto: vt scientia & habitus important absolutum, scilicet qualitatem & relationẽ annexam illi absoluto:& de istis intelligitur ꝙ relatiuis inest cõtrarietas.i.relatiua secũdum dici & secundum esse absolutum, quod important,contrariantur. Et dr̃ notanter secundum esse absolutum: quia ratione relationis non opponuntur contrariè: licet possint opponi relatiuè: vt scientia secundum suum esse absolutũ contrariatur ignorantiæ: sed secundum relationẽ F quam eodem nomine importat ad scibile, non dicitur habere contrarium. Aduerte vlterius, quòd ad hoc, quòd relatiuum suscipiat magis & minus,non requiritur ꝙ fundamentum eius suscipiat magis minus: sed sufficit quòd suscipiat maius & minus. Vnde tripliciter contingit relatiuum suscipere magis & minus. Vno modo per intensionẽ & remissionem alicuius qualitatis vel eius fundamenti. Alio modo propter ablationem alicuius rei ab alia re,vel minorationem rei. Tertio modo propter additionem alicuius rei. Aduerte tamen quòd aliquando relatiuum suscipit magis: quando eius fundamentum suscipit minus,& econtra. Sed si quærat, quare æquale non suscipit magis & minus, quemadmodum inæquale; quare etiam duplum & triplum non suscipiunt magis & minus: cum omnia ista fundentur in quantitate, quæ suscipit maius & minus. De æquali dicitur, quòd ipsum fundatur in quantitate, vt est in termino indiuisibili, à quo qualiscunque recessus fuerit, causat inæqualitatem: quia æqualia sunt quanta quorum vnum non excedit alterum; nec exceditur ab altero.i.æqualitas fundatur in quãtitate quæ non excedit q̃titatem ad quam terminatur, nec econtra. De duplo & triplo dicitur quòd fundantur in quantitate determinata: quæ si mutetur secundum maioritatem vel minoritatem, non manet duplum vel triplum: ideo talis relatio non suscipit magis & minus. Sed inæqualitas fundatur in q̃titate indeterminata: ad cuius variationem secundum maioritatem vel minoritatem: oportet H inæqualitatem variari: verum est tamen quòd sicut ad aliquid non est primo motus, licet bene per se; ita relatio non suscipit primo magis & minus, licet per se:& hoc mediante suo fundamento.

TERTIO sciendum, quòd pro intellectu primæ proprietatis, ꝙ relatiua dici ad conuertẽtiam non est aliud quàm ipsa referri ad seinuicem secundũ mutuam dependentiam: sic videlicet ꝙ sicut relatiuum mediante obliquo sui correlatiui prædicatur de ipso; ita correlatiuũ mediante obliquo sui relatiui prædicatur de seipso: sicut enim dominus est serui dominus, ita seruus est domini seruus: & est ꝓpria quarto modo relatiuis. Et siquis dicat: subiectum & sua ꝓpria

A pria passio dicuntur ad conuertentiam: igitur. Dico quòd bene dicuntur ad conuertibilitatem, sed non dicuntur ad cōuertentiā: & hoc visum est in summulis. Sed secunda proprietas in qua dicitur relatiua sunt simul natura, sic debet intelligi. Relatiua sunt simul natura, id est simul naturali existentia: ita quòd vno existente, aliud existit: & econtra. ideo dicit philosophus, ꝙ relatiua posita se ponunt: & perempta se perimunt: & intelligitur hæc proprietas, si relatiua sint mutua.

Modi relationum tres.

Pro cuius declaratione supponitur quòd tres sunt modi relationum seu relatiuorum; quædam fundantur super vnum & numerum: vt duplum & quadruplū, & etiam proportiones: similiter æquale, simile, & idē.

B Quædam fundantur super potentia actiua & passiua: vt paternitas fundatur super potētia actiua patris: & filiatio super potentia passiua filii. Quędam fundantur super mensura & mēsurabili; vt scientia & scibile, & in istis non est mutuitas; nec de istis proprie intelliguntur duæ prædictę proprietates. Et aduertē quòd talis proprietas est propria secundo modo. Et si quis contra istam arguat, quia prius natura & posterius natura sunt relatiua, & tamen non sunt simul natura. igitur. Secundo sic: prius tempore & posterius tempore sunt relatiua: & tamē non sunt simul natura quantū ad actualem existentiam: quia prius tempore existit prius q̄ posterius tempore. Ad primum, dicitur quòd prius & posterius natura accepta pro per se significatis, sunt relatiua & sunt simul natura: sed si capiantur ꝓ significatis materialibus seu ꝓ denominatis non sunt relatiua neque simul natura. Ad secundum dr̄ quòd proprietas debet intelligi de relatiuis permanentibus, & non successiuis: cuiusmodi sunt prius & posterius tēpore. Vel potest dici quòd prius & posterius tempore non sunt relatiua huius prædicamenti, cum non sint realia, cum quodlibet extremum secundum esse reale non referatur ad aliud.

Scot. in 1. d. 30. q. 1. & ī mul tis aliis locis.

C Sed diceret aliquis quomodo debet intelligi hoc dictum philosophi in quo dr̄, destructo scibili destruitur scientia: cum scientia possit remanere scibili destructo. Dicitur quòd debet intelligi capiendo ly scibile distributiuè, ita quòd sit sensus, omni scibili destructo, destruitur scientia.

Scot. ī 4. d. 12. q. 1.

Scot. in quotli. q. 7. art. 2.

D QVARTO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima vtrum relatiuum debeat diffiniri ꝑ suum correlatiuum; vt pater per filiū, & filius per patrem? Respondetur breuiter vt responsum est in prædicabilibus, capitulo de specie, quòd relatiuum non debet diffiniri per suum correlatiuū, quia vnum non est notius alio: cum simul se ponant. ideo pater non est notior filio, nec ecōtra. Dico secundo quòd relatiuum debet diffiniri per fundamentum suum, quod ponitur in recto, & per fundamentum sui correlatiui, quod ponitur in obliquo: vt pater diffinitur per suum fundamentum, & per fundamentum sui correlatiui. s. filii, vt pater est animal quod genuit

An relatiuū diffinatur ꝑ suum correlatiuū.

A esse de quibus iam visum est. Et siquis dicat; relatiua secundum dici non sunt relatiua secundū esse; ergo non sunt relatiua, quia solum relatiua secundum esse sunt relatiua. Respondetur breuiter, quòd relatiua secundum dici non sunt in hoc prædicamento: cum de significato principali non importent relationem, sed aliquid absolutum. Ex quo sequitur, quòd illa diuisio relatiui in relatiuū secundum esse & relatiuum secundum dici, est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata. Vnde sicut homo pictus non est homo, ita relatiuū secundum dici, non est relatiuum. Nam relatiuum propriè est quod secundum totum suum esse habet dependentiam ad aliud tanquam

B ad suum terminum. Et dicitur notanter, tanquam ad suum terminum, quia licet accidens habeat dependentiam ad suū subiectum, non tamen tanquam ad suum terminum. Secunda distinctio, duplex est relatio, scilicet rationis & realis. Realis quę potest existere seclulo quocunque actu intellectus, ita quòd suum esse, non est suum intelligi: & ad istam sufficiunt tres conditiones. Prima, quòd extrema sint realia, sic quòd in ratione fundandi & terminandi non dependeant ab intellectu. Secunda, quòd sint realiter distincta, & ista conditio debet intelligi de relatiuis intrinsecus aduenientibus. Tertia, ꝙ relatio oriatur inter extrema ex natura extremorum, & non per actum comparatiuum intellectus. Sed relatio rationis, est quæ fit per actum comparatiuum alicuius potentiæ, sicut sunt secundæ intentiones, & tales non sunt in hoc prædicamento. Aduerte tamen quòd relatio rationis capitur quandoque pro relatione cui deficit vna conditio requisita ad relationem realem, sicut est distinctio entis ad non ens, sicut est identitas eiusdem ad seipsum, & sic de multis alijs. Tertia distinctio, relatio realis est duplex. Quædam est aptitudinalis. quæ non est nisi aptitudo vel inclinatio ad aliqd, quę solum requirit terminum in aptitudine: & prædicatur de suo fundamento per se secundo modo, cum quo identificatur realiter, vt risibilitas & flebilitas, & tales relationes reductiuè sūt in illo prædicamento in quo

C

D est fundamentum vel subiectū earum; vt iam sæpe visum est. Alia est relatio actualis, quæ requirit fundamentum & terminum actualiter existere, vt paternitas, similitudo, & omnis talis contingenter prædicatur de suo fundamento. Quarta distinctio, duplex est relatio realis actualis. Quædam est intrinsecus adueniens, quæ necessario ponitur positis fundamento & termino etiam in quacunque distantia, sicut est similitudo inter duo alba, & paternitas & filiatio. Alia est extrinsecus adueniens, quæ necessario non ponitur positis termino & fundamento, immo præter fundamentum & terminum requiritur adhuc aliquod extrinsecum scilicet debita applicatio; & tales non sunt in hoc

Scot. in quotl. qō. 3. & in 4. d. 6. q. 10. et 14. d. q. 1.

Scot. in quotl. qō. 6. art. 3.

Scot. in quotl. q. 1

Sco. in 3. d. 17.

Sc. in 4. d. 13. q. 1. & 6. d. q. 10.

t in hoc prędicamento, sed in sex vltimis prædicamentis. Quinta distinctio: relationum quædam est distincta à suo fundamento, sicut est paternitas; quædam vero non; vt creatio passiua rei: & de ista datur talis regula. Omnis relatio cuius fundamento repugnat esse sine termino est eadem realiter cum suo fundamento, & talis est in eodem prædicamento, sicut est fundamentũ suum, cum quo identificatur. Sexta distinctio, relationum quædam sunt æquiparãtiæ, quarum extrema sunt eiusdem rationis in ratione fundandi. vt similitudo, æqualitas. quædam sunt disquiparãtiæ: & istæ sunt duplices. s. suppositionis & superpositionis. Superpositionis, est cuius fundamentum habet superioritatem respectu fundamenti sui correlatiui: vt paternitas, & debet intelligi de superioritate dominij, & non communitatis. Sed relatio suppositionis est cuius fundamentum habet inferioritatem dominij vel potestatis respectu fundamenti sui correlatiui, vt filiatio. Septima distinctio; relationum quædam est transcendens, quę s. non determinatè fundatur super re vnius prædicamenti; alia est prædicamentalis; quę determinatè fundatur super re vnius prædicamenti. Ex omnibus istis sequitur ad hoc quòd aliqua relatio sit in hoc prædicamento, quatuor conditiones requiruntur. Prima quòd sit relatio realis: & per hoc excluduntur relationes rationis. Secunda, quòd sit finita & limitata, & per hoc excluduntur relationes transcendentes: Tertia, ꝙ sit actualis realiter distincta à fundamento; & per hoc excluduntur relationes aptitudinales, quæ reducuntur ad prædicamentum sui fundamenti. Quarta, quòd sit relatio intrinsecus adueniens, & per hoc excludũtur sex vltima prędicamenta.

Sco. in 2. d. 1. q. 5.

Scot. in quol. q. 6

Conditiones relationum.

DVBITATVR secundo, vtrum relatio sit res realis realiter distincta a suo fundamento, seu a re absoluta cui attribuitur: vt vtrum similitudo sit res distincta ab albedine, & similiter de alijs. Dicunt aliqui ꝙ relatio non est aliqua res realiter distincta a re absoluta: vt similitudo non est res distincta ab albedine, immo est ipsamet albedo; & hoc probant aliquibus rationibus. Primo, qa sequeretur ꝙ sorte albo existente Parisijs, non posset generari vnum album Romæ, quin generaretur aliquid in sorte existente Parisijs; quia significetur aliquod albũ Romæ, sorte existente Parisijs erit sibi similis; & nõ nisi in similitudine realiter distincta a sorte, vt dicis; sed hoc est falsum; quia vel illa similitudo produceretur a deo immediate; & hoc non; vel a creatura producente illud album Romæ: sed hoc nõ: quia actio creaturæ non est ad tantam distantiam igitur. Secundo sic: omnis entitas realiter est terminus alicuius productionis realis; sed relatio nõ est terminus alicuius productionis realiter; ergo non est aliqua entitas realis distincta a suo fundamento. Minor patet: si enim paternitas sit terminus alicuius productionis; & cum productio sit relatio, quæratur

An relatio realiter distinguatur à suo fundamẽto.

Okam in primo d. 30. q. 1. 2. & 5. per totum.

G

H

A ram de illa productione cuius erit terminus: & sic procedetur in infinitnm. Item sequeretur ꝙ in eadem re essent infinitę en titates reales: consequens est impossibile. consequentia patet: quia eadem res est distincta ab infinitis rebus: sed cum distinctio sit relatio, sequeretur ꝙ in eadem re erunt infinitæ relationes. Itē sequeretur primo ꝙ sortes esset pater Platonis, quē nunq̃ genuit. Secundò sequeretur ꝙ sortes non esset pater Platonis, quem tamen genuit. Patet prima consequentia; q̃a si pater sit res distincta a Cicerone, q̃ genuit Platonē, potest separari ab eo: & ꝑ potentiā diuinā poni in sorte; & denominare sortem patrem Platonis. Secunda consequentia ꝓbatur: nam deus posset paternitatem sortis B separare a sorte, & ponere in Ioanne: quo facto, sortes non erit plus pater, & Ioannes erit pater qui nunq̃ aliq̃d genuit.

Sco. in 2. d. 1. q. 5.

Alia est opinio. Pro cuius solutione supponiť ꝙ prædicamnta sunt decē res realiter distinctę. Quarum aliquæ sunt absolutę, & aliquæ respectiuę: ita ꝙ absolutum & respectiuū primo sunt differentię rerum: licet secundario sint differētiæ terminorum. Secundò supponitur ꝙ secundū diuersitatem rerum, est diuersitas terminorū significantium illas res. Ex quo sequiť ꝙ cū aliquę res sint absolutę & aliqua respectiuę: aliqui termini significāt res absolutas: & sunt illi qui prædicantur de seipsis in propōne causante conceptū ꝑfectū, secluso oī obliquo alterius termini: vt hō est hō: nec dicitur hō est hoīs hō. Alij sunt q̃ significat res respectiuas. Et sunt illi q̃ nō possunt prædicari de seipsis in propositione cāte conceptū C completū & perfectū sine obliquo alterius termini ipsis addito: nam dicendo, pater est pater: conceptus illius propōnis non est completus: si vero dicatur, pater filij pater: tunc est completus. His suppositis diciť primo ꝙ omnis relatio prædicamentalis est a suo fundamento realiter distincta: quod ꝓbatur multipliciter. Primo sic q̃ncūq; aliqua duo sic se habent: ꝙ vnū realiter manet altero non manē te, illa distinguuntur realiter: & ꝑ hoc ꝓbat philosophus materiā esse distinctam realiter a forma. Sed fundamētū realiter manet destructa relatione: nā sortes manet, sua paternitate destructa. Nec valet illa solutio aliquorum dicentium ꝙ paternitas manet, sed non manet p̃nitas: q̃a ꝑ talē solutionē posset q̃s D tenere ꝙ forma ignis non distinguitur a materia, dicendo ꝙ forma manet, sed non manet forma: & multa alia inconueniētia ex tali solutione consequerenť. Secundò sic: si relatio esset eadē realiter cū suo fundamento aliquid idē numero per verā identitatem includeret opposita: hoc est impossibile: consequentia patet: q̃a in eodē successiue fundātur relationes fōraliter oppositę, igr̃ qua rōne vna illarū erit cū illo & alia. Itē impossibile est idē realiter simul & semel intēdi & remitti: sed relatio intendiť q̄n fundamētū remittiť; ergo si relatio sit eadē suo fundamēto idē simul intēdiť & remitteť. Iō ista opinione relicta: restat soluere rationes alterius opinionis.

Scot. ubi supra. & in 3. quo. quotl.

2. physic.

Ad primam dicitur: negando minoré: & ad probationem dicitur ꝙ ꝓducitur ab illo, a quo producitur extremum: nec est inconueniens creaturam agere ad tantam distantiam respectu relationis. Ad secundam dicitur, negando minorem: & ad probationem dicitur ꝙ non est simile de paternitate & productione, quia productio est quo producens formaliter dicitur ꝓducens, ideo ibi standum est: ita ꝙ non oportet quærere, quo producatur productio: vt patet per duas regulas. Prima: quando aliquid est tale denominatiue & aliud est formaliter tale: tunc standum est in illo quod est formaliter tale. Et ponitur alia regula: quandocunq; aliquid est medium in aliquo ordine, non oportet tali medio assignare aliud medium, sed ipsum seipso in totali ordine est medium. Alia regula: omnis relatio est distincta a fundamento, quando fundamentum põt esse sine termino talis relationis: & quando non potest, tunc relatio est eadem realiter cum fundamento. Ad tertiam dicitur ꝙ nõ est inconueniens de rebus respectiuis. Ad quartã dicitur quòd istæ relationes per nullam potentiam possunt separari a suis fundamentis: & hoc propter dependentiam essentialem vel naturalem coexigentiã, quam habent ad sua fundamenta: ideo paternitas non potest separari a sorte ipsa remanente: & hæc ad duo inconuenientia. Ad tertium inconueniens dicitur ꝙ non est inconueniens immo est necessarium.

DVBITATVR tertio vtrum sortes habens plures filios, habeat tot paternitates quot habet filios? Et arguitur primò ꝙ non: quia sequeretur ꝙ idem homo esset plures patres: sed cõsequens est falsum: igitur &c. consequentia probatur: quia sicut pater vna paternitate dicitur pater, ita etiam & alia paternitate dicitur pater: & cum sint plures paternitates, sequitur quòd dicetur plures patres. Secundo sic: Impossibile est plura accidentia solo numero differentia esse in eodem subiecto: ergo plures paternitates non possunt esse in eodem. Sed in oppositũ arguitur; quia correlatiua sunt simul natura: & posita se ponunt, & perempta, se perimunt: ergo destructo vno filio ad quẽ pater refertur, destruetur vna paternitas: sed ipse est pater respectu alterius filij: ergo in ipso erunt plures paternitates. Respondetur breuiter ad dubium, ꝙ tot sunt paternitates in sorte, quot habet filios: & sic albedo habet tot similitudines, quot sunt albedines in mũdo: & hoc non est inconueniens. Ad rationes. Ad primam dicitur: ꝙ licet sint plures paternitates, non tamen est plures patres: & ponitur talis regula: Ad multiplicationem concretorum non sufficit multiplicatio formarum, sed requiritur plurificatio suppositorum: & quia sortes non est plura supposita: ideo licet habeat plures paternitates, non tamen dicitur plures patres: sicut licet sortes habeat plures scientias, non tamẽ propter hoc dicitur plures scientes. Ponitur adhuc alia regula: ꝙ ad multipli-

G *Ad multiplicatis correlatiuis multiplicentur relationes.*

H *Scot. in 3. d. 8. q. vnica.*

A tiplicationem concretorum nõ requiritur multiplicatio formarum: sed sufficit multiplicatio suppositorum: vt si vna albedo esset in plurib⁹ rebus, illę res dicerent plura alba. Ad secũdã dr̃ ꝙ verũ est de accidẽtibus absolutis, q̃ acquirunt̃ per verum motum & transmutationẽ: sicut est caliditas. Et siquis dicat: in aqua est caliditas, & tñ ibi sunt plures caliditates acquisitæ per verum motũ & transmutationẽ. Dr̃ ꝙ oẽs illę caliditates dñr facere vnam totalem caliditatem, & non sunt ibi diuisæ: & sic esse plura accidentia absoluta eiusdẽ rationis in eodẽ subiecto, nõ est inconueniens. Sed quæreret aliquis, vtrum relatiuum in cõi quod est genus generalissimum, referatur ad aliquod correlatiuum? Et vr̃ ꝙ non: quia

Scot. vbi supra clarè.

B qua ratione relatiuum esset genus generalissimum, ita & correlatiuum: & sic essẽnt plura genera ad aliquid. R̃ndeo ꝙ relatiuum in cõi non refertur ad aliquod correlatiuum sibi adæquatum. Secundò dico, ꝙ tale relatiuum refertur solum pro suo inferiori: sicut simile in cõi non refertur pro simili in communi ad simile, sed pro aliquo⁹ inferiori: & sic relatiuum in cõmuni bene refertur, sed non pro se, sed pro suo inferiori. Et siquis dicat: relatiuum dat primo intelligere suum correlatiuum cõmune: ergo primo refertur. Ad illud respondeo quòd non est tale correlatiuum eius vt cõmune, nisi ipsum vt sumptum pro aliquo inferiori. Dico etiã ꝙ non oportet assignare fundamentum adæquatum relatiui in communi: quia solum fundatur

Per pulchrè. Scot. in 1. d. 1. q. 5.

in illis, in quibus fundantur sua inferiora. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium articulum sit. C

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Diffinitiones & proprietates ad aliquid in textu: sunt à philosopho sufficienter assignatę: & hæc conclusio relinquitur tanq̃ probata ex primo articulo. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicit̃ negando antecedens: & ad primam probationẽ dicitur quòd relatio media inter contradictoria est ens & relatio rationis, quæ tamen non continetur sub ad aliquid, quod est prędicamẽtum. Ad secundam probationẽ dicitur: quòd relatio vt est communis relationi reali & rationis, non est genus generalissimum: cum sit purè æquiuocum; sed accepta ꝓ relatione finita actuali, reali & intrinsecus adueniente distincta à suo fundamẽto, est prædicamentum. Ad secundã dicitur pro prima parte quòd licet relatiuum possit denominatiuæ prædicari de rebus aliorũ prædicamentorum; non tamen propter hoc sequitur ꝙ non sit genus, cum habeat propria inferiora, de quibus in quid prædicatur. Ad secundam partem patet solutio in secundo dubio. Ad tertiã patet solutio: nã dictũ est ꝙ Arist. exẽplificat de põne, sessione, insequẽdo viam Platonis; Dictum est etiam quòd sciẽtia & habitus sunt solum relatiua secundum dici. Ad aliam dicitur; ꝙ non est inconueniens omnem rem realiter dici ad aliquid seu identificari cum aliqua relatione. Ad quartam pro prima parte patet solutio; &

Art. 3

D

B pro alia dicitur, ꝙ relatio in abstracto non refertur neq; oportet cum sit illud, quo aliquid formaliter dicitur referri. Ad quartam patet solutio pro tribus primis partibus: sed pro quarta dicitur ꝙ licet res, quæ denominatur pater sit prior re, quæ denominatur filius: non tamen pater est prior filio, nec econtra.

Vide Sc. in quotl. q.4.

QValitatem vero dico secundum quam quales esse dicimur. Est autem qualitas eorum &c.

ISTVD est quintum capitulũ huius tractatus in quo philosophus determinat de quarto prædicamento: & diuiditur in tres partes principales. In prima parte determinat de qualitate secundum eius diffinitionem dicens. Qualitas est secundum quam quales esse dicimur. Deinde subdit ꝙ qualitas est de numero illorum quæ multipliciter

F dicuntur .i. qualitas est de numero illorum, quæ habent multos modos vel species sub se. Cuius prima species est habitus & dispositio: & differunt inter se dupliciter. Primo, quia habitus est permanentior dispositione: quod probat dupliciter. Primo exemplo: quia scientiæ & virtutes quæ sunt quidam habitus: videntur esse de difficili mobiles a subiecto. Siquis enim mediocriter sumat scientiã, de difficili separatur ab eo: nisi fiat grãdis permutatio vel ab ęgritudine vel ab aliquo alio. Similiter virtutes morales; vt iustitia & castitas non videtur faciliter separari a subiecto: sed dispositiones sunt faciliter mobiles a subiecto: vt calor & frigiditas egritudo & sanitas. Secundo probat

G signo: quia in disciplinis non multum retinentes non dicuntur habere habitũ: quamuis habeant dispositionem. Secunda differẽtia est: quia habitus sunt dispositiones: sed non est necesse ꝙ dispositiones sint habitus. Deinde ponit secundam speciem qualitatis dicens: ꝙ aliquod genus qualitatis est naturalis potentia vel impotentia: secundum quod pugillatores, cursores, salubres & insalubres dicũtur: & quæcunq; dicuntur secundum naturalem potentiam vel impotentiã. Et quia aliquis posset credere ꝙ cursor & pugillator essent dispositiones vel habitus: ideo remouet, dubium dicens: ꝙ hic non accipiũtur cursor & pugillator, vt sunt dispositi ad illos actus; vt cursor dicatur, quia habet actum

H currendi: sed hic accipiuntur secundum ꝙ habent naturalem potentiã ad aliquid faciendũ: & hoc declarat per quatuor exẽpla. Primum est: sanatiui dicũtur qui habent naturalem potẽtiam, vt nihil a quibuscuuq; actibus patiantur. Secundum exẽplum: ęgrotatiui dicũtur qui nõ habent naturalẽ potentiam ad nihil pati. Tertium: durum dicitur quod habet naturalem potentiã ad nõ cito secari. Quartum: molle dicitur quod habet naturalem impotentiam ad cito secari. Deinde ponit tertiã speciẽ qualitatis dicẽs: ꝙ tertia species qualitatis. est passio & passibilis qualitas; vt sunt amaritudo, dulcedo, austeritas, & alię species saporis: & amplius frigiditas, albedo, & nigredo. Et ꝙ sint qualitates, ꝓbat: quia ƒm eas di-

A eas dicitur quales: vt mel dicit dulce, eo ꝙ dulcedinem suscipit. Et subdit ꝙ tales qualitates dicuntur passibiles: non quia subiectum earum patiatur aliquid ab eis, sed quia inferūt passionē sensibus vel inferuntur a passione: vt dulcedo infert passionem gustui, & calor tactui: albedo etiam & nigredo inferuntur a passionibus: vt puta a timore vel pauore: propter enim passiones fiunt multæ mutationes colorum: vt aliquis erubescens factus est rubeus. Deinde ponit differentiā inter passiones & passibiles qualitates dicens: ꝙ passibiles qualitates nō sunt de facili mobiles a subiecto: vt albedo a natura. Sed passiones sunt quæ sunt de facili mobiles a subiecto: vt rubedo proueniens ex verecundia. B Ponit aliam differentiam: quia passibiles qualitates denominant nos simpliciter quales, passiones vero non. Deinde declarat istas differentias in passionibus & passibilibus qualitatibus animæ dicens: ꝙ illa qualitas animæ quæ est de difficili mobilis vocatur passibilis qualitas: & illa quæ de facili est mobilis vocatur passio: vt si iracundia vel ira sit de difficili mobilis, vocatur passibilis qualitas: si sit cito transiens & de facili mobilis, vocatur passio. Consequenter ponit quartam speciem qualitatis dicens: ꝙ quartum genus qualitatis est forma & circa hoc aliquid constans figura: vt rectitudo & curuitas & similia. Et quòd illę sunt qualitates vel modi qualitatum patet: quia secundum eas dicimur quales: vt secundum trianglum aliquid dicitur triangulatum: & secundum quadrangulum, quadrangulatum: & secundum rectitudinem, rectum: & curuitatem, curuum. Et quia aliquis posset credere ꝙ ista quatuor rarum, densum, asprum, & lene, essent de ista specie qualitatis: idō dicit philosophus ꝙ non sunt qualitates, sed sunt positiones: quod probat per suas diffinitiones: nam densum, est cuius partes sibi inuicem propinquæ sunt. rarum cuius partes a se inuicem distant: asperum, cuius vna pars est superior & alia inferior. lene, est cuius partes in rectum iacent. Deinde se excusat de assignatione prædictorum modorum dicens: ꝙ forte sunt alij modi qualitatis: sed illi qui dicti sunt, magis sunt vsitati. In secunda parte determinat de denominatiuo seu concreto qualitatis. s. de quali, ponens eius diffinitonem dicens: quòd qualia dicuntur quę secūdum hęc denominatiue dicuntur, vel qūolibet aliter ab his. Primam partem declarat per tria exempla. Primum: vt grāmaticus dr̄ denominatiuè à grāmatica; secundum, iustus a iustitia: tertium, candidus a candore. Secundò declarat secundam partem scilicet quòd aliqua qualia dicantur a prædictis qualitatibus aliter quàm denominatiue. gratia cuius dicit quòd dupliciter contingit aliquod quale non dici quale denominatiue. Primo quando qualitati non est nomen impositum: vt cursor & pugillator, secundum quòd impor tāt naturales potētias a nulla qualitate dicuntur denominatiue: qa il-

C

D

B Jis naturalibus potētijs nō sunt noīa imposita: quis ꝑm ꝙ dñr à dispōnibus vel habitibus dicun tur denominatiuè ab abstractis eorum quibus sunt nomina imposita; vt ab arte pugillatoria di cuntur pugillatores. Secundo contingit quādo qualitati est no men impositū, tñ concretum nō est debitè formatum ab abstracto: vt studiosus dicitur à virtu te: non denominatiuè denominatione supple ꝑm rem & vocē simul. In tertia parte principali determinat de proprietatibus qualitatis quæ sunt tres: quarum. Prima est: qualitati inest cōtrarietas, quod probat primo de qualitatibus: vt iustitia contrariatur iniustitiæ, & albedo nigredi. Secundo de quali probat; quia iustum contrariatur iniusto, & album nigro. Et subdit ꝙ contrarietas nō inest omnibus qualitatibus: quia rubeū, & pallidū, & cæteri colores medij non habent contrarium. Et dicit ꝙ si vnum contrariorum fuerit quale, reliquum erit quale: nam si iustum contrarietur iniusto, & illud sit quale, iniūstum etiam erit quale. Secunda proprietas: qualitas suscipit magis & minus, quod probat tribus exemplis: nam album dici tur magis & minus album: & calidū dicitur magis & minus calidum: & iustum magis & minus iustum. Et subdit quòd non conuenit omnibus qualitatibus & primo dubitanter: nam dubium est an iustitia dicatur magis vel minus iustitia, vel sanitas vel grammatica. Deinde ostendit, quòd non conueniat qualitati quartæ speciei, & hoc dubitanter; quia triangulus vel circulus, aut aliqua aliarum figurarū non suscipit magis & minus nec in concreto nec in abstracto: quod probat: quia quæcunq; recipiunt diffinitionē trianguli vel circuli, æqualiter sunt trianguli vel circuli, & sic de alijs figuris: quæ vero non recipiunt diffinitionē trianguli vel circuli non dñr magis vel minus triangulus vel circulus. Deinde ponit tertiam ꝓprietatem qualitatis dicens: ꝙ proprium est qualitati ꝑm eam simile vel dissimile dici: hoc cōuenit solis qualitatibus: q̄a ꝑm solas qualitates & non ꝑm aliquid aliud dr̄ aliquid simile vel dissimile. Finaliter remouet vnum dubium: quia posset aliquis dicere ꝙ philosophus in determinādo de qualitatibus, multa interposuit de relationibus: iō vr̄ inconuenienter determinasse de hoc prædicamento. Cuius dubitationis ponit duas solutiones. Prima est, ꝙ in pluribus talibus genera sunt ad aliquid, & tñ eorum species & indiuidua non sunt ad aliquid: vt disciplina est ad aliquid, sed grammatica non est ad aliquid: ideo in talibus genera sunt ad aliquid, & non species. Et ista solutio non videtur esse de mente eius: quia dicit in quarto Topico. quòd si genus sit ad aliquid, species erit ad aliquid. Deinde ponit aliam solutionem dicens: quòd non est inconueniens idem esse quale & respectiuum; non quidem vniuocè, sed æquiuocè acceptum.

C (margin) F (margin) G (margin) H (margin) Cap. 2. Sco. q. 13. quotl. in fine.

R_ecipit autem facere, & pati contrarietatem, & magis & minus &c.

Illud

A ISTVD est vltimum capitulum huius tractatus: in quo Philosophus breuiter determinat de sex vltimis prædicamentis. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit duas proprietates actionis & passionis dicens; quod agere & pati recipiunt contraria & etiam magis & minus. Primam partem probat: quia calefacere côtrariatur huic quod est frigefacere; & calefieri huic quod est frigefieri, secundam partem probat: quia aliquid dicitur magis vel minus calefieri. In secunda parte excusat se de alijs quatuor generibus: dicens quod de alijs prædicamẽtis nihil vltra quæ dicta sunt intendit dicere.

An qualitas sit bene definita, & diuisa.

B QVAERITVR Vtrũ diffinitiones, species, & proprietates qualitatis sint à philosopho sufficienter assignatæ. Arguitẽ primo contra præsuppositum: quia nullum æquiuocum est genus, sed qualitas est æquiuocum igitur. Minor patet per philosophum in textu dicentẽ: Qualitas est de numero illorum, quæ multipliciter dicuntur. Itẽ qualitas est transcendens, cum differentia substantialis quæ est in prædicamento substantiæ sit qualitas: quia ſm eam dicimur quales, & similiter propria passio: & generaliter omne accidẽs dr̃ qualitas, cum prædicetur in quale. Secundò sic: Nulla est qualitas, secundum quam dicimur quales: igr̃ diffinitio nõ est bona. Añs patet: qa ſm qualitatẽ q̃ est in sorte, nõ dicimur quales, nec ſm illã q̃ est in Platone, C & sic de alijs: igitur. Itẽ quale diffinit̃ p qualitatẽ; igr̃ qualitas nõ debet diffiniri p quale: quia aliter idẽ esset notius & ignotius respectu eiusdẽ. Tertiò sic cõtra spẽs qualitatis: & primo sic: Cuiuslibet generis tm̃ sunt duæ species: ergo hic male assignantur quatuor. Scđo sic: qa idẽ nõ pt esse in diuersis spẽbus: nec diuersæ spẽs pñt in abstracto de eodẽ verificari: igr̃: Itẽ vel illa duo q̃ assignant̃ p vna specie; sicut habitus & dispõ sunt eadem vel diuersa: si eadem, ergo male coniungunt̃ p coniunctionẽ; cũ coniunctio denotet diuersitatẽ extremorũ: si diuersa, nõ erunt spẽs qualitatis. Quartò sic: Illud quod æqualiter dr̃ de qualitatibus primis primæ spẽi, scđæ & tertiæ, & formis substãtialibus: non pt poni quarta species qualitatis: sed forma est huiusmodi: D quia qualitates primæ, scđæ, & tertiæ specierum dñr formæ. Quintò sic: contra proprietates qualitatis: nã si vna qualitas cõtrariet̃ alteri qualitati: vt nigredo albedini; aut ergo albedo & nigredo q̃ sunt: aut albedo & nigredo q̃ nõ sunt: vel albedo quæ est cõtrariat nigredini q̃ nõ est, aut ecõtra. Nõ primũ: quia albedo & nigredo q̃ sunt, sp sunt in diuersis subiectis: nec se expellũt ab eodẽ subiecto. Nec pt dici ſm, aut tertiũ, cũ contrarietas sit oppõ entis ad ens. Secundò cõtra secundã proprietatẽ; qa qualitas consistit in indiuisibili: vt patet p diffinitionẽ Auctoris sex principiorum: dicentis quod forma est cõpositioni cõtingens simplici & inuariabili essentia consistens. Tertio cõtra tertiã:

quia secundum similitudinem dicimur similes; ergo non est maxime proprium qualitati secundum eam simile vel dissimile dici. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione sicut in cæteris erunt tres art.

Arti. 1. PRIMO sciendum, ꝙ prædicari in quale potest capi dupliciter. *Prædicari in quale dupliciter.* Vnomodo generaliter: siue prædicetur in quale essentiale, siue accidentale: & isto modo differentiæ & passiones, & omnia accidentia possunt dici qualitates, cum prædicentur in concreto in quale. Aliomodo capitur specialiter ꝓ illo quod prædicatur in quale accidentaliter: sic quòd non in quantum nec in quotum, nec secundum alium specialem modum prædicandi p̄dicatur; & sic sola qualitas dicitur prædicari in quale.

F Et aduerte quòd diffinitio qualitatis datur per quale tanq̄ per aliquid notius nobis: sed quale diffinitur per qualitatem tanq̄ per aliquid notius secundum naturam. Aduerte vlterius quòd duplex est multiplicitas; seu aliquid dicitur de aliquibus multipliciter dupliciter. *Multiplicitas duplex.* Vnomodo multiplicitate significatorum: & sic æquiuocum dicitur esse multiplex. Aliomodo multiplicitate suppositorum seu inferiorum: quemadmodum superius dicitur de suis inferioribus; & tali multiplicitate qualitas dicit̄ multipliciter. Ex istis patet ꝙ diffinitio qualitatis debet sic intelligi. Qualitas, est forma accidentalis vel dispositio, secundū quam vel sibi similem in specie aliquid natum est dici quale. Ex quo sequitur quòd ibi capit̄ plurale. s. dñr pro singulari, scilicet pro dicitur; quia aliter diffinitio non esset bona, cum secundum nullam qualitatem dicamur quales. G Dicitur secundo quòd diffinitio qualium sic est intelligenda: Qualia dicuntur quæ secundum hęc. i. secundum qualitates denominatiuè dicuntur, supple denominatione secū dum rem & vocem simul: vel quomodolibet aliter ab his. i. vel denominatione quæ non est secundum rem & vocem simul, sed solum secundum rem, vel solum secundum vocem.

SECVNDO sciendum pro declaratione duarum primarū specierum qualitatis quòd habitus multipliciter accipitur. *Habitus et priuatio multipliciter.* Vnomodo vt est quoddam postprædicamentum habens plures modos sub se; vt postea videbitur. Secundomodo accipitur pro respectu alicuius habitus: vt respectus tunicę ad rem habituatam: & sic est vnum prædicamentum. H Tertiomodo capitur pro aliquo positiuo, cui priuatiuè opponitur priuatio: quemadmodum dicitur, quòd visui opponitur cęcitas. Aliomodo capitur pro qualitate disponēte subiectum ad bene vel male operādum & difficulter mobili à subiecto: & sic capitur in textu. *Vide Sco. in 4. d. 6. q. 10.* Etiam dispositio capitur dupliciter. Vnomodo largè pro qualitate disponente subiectum ad bene vel male operandum, siue sit de difficili mobilis à subiecto siue non: & sic est superius ad habitum. Et videtur sic accepisse philosophus in textu cū dicit: quòd omnis habitus est dispositio, sed non econtra. Aliomodo capitur strictè pro qualitate disponente subiectum ad

A bene vel male operandum : & de facili mobili à subiecto:& sic capit philosophus in textu cum ponit differentiam inter habitū & dispositionem. Ex quo sequitur ꝙ habitus & dispositio sic capta non differunt nisi inquantum vnum est difficulter mobile à subiecto, & aliud faciliter : ꝙ non videtur variare speciem. Sed pro secunda specie supponitur quòd naturalis potentia capit multipliciter. Vnomodo ꝓ potentia qua quis pōt aliquid facere : quemadmodum dicimus ꝙ visus est potentia visiua, auditus potentia auditiua : & sic nō capitur hic. Aliomodo capitur pro qualitate qua quis potest aliquid facere : siue talis qualitas infuerit nobis à natura siue nō : & sic non capitur hic. Aliomodo capitur pro habilitate vel dispositione seu promptitudine in B existēte nobis à natura, per quā sumus habiles & prompti ad aliquid faciendum. Ex quo patet ꝙ cursor; inquantum est in ista specie qualitatis, dicit mihi illud quod habet naturalem habilitatem ad bene currendum, & non quod habet artem currendi. Et naturalis impotentia non est nisi quædam inhabilitas vel indispositio inexistens nobis à natura, per quam aliqs est impotens ad aliquid operandum. Ex quo sequitur ꝙ illa q̄ reponuntur in ista specie qualitatis, non sunt nisi habilitates vel inhabilitates inexistentes nobis à natura. Ex quo sequit̄ falsitas illorum qui dicunt ꝙ in ista specie qualitatis reponunt̄ omnes proprię passiones, quod falsum est : quia propria passio est in illo prædicamento reducti-

uæ : in quo est illud cuius est C passio. Sed in prima specie qualitatis reponuntur omnes actus potentiarum ; vt audire, videre, intelligere, velle. Dicunt tamen aliqui ꝙ actus & species potentiarum sensitiuarum sunt in tertia specie, quod parum est curādum. Item omnes scientiæ & omnes virtutes, & omnes species intelligibiles sunt in prima specie. Ex quo sequitur ꝙ isti termini intelligere, audire, videre, velle important veras qualitates : licet propter modum significādi dicātur verba actiua. Ex quo sequit̄ quòd multa sunt verba actiua, quæ non significāt actionem, sed veram qualitatē.

De specie intelligibili, vide Sco. in 1. d. 3. q. 6.

TERTIO sciendum, quòd secundum communem modum loquēdi passio & passibilis qualitas differunt. Nam passio importat qualitates appetitus sensitiui, vel forte etiam intellectiui D prout tales qualitates sunt faciliter introducibiles, & remouibiles à subiecto : vt timor, iracundia, verecundia, dolor, delectatio : capitur quandoq; tamen ly passio, large. vt se extendit ad qualitates sensibiles vel faciliter remouibiles à subiectis. Sed passibilis qualitas capitur pro qualitate sensibili, vt est difficiliter remouibilis à subiecto. Ex quo sequitur quòd in ista tertia specie reponuntur omnes qualitates sensibiles ; vt omnes soni, omnes colores, omnes sapores, omnes odores, caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas, & etiā species sensibiles, vt lumen, omnes qualitates appetitus sensitiui ; vt verecundia, dolor, timor, & sic de alijs. Sed pro quarta specie qualitatis supponitur, ꝙ roma-

forma potest capi dupliciter. Vnomodo vt dr ab informando: & sic omne illud quod informat aliquid dr forma: & sic non capitur in textu. Aliomodo capitur specialiter vt conuertitur cum figura: & sic capitur hic. Vnde dicunt aliqui ꝙ figura nō est nisi quædam qualitas consequens terminationem & ordinē partium quantitatis adinuicem, sed probabiliter potest dici ꝙ figura nō est nisi ordo partiū ad partes loci vel ad totū, sic ꝙ figura ꝓprie est in prædicamēto pōnis seu sit⁹. Sed dr poni quarta species qualitatis seu modus qualitatis, quia habet quendā modum prædicandi qualitatis de prima substantia, seu quendā modum essendi in prima substātia, de quo aliàs in Physica videbitur. Ex quo sequitur ꝙ ista
F quatuor, quæ hic assignantur à philosopho, debent magis dici modi qualitatis q̄ species, & hoc expresse videtur velle Scotus. Vnde modus differt à specie, quia vltra speciem connotat seu importat aliquam accidentalitatem vel in prædicando vel in essendo.

Sc. in 4. d. f. 61. q. 10. in responsione ad qōnē quasi in medio.

QVARTO sciendum ꝙ (vt visum est in text.) tres sunt proprietates qualitatis. Prima: qualitati cōuenit habere contrariū; vt iustitia contrariaē iniustitiæ. Pro quo est aduertendū, ꝙ contrarietas in ꝓposito capitur dupliciter. Vnomodo largè pro repugnantia aliquorum duorum ad esse in eodem subiecto: siue illa sint positiua, siue vnum sit positiuum & reliquum priuatiuū, siue se expellant actione propriè dicta siue non, & sic iustitia & iniustitia contrariātur. Iniustitia tn̄ potest capi tripliciter: G Vnomodo negatiuè, vt idem est ꝙ non iustitia: & sic iustitia & iniustitia opponuntur contradictoriè. Aliomodo priuatiuè pro negatione iustitiæ in subiecto apto nato: & sic opponuntur priuatiuè vel contrariè, capiendo cōtrarietatem largè, vt se extēdit ad priuatiuā oppositionē. Aliomodo capitur contrariè, & sic importat habitum oppositū habitui iustitiæ; & fere sic dicatur de omnibus talib⁹ terminis. Aliomodo capitur contrarietas propriè & strictè pro repugnantia duarum formarum se expellentium ab eodē subiecto actione propria; cuiusmodi est repugnantia inter quatuor qualitates primas. Et sic dico ꝙ talis ꝓpriè conuenit solum qualitati, sed non omni; & sic non capit̄ H in textu; quia tunc iustitia & iniustitia non contrariarētur; nec albedo & nigredo; quia albedo & nigredo non se expellunt ab eodē subiecto actione propria, sed solum actione suarum causarum. Sed pro secunda proprietate supponitur, vt aliàs visum est, ꝙ suscipere magis non est aliud q̄ perfici in sua entitate; quæ perfectio fit per additionem gradus seu partis perfectionalis ad partem; sic ꝙ illud qđ habet plures gradus seu partes perfectionales in eodem loco & situ dicitur magis tale, & per cōtrarium dicitur suscipere minus. Ex quo patet quòd solum qualitates dicuntur propriè primo & per se suscipere magis & minus. Sed pro tertia proprietate est aduertendum quòd ly secundum, in secunda proprietate dicit circunstantiam fundamen-

A mentalem & non formalem; quia formaliter secundum nullam qualitatẽ dicimur similes, sed similitudine dicitur aliquid formaliter simile; licet bene secundum qualitates fundamentaliter seu tanquam à fundamento dicimur similes. Vnde propriè similitudo fundatur solum in qualitatibus: nam similitudo propriè nõ videtur esse aliud quàm cõuenientia aliquorum in qualitate. Ex quo sequitur quòd illa quæ nõ habent qualitatem, non dicuntur esse similia. Et residuũ debet exponi conformiter sicut fuit expositum in tertia proprietate quantitatis. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Scot. in quotl. qõ. 6. art. 1. & in sol. quarti argu. Henrici.

Scotus. in 1. dis. 19. q. 1. articu. 1. et 2.

DVBITATVR primo, quomodo aliqua forma dicatur suscipere magis & minus. De

B quo dubio sunt diuersæ opiniones. Prima opinio est, quòd forma intenditur & remittitur, per hoc quod magis & minus permiscetur suo contrario: ita quod quanto magis permiscetur suo contrario, tanto est minus talis, & quanto minus permiscetur, tanto est magis talis. Et hæc opinio probatur auctoritate philosophi tertio Topicorũ dicẽtis; quòd quæcunque sunt in permixtiora contrarijs, sunt magis talia, vt albius est quod est nigro impermixtius. Sed contra hoc arguitur; quia multæ sunt formæ quæ intenduntur & remittuntur, quæ non habent contrarium; igitur. Antecedens patet de lumine, cui nihil est contrarium. Patet etiam de visione beatifica, cui nihil est contrariũ: & de multis alijs quæ tamẽ intenduntur & remittuntur. Itẽ

Forma quo dicitur suscipere magis & minus.

C sequeretur quod nullus posset acquirere virtutem aliquam, quin acquireret vitium: quia illa in summo non acquiritur: ergo erit permixta contrario. Ideo respondetur ad auctoritatem philosophi: quod philosophus per permixtionem contrarij, intelligit quendam accessum similitudinis ad contrarium: ita quòd sit sensus, quæcũque sunt in permixtiora contrarijs. i. minus accedũt ad contrarium, sunt magis talia: vt illud est albius, quod est nigro in permixtius. i. ad nigrum minus accedens. Alia est opinio quæ ponit quòd forma intenditur & remittitur secundum dispositionẽ subiecti in quo est; ita quòd si subiectum sit magis dispositum, forma erit intensior, & si sit minus dispositũ, forma erit remissior. Sed contra hanc opinionem arguitur, quòd formæ spirituales

3. Top. cap. 7.

D intenduntur & remittuntur, & tamen non requirunt aliquam dispositionem præuiam in subiecto. Item sequeretur quòd forma separata à subiecto non possit intendi, quod est falsum, igitur. Tertia opinio est, quod forma intẽditur & remittitur per maiorem vel minorem radicationem, quã habet in subiecto. Sed contra hoc arguitur, quia tunc sequeretur, quòd vbi forma esset magis radicata, ibi subiectũ esset magis tale. Consequens est falsum, & falsitas apparet in multis per experientiam, quia videmus aliquos nigros à natura, & aliquos nigriores pro aliquo tempore: igitur. Etiam rubedo causata ex verecundia aliquando est intensior, quàm rubedo causata à natura, & tamen rubedo causata ex verecundia

E cundia est minus radicata, q̃ rubedo causata à natura. Ideo relictis istis opinionibus tanq̃ falsis ponitur opinio vera: dicẽs quòd forma dicitur suscipere magis & minus secundum quòd plures vel pauciores gradus vel partes perfectionales habet in eodem loco, & situ se penetrantes adinuicem: ita quòd benè sequitur, ista forma suscipit magis: ergo habet plures gradus vel partes perfectionales se penetrantes in eodem subiecto & situ. Et aduerte ꝙ isti gradus seu partes, per quas aliquid dicitur suscipere magis & minus, sunt semper eiusdem speciei inter se & cum forma, quæ dicitur suscipere magis & minus; vt albedo dicitur maior albedo per partes perfectionales, quarum quælibet est qualitas. Ex quo patet

Sco. in 1. d.17. q.4. diffusè et in sol. quæ.

F quòd gradus non est aliud q̃ pars perfectionalis eiusdem speciei cum illa forma cuius est gradus. Vnde nunquam aliquid dicitur magis tale nisi per aduentum alicuius partis vel gradus formæ. Et aduerte quòd isti gradus non dicuntur se penetrare indiuisibiliter, sed diuisibiliter: sic ꝙ vnus totalis gradus penetret totum alium gradum, & ps partem: sed non quælibet pars quamlibet partem; nisi forte esset in subiecto indiuisibili. Et siquis arguat: nulla forma dicitur suscipere magis vel minus: igitur. Antecedens probat: quia vel esset forma quæ præfuit ante aduentũ gradus, vel forma q̃ de nouo acquiritur. Non forma quæ prius fuit: quia illa nõ habet plures gradus quàm pri⁹: nec forma quæ de nouo acquiritur vt notum est. Respondetur

Gradus quid.

quòd de rigore sermonis ista est falsa, forma dr̃ suscipere magis & minus: vt bene probat argumentum: similiter ista, forma intenditur: Sed debet capi in isto sensu, quòd forma composita ex gradu de nouo acquisito & gradibus præcedentibus est perfectior quàm forma quę prius fuerat: quia forma quæ præfuerat non est nisi pars illius formæ q̃ de nouo secundum partem acquiritur. Et si quis dicat: quælibet forma quæ intenditur habet infinitas partes, cum quodlibet diuisibile sit diuisibile in infinitum: ergo vna non est intensior nec perfectior q̃ sit alia. Respondetur quòd quælibet habet infinitas partes proportionales: nõ tamen infinitas partes æquales perfectionis inter se, secundũ quas forma dicitur esse intẽsior vel remissior. G

H DVBITATVR secundo. Vtrũ in intẽsione formę primus gradus corrumpatur in aduentu secundi gradus. Ad hoc respondent aliqui quòd quando forma intenditur adueniente secundo gradu, prior gradus corrumpitur, ꝙ probant primo sic: quia termini motus sunt incompossibiles; sed gradus formæ præexistens & sequens sunt termini motus: quia primus est terminus à quo & secundus est terminus ad quem. Item illi gradus sunt eiusdem speciei: ergo non sunt compossibiles in eodẽ subiecto: quia accidẽtia solum numero differentia nõ possunt esse simul in eodem subiecto. Item si gradus præcedens maneret, tunc forma mutaretur de gradu in gradum: & sic esset subiectum trãsmutationis, quod est

Hoc dubium disputat Sco. li.1. d.17.q.1. in 1. art.

A est falsum. Sed his rationibus non obstantibus aliter responde tur. s. quòd in intensione formę, gradus præcedens non corrum pitur in aduentu secundi grad⁹: quod patet per exempla de luminibus duarum candelarum: illa duo lumina simul in medio congregata & simul manentia reddunt medium luminosius q̃ faceret lumen vnius candelæ: ideo patet ꝙ per additionẽ gradus ad gradum in eodem subiecto totum redditur intensius. Non videtur etiam à quo talis gradus præexistens corrumpatur. Non enim potest dici quòd à gradu sequenti cum sint eiusdem rationis: nec ab agente, cum ab eodẽ agente possint ꝓduci tales gradus. Ideo ad rationes primæ opinionis. Ad primam dr̃ quòd termini motus

Sc. in 4. d. 12. q. 4. in respon.

B sunt duplices: quidam sunt intrinseci & immediati, qui non sunt aliud quàm priuatio & forma seu habitus talis priuationis: & isti sunt incompossibiles. Alij sunt mediati & extrinseci: & tales sunt bene adinuicem cõpossibiles: sicut sunt gradus p̃existens & gradus sequens. Ad secundam patuit solutio aliàs, quomodo duo accidentia solo numero differentia possunt esse simul in eodem subiecto; & hoc in capitulo ad aliquid. Ad tertiam dicitur quòd aliquid dicit̃ mutari dupliciter. Vnomodo subiectiuè, sicut est subiectum quod recipit aliquam formam. Aliomodo terminatiuè, quemadmodum forma quæ acquirit̃. Dico tamen quòd gradus præexistens nullo istorum modorum mutatur: quia de rigore ista non conceditur, forma intẽditur, vt visum est in dubio præcedenti. Sed restat paruũ dubium. vtrũ isti gradus per quos forma dicitur intendi, distinguũtur realiter? Respondetur breuiter quòd sic: quia quando aliqua sic se habent quòd vnum actualiter producitur reliquo non producto: & vnum potest corrumpi reliquo remanente: illa distinguũtur realiter: sed gradus isti sunt huiusmodi: igitur. Dico tamen ꝙ ex ipsis põt fieri, & de facto fit vna totalis forma: ideo habent vnionem & penetrationem adinuicem in eodẽ subiecto & etiam in eadem parte subiecti.

C *Dubiũ.*

Dvbitatvr Tertio q̃d sint sex vltima prædicamenta: de quibus Arist. parum locutus est. Respondetur per aliquas ꝓpositiones. Prima: sex vltima prædicamenta non sunt entitates absolutę: sed sunt respectus extrinsecus aduenientes. Secunda propositio: actio prædicamẽtum, non est nisi respectus agẽtis ad passum: & passio est respectus patientis ad agens: & non est actio neque passio illa forma, quæ producitur ab agente in passum: vt quando ignis producit caliditatem in aqua: illa caliditas non est actio, sed magis est terminus saltem immediatus actionis. Et siquis dicat: nullus respectus est prior suo termino; sed actio est prior illa caliditate: quia actio est principium producẽdi illam caliditatem: igitur actio non est respectus. Respondetur, negando minorem: & ad probationem dr̃, quòd neq; actio, neque productio est principium productiuum caliditatis: licet productio

Quid sũt sex vltima p̃dicamẽta.

D

B ductio sit principium denominandi producens: & actio principium denominandi agens: & ideo agens non dicitur formaliter agens productione, sed actione. Vnde ipsius ignis ad ipsam caliditatē productam est respectus intrinsecus, qui vocatur productio vel eductio: & ipsius caliditatis ad aquam recipiētem illā caliditatem est alius respectus extrinsecus, qui vocatur receptio: sed ipsius ignis trāsmutātis ad aquam transmutatā est respectus extrinsecus aduenieus, qui vocatur actio. Vnde actio potest bene dici principiū in denominando: sed non in efficiendo saltem illam caliditatem. Secundo sic. Nullus respect⁹ potest habere plures terminos immediatos essentialiter distinctos: sed actio habet plures terminos: quia terminatur ad illam formam productam & ad passum. Respondetur, ꝙ actio quæ est prædicamentum, terminatur ad passum tanquam ad terminum totalem & remotum: potest etiam determinari ad illam qualitatē tanq̄ ad immediatum, & hoc non est inconueniens. Tertiò sic: Omnes respectus mutui sunt in eodem prædicamento: sed actio & passio sunt respectus mutui: igitur. Respondetur, ꝙ illa maior est vera de respectibus intrinsecus aduenientibus: sed nō oportet ipsam esse vniuersaliter verā de respectibus extrinsecus aduenientibus: cuiusmodi sunt actio & passio. Ex quo sequitur ꝙ actio non est. nisi respectus extrinsecus, a quo agens formaliter dicitur agens: & est in proprio agente subiectiue: & passio est respectus, quo patiens formaliter dicitur patiens: & est subiectiue in patiente. Ex quo sequitur, ꝙ quando dicit Ari. in textu ꝙ actioni in est contrarietas: ibi capit contrarietatem large. Tertia propositio: duplex est Quando .s. actiuum & passiuum. Actiuum est respectus extrinsecus temporis ad rē temporalem .i. mensuratam & contentam per tempus. Sed qñ passiuum est respectus extrinsecus rei temporalis ad ipsum tempus. Et aduerte, ꝙ nullum istorum facit prædicamentum: sed Quando ꝙ est superius & commune ad quando actiuum & quando passiuum. Quarta ꝓpositio duplex est vbi .s. vbi actiuum & vbi passiuum. Vbi actiuum est respectus loci ad rem locatam. Sed vbi passiuū H est respectus extrinsecus rei locatę ad ipsam locum: sed nullū illorum est prædicamentum: sed vbi quod est cōe ad vbi actiuum & vbi passiuum. Quinta propositio: Situs seu positio prædicamentum non est aliud nisi ordo partium alicuius totius ad partes loci. Sexta propositio Habitus non est nisi respectus extrinsecus alicuius habitus, vt tunicę: vel alicuius alterius huiusmodi ad rem habituatam. Et de omnibus istis magis prolixe visum est in summulis. Et hęc de secundo art. Quantum ad tertium articulum sit.

Arti. 3.

CONCLVSIO responsalis: Diffinitio qualitatis & diffinitio qualis; & eorum proprietates & species sunt a philosopho sufficienter assignatę in textu. Et hęc conclusio relinquitur probata ex primo & secundo articu-

A ticulis. Ad rationes patet solutio ex dictis de primo argumento. Ad secūdā patet ēt solutio. Et aduerte tamen ꝙ illa diffinitio qualitatis datur per ly quale tanquam per aliquid notius nobis: & ly quam, in illa diffinitione proprie debet referre formā accidentalem sub intellectā: ita ꝙ sit sensus: qualitas est forma accidentalis, ſm quā supple formam accidentalem aliquid dr̄ quale. Ad tertiā dicitur ꝙ illa quatuor (vt visum est) nō sunt proprie species sed modi qualitatis. Dico vlterius, ꝙ habitus & dispositio ꝓprie capta differunt: qa vnū est de difficili mobile, aliud de facili: & hoc sufficit ad hoc ꝙ coniūgantur ꝑ cōiunctionē. Ad quartā dicit ꝙ forma generaliter capta, vt dici B tur ab informando, est bn̄ cōis ad formas substātiales & accn̄tia: sed non forma specialiter capta; vt visum est in primo articulo. Ad quintam patebit solutio in capitulo de oppositionibus qualiter albedo & nigredo, vel caliditas & frigiditas dn̄r contrariari adinuicem. Ad aliā partē dicitur ꝙ forma dicitur esse simplex & indiuisibilis; vt simplex opponitur cōpositioni ex materia & forma & non cōpositioni quæ est ex suis partibus, quæ sunt gradus perfectionales. Ad aliā partem patet solutio in primo arti.

QVoties aūt solet opponi dicendum est. Dicit aūt alterum alteri opponi &c.

ISTE est tertius & vltimus tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de post pdicamentis: & cōtinet quinq; C capitula, ſm ꝙ quinq; sunt post pdicamenta. In primo capitulo determīat de primo postpdicamēto. s. de oppōne: enumerādo suas spēs: dicēs ꝙ alterū dr̄ alteri opponi quadrupliciter. s. r̄latiue, vt duplū opponit dimidio: cōtrariè, vt malū bono: priuatiue, vt hitus priuatiōi: cōtradictorie, ut sedet nō sedet. Deinde notificat pdicta diffinitiue. Et primo relatiue opposita: dicens ꝙ relatiue opposita sunt quæ eaipsa q̄ sunt oppositorum dicuntur aut quomōlibet aliter ad aliud, vt duplū dr̄ opponi dimidio. Sed quia aliquis posset obijcere dicē do, ꝙ prædicta diffinitio conuenit contrarijs: quia contraria videntur dici ad aliud. Hanc obiectionē remouet philosophus: dicens, ꝙ contraria ꝓ denomina- D to nullomō referunt adinuicē: qđ ꝓbat duobus exemplis; primum vt malum non dr̄ boni malum; sed bene dicitur bono contrarium: secundum, vt nigrū non dicitur albi nigrum sed albo contrarium; sed si capiatur pro ꝑ se significato bn̄ dicunt ad aliud. Deinde determinat de contarijs supponendo diuisionem eorū. s. mediata & immediata. Primo diffinit membra illius diuisionis; dicens, contraria immediata sunt quorum necesse est alterum inesse suo ꝓprio susceptibili; vt ęgritudo & sanitas sunt cōtraria immediata corporis animalis; vnde necesse est animal, vel esse sanum, vel esse lāguidū seu ægrū. Similiter par & impar sunt cōtraria immediata respectu numeri; oīs. n. numerus est par vel impar, abūdans vel pfect⁹. Sed cōtraria mediata sunt

F sunt quorum non est necesse alterum inesse suo proprio susceptibili: de quibus dat duo exẽ. Primum: albũ & nigrum sunt duo contraria mediata respectu corporis: quia non est necesse omne corpus esse album vel nigrum: quia potest esse corpus fuscum & pallidum. Secũdum exemplum: prauum & studiosum sunt duo contraria mediata: quia non est necesse vnumquodq; esse prauum vel studiosum. Et subdit quod duplicia sunt contraria mediata: quædã sunt quorum media sunt nota: vt inter album & nigrum: quorum media sunt nota.s.fuscum & pallidum. Alia sunt quorum media non sunt nota: sed nominant per negationem vtriusq; extremi: vt inter prauum & studiosum est aliquod medium, qđ G .s.nec est prauum nec studiosũ.

F Deinde determinat de priuatiuè oppositis: dicens quòd priuatiuè opposita habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili & tempore determinato à natura. In qua diffinitione tangũtur tres cõditiones requisitæ ad priuatiuè opposita Primo; ꝙ habeãt fieri circa idẽ: vt visus & cæcitas circa oculũ. Secundo, ꝙ habeant fieri ordine quodam. Tertio: ꝙ habeant fieri tempore determinato: quia tunc dicimus aliquid priuari, qñ non habet hoc quod natum est habere & tempore determinato: non enim dicimus edentulum qui non habet dentes: nec cæcum qui non habet visum: sed qui non habet quando natus est habere. Quædam enim sunt res genitę, quæ neq; visum neque dentes habent, & tamen non dicuntur edẽtatæ & cæcæ. G Deinde ponit differentiam inter priuari & priuationem: & inter habitum & habere habitũ; dicens, ꝙ priuari non est priuatio, nec habere habitum est habitus: quia visus est habitus: & tamen non est habere habitum: habere enim visum non est habitus.s.visus, licet habere visum sit habere habitum. Similiter cæcitas est priuatio & non est priuari: licet cæcum esse sit priuari; ergo priuatio non est priuari. Hoc probat etiam ratione: nam si illa essent eadem prædicarentur de eodem; quod est falsum: quia homo bene dicit cæcus & priuatus; & nullo modo dr̃ cæcitas aut priuatio. Cõueniunt tamen priuari & habere habitum cum priuatione & habitu: quia priuari & habere habitum eodem modo opponũtur sicut habitus & priuatio q̃ sunt sua abstracta. H Consequenter determinat de contradictorijs, ponendo conuenientiam & dr̃iam inter affirmationẽ & negationem & res quæ subiacẽt affirmationi & negationi: dicẽs, ꝙ res quæ subiacent affirmationi & negationi nõ sunt affirmatio, neque negatio: cum affirmatio sit oratio affirmatiua; & negatio oratio negatiua: Nullum autem illorum quæ subiacent affirmationi vel negationi est oratio. Conuenientia talis est: quia sicut affirmatio & negatio opponuntur contradictoriè: ita res quæ subiacent affirmationi vel negationi: vt sicut sedet & non sedet opponuntur contradictoriè: ita res significatæ quæ illis subiacent: opponuntur contradictoriè. In secunda parte

A da parte principali ponit differentia inter species oppositionis. Et primò ponit duas differentias inter priuatiue opposita & relatiua . prima ; quia relatiue opposita referuntur adinuicem sub habitudine alicuius casus: non autem priuatiue opposita. Non enim dicitur visus cęcitatis visus nec econtra : licet bene dicatur cęcitas visionis priuatio . Secunda differentia : qa relatiue opposita sunt reciproca .i. dicuntur ad conuertentiā: non autem priuatiue opposita . Deinde ponit differentiā inter contraria & priuatiue opposita. Et primò ꝓbat, ꝙ contraria immediata differāt a priuatiue oppositis: quia in ipsis necesse est semꝑ alterū in esse suo ꝓprio susceptibili : sed in priuatiuis non
B est necesse . Non .n. est necesse animal esse videns vel cæcum : vt patet de catulo ante nonum diem. Deinde ꝓbat de contrarijs mediatis : qa nunquam est necesse alterum illorum inesse suo proprio susceptibili : nisi alterum eorum insit a natura: vt calidū igni. Non oportet enim omne corpus esse nigrū vel album, calidū vel frigidū : licet in illis quorum alterum in est a natura necesse sit vnum determinate in esse: & impossibile est reliquum inesse: non enim est possibile ignē esse frigidū, neq; niuem nigram . In priuatiue autē oppositis aliquando necesse est alterum inesse .s. post tēpus determinatum . Deinde probat rationē omnia contraria differre a priuatiue oppositis: quia in omnibus cōtrarijs pōt fieri mutatio de vno in aliud & ecōtra : nisi alterum insit a natura: vt sanus potest fieri lāgnidus: & studiosus prauus & econtra . Sed C
in priuatiue oppositis quanuis possit fieri mutatio ab habitu in priuationē: non tamen a priuatione in habitum: quia cæcus non est iterum factus videns . Deinde ponit differentiam inter contradictoria & alia opposita : quia in solis contradictorijs necesse est alterum esse verum & alterum esse falsum . Et ꝙ hoc in alijs non sit necesse ꝓbat ; quia sanitas & lāguor sunt cōtraria, & duplum & dimidiū relatiue opposita, uisus & cæcitas priuatiue opposita, & nullū istorum est verū autem falsum : quia omnia illa dicūtur sine cōplexione : eorum autem quæ secundum nullam complexionem dicuntur nihil est verū aut falsum . Deinde remouet vnū dubium: qa posset aliqs dicere ; D
ꝙ ēt in complexis reperit contraria oppositio, priuatiua, & relatiua; in quibus necesse est alterum esse verum & alterum falsum: vt Socrates ē sanus: Socrates est ęger: & est languidus. Dicit phylosophus , ꝙ in talibus non est necessarium vnum istorum esse verum & alterum falsum: quamuis si Soc. sit, oportet alterū esse verū & alterum esse falsum: tamen qn̄ Socr. non est, ambæ sunt falsę. Sed in contradictorijs necesse est alterū esse verū & alterū falsum : qa si socrates sit siue nō , necesse est ipsum languere vel nō languere. Ex qbus concludit ꝙ proprium est contradictorijs sꝑ vnum esse verū & alterū falsum. In tertia ꝑte principali ponit quinq; proprietates cōtrariorū. Prima est : ꝙ bono de necessitate malum

E est contrarium: malo autem aliquando bonum est contrarium aliquando malum. Primã partem probat inductiue; vt sanitati cõtrariatur languor,& iustitię iniustitia,& fortitudini debilitas: Secundam partem probat: egestati contrariatur superabũdantia: licet hoc sit in paucis: q̃a in pluribus malo contrariatur bonum. Secunda: non est necesse si vnum contrariorũ sit, reliquum esse: q̃a omnibus existẽtibus sanis, sanitas erit & non ęgritudo. Tertia proprietas: sicut non est possibile propositiones contrarias simul esse veras: ita est impossibile contraria simul in esse eidẽ: vt si Socrates sit sanus, ipse nõ erit languens. Quarta ꝓprietas: oĩa contraria habent fieri circa idẽ spẽ vel genere: vt languor & sanitas circa
F corpus: iustitia vero & iniustitia circa animam. Quinta proprietas: necesse est omnia contraria esse in eodem genere vel in contrariis generibus, aut ipsa esse contraria genera: vt album & nigrum sunt in eodẽ genere; iustitia & iniustitia sunt in contrarijs generib⁹: sed bonũ & malũ sunt contraria genera.

Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem & proprie &c.

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo Philosophus deteminat de secundo post prædicamento, quod est Prius dicens: quòd aliquid dicitur pri⁹ quadrupliciter. Primo dicitur aliquid prius ẜm tp̃s, q̃d est antiquius vel senius altero. Secundo modo aliquid dicitur prius a quo nõ conuertitur subsistendi consequentia. Vocatur G
ãt subsistendi consequentia quã arguitur ab ãte de est secundo adiacente ad consequens de est secundo adiacente. & secundũ istum modum vnũ est prius duobus: quia duobus existentibus necesse est vnũ esse; vno. ãt existente: non est necesse duo esse. Tertio modo, aliquid dicitur prius alio ordine, naturę & compositionis. vt in geometria elementa sunt priora his quæ describuntur, vt lineę figuris: & in grammatica, elementa .i. literæ sunt priores syllabis: & in rhetorica procemiũ est prius narratione. Quarto mõ aliquid dicitur prius quod est dignius & honorabilius: secũdum quẽ modum philosophi consueuerũt dicere honorabiliores & magis a se dilectos esse priores. H
Consequenter subiungit vnum alium modum prioris, secundũ quẽ aliqua duo conuertuntur secundum essendi cõsequentiam & vnum est causa alterius: ita quòd illud quod est causa alterius dicitur prius natura: vt res & oratio vera de ipsa re conuertuntur secundum essendi consequentiam: nam si est homo, tunc vera oratio in qua dicitur, homo est: & si ista homo est sit vera, tũc est ita in re ꝙ hõ est: & res est causa veritatis orationis. Ab eo enim ꝙ res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa.

Simul autem dicuntur simpliciter quidẽ & ꝓprie quorũ generatio est in eodem tp̃e.

Iste est tertius tractatus in quo determinat phylosophus de tertio post prædicaměto q̃d est Simul: dicẽs, ꝙ tres sunt modis

A dis simultatis. Primo dnr aliqua simul tempore quorum generatio est in eodem tempore. Secundo modo dicuntur simul natura, quæcunque convertuntur secundum essendi consequentiam & neutrum est causa alterius: vt duplum & dimidium: omnia relatiua: vt si duplum est, dimidium est. Tertio modo dicuntur simul natura quæcunque æqualiter diuidunt aliquod genus: vt gressibile, volatile, & aquatile: quibus animal diuiditur: & vnum non est prius aut posterius alio: ideo ipsa sunt simul natura: licet genus præcedat natura suas differentias: tamen illæ differentiæ inter se sunt simul natura.

H Motus autem sex sunt species generatio, corruptio, augmentatio, diminutio &c.

B Istud est quartum capitulum huius tractatus, in quo determinat philosophus de quarto post prædicamento quod est motus: cuius assignat sex species: quæ sunt, generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, & loci mutatio: & dicit, quod manifestum est de alijs motibus ab alteratione quod sunt adinuicem distincti. Sed de alteratione videtur esse dubium, an ab alijs distinguatur eo quod illud quod alteratur videtur necessario moueri alijs motibus. Respondet quod non oportet: quia possibile est aliquid pluries mutari secundum qualitates: vt puta de albedine in nigredinem absque hoc quod augeatur vel diminuatur aut alio motu moueatur. Sequeretur etiam quod omne quod mutaretur alijs motibus necessario alteraretur, quod est falsum: quia quadrangulus addito Gnomoni augmentatus est: & tamen circa ipsam non est facta alteratio. Consequenter determinat de contrarietate motus, dicens quod vniuersaliter motui contrariatur quies: licet aliquando motus contrarietur motui: vt generationi contrariatur corruptio, & augmentatio diminutio; sed loci mutationi contrariatur quies secundum locum, & etiam sibi contrariatur mutatio secundum contrarium locum. vt mutatio quæ est sursum, contrariatur mutatio quæ est deorsum. Deinde subdit, quod motui alterationis non est facile assignare contrarium: non enim videtur aliquid sibi opponi: sed potest dici quod alterationi secundum vnam qualitatem contrariatur quies secundum eandem qualitatem, vel alia alteratio quæ est secundum contrariam qualitatem: vt album fieri ad id quod est nigrum fieri, contrarium est.

C

D

Habere autem multis dici solet modis, aut .n. tanquam habitum & affectum: aut quamlibet qualitatem.

Istud est Quintum capitulum huius tractatus, in quo determinat Philosophus de vltimo postprædicamento, quod dr habere: dicens: Habere dicitur octo modis. Primus modus est habere affectum idest qualitatem, vt habere disciplinam vel virtutem. Secundus modus est, habere quantitatem, sicut magnitudinem. Tertius modus est, habere ea quæ circa corpus sunt: vt vestimentum & tunicam. Quartus modus est habere aliquid in membro per modum

Habere quot modis dicitur.

B dum ornamenti, vt habere annulũ in digito. Quintus modus est, habere membrum siue partem integralem: vt manum vel pedem. Sextus modus est, habere contentum: vt lagena habet vinum; Septimus modus est habere possessionem: vt domũ vel agrum. Octauus modus est, habere vxorẽ. vt vir dicitur vxorem habere, & econuerso: iste modus est alienissimus: quia qui habet habetur. Deinde se excusat philosophus ab enumeratione aliorum modorum habere: dicens ꝙ forte sunt alij modi habere, quã illi qui dicti sunt: tamen modi magis cõsueti sunt enumerati.

An diuisiones, & species quinque postp̃dicamentorum sufficienter sint assignata.

F QVAERITVR circa textũ: vtrum diuisiones & species siue modi quinq; postprædicamentorum sint a phylosopho, in textu cõueniẽter assignatę. Arguitur primo quòd non: medium opponitur extremis: & non aliquo istorum modorum: igitur. Minor patet: quia non opponitur priuatiue, neq; contradictorie, neq; relatiue vt notum est: neq; contrarie: quia contraria maxime dicuntur distare adinuicem. Item albedo & nigredo opponuntur adinuicem: & non aliquo istorum modorum: igitur. Minor probatur: quia maxime esset contrariè; sed hoc nõ: quia cõtraria sunt formę actiuæ & passiuæ, sed albedo & nigredo non sunt huiusmodi: igitur. Item vel albedo opponeretur nigredini quæ est, vel nigredini quæ non est: sed nullum istorum est dicendum: vt alias visum est: igitur. Arguitur secundo sic: Locus sursum G & locus deorsum opponuntur: & non aliqua istarum specierum: igitur. Maior patet: quia omnis motus est de opposito in oppositum: sed a loco sursum ad locum deorsum fit motus: igitur opponuntur. Minor probatur: quia maxime esset contrarie: sed hoc non: quia tam locus sursum quàm locus deorsum sunt quantitates: modo quãtitati nihil est cõtrarium. Tertio sic arguitur: Nulla opponũtur relatiue. igr. Antecedens probatur: quia illa quæ sunt simul natura & posita se ponunt, H non opponũtur adinuicem: sed sic est de relatiue oppositis: igitur. Item pater non opponitur filio: cum pater sit conseruatiuus ipsius filij. Quartò sic arguit. Nulla sunt priuatiue opposita: igitur. Antecedẽs probatur; si enim aliqua essent priuatiue opposita, maxĩe essent ista visus & cæcitas: sed consequens est falsum: igitur; Minor probatur: quia vel visus opponeretur priuationi quæ non est, vel priuationi quæ est. Non primũ: quia quod non est, nulli opponitur. Nec secundum: quia visui Platonis non opponitur priuatiue cæcitas sortis: ex eo quòd priuatiue opposita habent fieri circa idem subiectum. Quinto sic: arguitur: Ens & non ens sunt opposita contradictorie: & tamen non oportet ꝙ si vnum sit verum ꝙ reliquum sit falsum: quia neutrum est verum neq; falsum: cum sint ambo incomplexa. Item chimera est ens,

A est ens, chimera est non ens: sunt contradictoriè opposita: & tñ sunt ambo complexa & sunt ambo falsa: cũ vtraq; sit affirmatiua, cuius subiectum pro nullo supponit. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione sicut in cæteris erunt tres arti. Quantum ad primum.

Artic.1. PRIMO sciendum, ꝙ phylosophus nõ loquitur hic de oppositione complexa, seu de oppositione propositionum: quia de tali sufficienter determinabitur in primo peri hermenias. Sed hic determinat de oppositione incomplexa, quæ non est nisi repugnãtia aliquorum duorum non se permittentium simul & semel in eodem respectu eiusdem: & talis proprie primo & principaliter inuenitur ex parte significatorum per terminos: & secundario solum B inter terminos. Vnde termini non dicũtur opponi propriè nisi qa res significatæ per ipsos opponuntur, non enim magis opponuntur isti duo termini, albedo & nigredo, quàm isti duo termini Petrus & Ioannes: nisi ratione rerum significatarũ. Et si quis dicat eadem est res, q̃ significatur per relatiue opposita: quia per ipsa non significatur nisi substãtia: vt per istum terminum pater, & per istum terminum filius, idem potest significari scilicet substãtia. Respondetur ꝙ licet per illos terminos idem significetur quantũ ad significatum materiale: non tamen quo ad significatum formale: nam pater quo ad significatum formale significat paternitatem, quæ est alia res a filiatione significata per illum terminum filius. Ex quo sequitur C ꝙ ista oppositio incõplexa est attendenda primo ex parte significatorum principalium & formalium terminorum, & non materialium. Et per hoc soluitur argumentum de priuatiue oppositis & contradictorie oppositis: nam licet cæcus de significato materiali significet formam vel rem carentem visu: tamen de significato formali significat carentiam visus: quæ non est nisi negatio visus in subiecto apto nato. Etiam non homo de significato formali importat simpliciter negationem humanitatis sine quacunque aptitudine. Et aduerte, ꝙ licet relatiue opposita possint verificari de eodem. vt idem potest dici, pater & filius: non tamen respectu eiusdem. Et D siquis dicat; causa & causatum sunt relatiue opposita; & tamen bene dicuntur de eodem respectu eiusdem: vt ambulatio post cenam est causa sanitatis & effectus eius. Respondetur quòd hoc non est in eodem genere causę; nam ambulatio est causa sanitatis in genere causę efficientis; & est effectus eius in genere causę finalis. Aduerte vlterius, quòd relatiue opponi non conuenit relatiuis æquiparantiæ saltem respectu suorum correlatiuorum; nam relatiuum æquiparãtiæ non opponitur suo correlatiuo; vt simile non opponitur simili; licet vnum relatiuum æquiparantiæ bene opponatur alteri relatiuo æquiparantiæ; vt idem bene opponitur huic, quod est diuersum; & simile huic, quod est disimile. Ex quo patet ꝙ non

Sco. in 1. d.4.q.2. in primo. respon.

Sco. lib.1. d.3.q.7. in respõ. argu. pro 2. opin.

E non omnia relatiua opponuntur suis correlatiuis: sed hoc solũ habet veritatẽ in relatiuis suppositionis & suppositionis.

SECVNDO sciendum, ꝙ contrarietas potest capi dupliciter: Vnomodo proprie & stricte pro repugnantia duarum formarum actiuarum & passiuarũ adinuicem maxime distãtium distantia graduali non potentium simul & semel inesse eidem subiecto, licet bene successiue: & sic contrarietas solum dicitur de qualitatibus primis: cuiusmodi sunt caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas. Et dicitur notanter maxime distantium distantia graduali: quia si non maxime distarent distantia graduali, possent inesse eidem subiecto & in eadem parte; sicut patet de aqua tepida Ex quo sequitur; quòd caliditas & frigiditas non dñr contrariari adinuicem sub quibuscunq; gradibus: sed solum sub maxima intensione graduum. Ex quo sequitur quod non dicuntur proprie contrariari ex rõnibus formalibus eorum: sed ex latitudine graduum: de quo magis alias videbitur. Alio modo capitur contrarietas large pro repugnantia duarum formarum non se permittentium simul & semel in eodem subiecto: siue tales formę sint actiuæ & passiuæ adinuicem siue non, siue maxime distẽt abinuicem siue non. Et hoc modo albedo & nigredo dicuntur contrariari: etiã rubedo & nigredo: & rubedo & viriditas. Etiam duæ formæ substantiales possũt dici hoc modo contrariari: & etiã locus sursum & locus deorsum: tamen locus deorsum & locus sursum quandoq; capiuntur pro qualitatibus existẽtibus in talibus locis: & sic bene possunt cõtrariari adinuicẽ contrarietate proprie dicta. Et aduerte, quòd contraria mediata non dicuntur mediata, eo quòd medium componatur ex extremis; sed quia magis apparet conuenire cum extremis quam extrema inter se: vt rubeum mediat inter album & nigrum: non quia rubedo componatur ex albedine & nigredine, sed quia magis conuenit cum albedine & nigredine, quam albedo & nigredo inter se: & a negatione talis medij dicuntur contraria immediata, & non per negationem cuiuscunq; medij.

Cõtrarietas dupliciter.

F

G

Sc. lib. 2. dis. 15. q. vnica.

TERTIO sciendum, quòd priuatio est duplex; quædam est proprie dicta, quæ negat actum & potentiam seu dispositionem ad illum actum, vt cæcitas; & a tali non potest fieri regressus naturaliter: licet bene supernaliter. Etiam potest fieri regressus ad talem habitum naturaliter si deus cõcurreret secundum suam influẽtiam generalem: etiam ad eundem habitum numero. Alia est quæ solum negat actum & non potentiam seu dispositionem ad actum: vt quies negat motum & non dispositionem ad motum: & a tali bene potest fieri regressus naturaliter. Supponitur vltra, quòd habitus & priuatio habent fieri aliquando circa idem in eodem genere proximo; & isto modo talpa diceret cęca; qꝛ in quantũ animal est apta videre. Alio modo circa idem in genere remoto;

H

Sc. lib. 1. d. 28. q. 1. & 2. Et lib. 4. dis. 14. q. 3.

A moto; & sic planta bene diceretur cæca: quia in quantum vites nata est videre: & sic potest diffiniri cæcum. Vnde cæcū est animal non videns nec potens videre: & est de genere illorum, quorum aliquod natum est videre. Vel sic: cæcum est animal non videns tunc & taliter quō natum est videre. Dr̄ notanter tunc: quia licet catulus ante nonum diē non videat, tamen non dr̄ cæcus: quia tunc non habet tp̄s determinatum. Dr̄ notanter taliter quō: qa licet aliquis dormiat vel claudat oculos, tamen non est cæcus; quia non taliter natus est videre. Sed pro contradictorijs supponitur, ꝙ contradictoria sunt quorum vnum est positiuum & alterum implicans id cum negatione infinitante: vt homo, non homo. Vnde

B drīa est inter negationem infinitantem & priuantem: quia negatio infinitans simpliciter negat terminum non cum aptitudine ad aliquem actum; & vocatur secundum Scotum negatio extra genus. Sed negatio priuans negat terminum cum aptitudine ad actum: & cæcitas negat visum cum aptitudine ad subiectum: & vocatur per Scotum negatio in genere. Et aduerte, quòd quando dicitur necesse est alterum contradictoriorum esse verum & alterum falsum: dicunt aliqui ꝙ hoc debet intelligi de contradictorijs complexis: quia contradictoria incomplexa non sunt vera neq; falsa; Sed quia Arist. non videt hic loqui de oppositione complexa sed incomplexa: ideo potest sic exponi; Necesse est alterum esse verum & alterum esse falsum.i.necesse est alterū verè enunciari & alterum falsè de

C quolibet singulari singulariter & vniuocè tento, diuisim & copulatiuè mediante copula non ampliata. Et dr̄ notāter singulari; quia de aliquo cōi p̄t vtrunq; verè dici: vt homo est albus: hō est non albus. Dr̄ notanter vniuocè tento: quia si sint duo vocati hoc nomine sortes, quorū vnus sit albus & alius niger: tunc istę sunt veræ: sortes est albus, sortes est non albus. Et dr̄ notāter diuisim: quia copulatim & disiunctim possunt de aliquo singulari verè dici: vt de scuto pro media parte albo & pro media parte nigro verum est dicere hoc est album: hoc est non album. Etiam de scuto totaliter albo verum est dicere, hoc est album, vel non albū: & huius rō

D est: quia disiunctum ex contradictorijs supponit pro quo licet entę mundi: ideo tale disiunctum potest dici de quolibet ente mundi.

QVARTO sciendum, ꝙ circa textū incidunt aliquæ difficultates. Prima: vtrum ista sit vera vel falsa: necesse est alterū contrariorum immediatorū inesse suo proprio susceptibili. Et vr̄ quòd non: quia illa indefinita est falsa, cuius nulla singularis est vera: sed sic est quòd istius indefinitæ nulla singularis est vera: igitur. Respondetur breuiter quod aliqui dicunt illam esse falsam propter rationem factam, Dicunt tamen alij, quod ipsa est vera, & ꝙ non est inconueniens aliquā particularem vel indefinitam esse veram: cuius nulla singularis est verra; cuiusmodi est ista, alterum

An alterū cōtrariorū necessario insit.

E contradictoriorum contingentium esse verum, est necessariū: ipsa est vera; & tamē nulla singularis est vera. Dicunt etiam quòd aliqua vniuersalis est impossibilis; cuius quælibet singularis est possibilis; vt demōstratis duobus contradictorijs contingētibus ipsa est impossibilis; vt puta ista vtrunq; cōtradictoriorum contingentium est verum; tamen quælibet singularis est possibilis. Alia difficultas quę albedo opponitur nigredini. Respondetur quòd omnis albedo perfecta est omni nigredini perfectæ contraria, & tunc debet exponi illa auctoritas. Cōtraria sunt quæ nata sunt fieri circa idem subiectum, hoc est dictu, quòd formæ cōtrariæ possint esse successiuè in eodem subiecto vel sibi simili. Ex quo

Qua albed. opponitur nigredini.

F sequitur, quòd ad hoc quòd aliqua sint contraria, sufficit quòd ipsa vel sibi similia possint se expellere ab eodem subiecto. Alia difficultas vtrū ista sit vera, impossibile est ignem esse frigidū & niuem nigram. Respondetur quòd si ly impossibile accipiatur vt opponitur potentiæ naturali, tunc illę sunt verę. Nam per naturam ignis non potest esse frigidus, neq; nix nigra, cum hoc tamen stat quòd caliditas ignis sit separabilis ab igne, quia separabilitas à subiecto est passio caliditatis; ergo conuenit omni caliditati: & per consequens conuenit caliditati ignis. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Dubit.

Art. 2. DVBITATVR primo, vtrum alia postprædicamenta ab oppositione sint sufficienter posita. Pro cuius solutione supponitur, primo quòd per Prius

G postprædicamentum potest intelligi aliud postprædicamentū, quod vocatur posterius: & tot modis potest dici posterius quot modis dicitur prius. Et aduerte pro primo modo prioris quòd illud dicitur prius tempore alio quod tempore priori prius eo existit vel existebat. Ex quo sequitur, quod aliquid dicitur prius tempore alio quod non existit. Aduerte ex quintomodo prioris, in quo dicitur quòd orationem esse veram, & ita esse in re conuertuntur adinuicem: hoc debet intelligi si propositio exprimens taliter esse in re, formetur: vt bene sequitur propositio est vera: ergo ita est in re. Item bene sequitur: ita est in re: ergo propositio est vera supple si formetur: nam potest esse ita in re dato quòd propositio

An alia postprædicamenta ab oppōne sint bene assignata.

H non formetur, quo facto ita erit in re: & tamen propositio non erit vera: nisi intelligeretur obiectiuè. i. causa verificabilis propositionis est. Sed pro secundo postprædicamento est aduertendum quod illa non dicuntur esse simul tempore, quæ existunt in eodem tempore: quia tunc omnia essent simul tempore, cū omnia existant in eodem tēpore: sed dicuntur aliqua esse simul tempore, quæ simul sunt in eodem tempore: & quorum vnum non fuit ante aliud secundum tempus. Aduerte pro secūdo modo quod si quis arguat: causa & causatum sunt simul natura secundum modum: & tamē vnum est causa alterius; igitur. Similiter diceretur de patre & filio. Respondetur quòd causa & causatum possunt capi dupliciter.

A citer. Vnomodo pro denominato.f.pro significato materiali:& sic non sunt simul natura: & tunc vnum est bene causa alterius. Aliomodo pro per se significato: & sic bene sunt simul natura,& vnum . non est causa alterius. Aduerte etiam, quòd tot possũt esse modi simultatis quot sunt modi prioris: tamen philosophus enumerat solum illos modos,qui faciunt ad cognitionem aliqualem prædicamentorum habendam. Sed ꝓ quarto postprædicamento est aduertendum, quòd quando dr̃ quòd sex sunt species motus: ibi capitur motus largè vt se extendit ad omnem mutationem, siue sit successiua siue instantanea:& sic generatio & corruptio sunt bene motus. Aduerte vlterius,
B ꝙ sicut sunt duo motus ad q̃titatem,f. augmentatio & diminutio; ita etiam sunt duo motus ad qualitatem,quorum vnus est acquisitiuus & alter deperditiuus, qui importantur per istud nomen Alteratio propter penuriã vocum. Possunt etiam esse duo ipsius loci mutationis. Aduerte etiam,quòd per augmentationẽ & diminutionem intelliguntur duo alij motus.f. rarefactio & condensatio. Aduerte vlterius: ꝙ duplex est augmentatio: quædã est mathematica,quæ fit quotienscunque aliquid additur alteri: & talis bene potest fieri sine alteratione: sicut exemplificatur in textu de Gnomone addito quadrangulo. Alia est Physica:& talis non fit nisi per conuersionem nutrimenti in substãtiam aliti: & talis non fit sine alteratione. Sed pro quinto postprædicamento est aduerten-

dum,ꝙ modi habere sunt in diuersis prædicamentis: & propriè sunt in illo prædicamento, in quo est res habita. Primus modus: qui est habere affectum, idest qualitatem, quod idem est quòd esse quale,est in prædicamento qualitatis: & habere q̃titatem quod idem est, ꝙ esse quãtum:est in prædicamento quantitatis:& sic de aliis. C

Oppositio an sit genus.

DVBITATVR secundo, vtrum oppositio sit aliquid vniuocum ad quatuor oppositiones. Et videtur ꝙ sic: quia prædicatur de ipsis vniuocè: & dr̃ quòd quatuor sunt oppositionis species; quod non esset nisi oppositio diceretur vniuocè de ipsis. Pro solutione supponitur, quòd oppositio non est aliquid vniuocum ad quatuor oppositiones: quia nihil est vniuocum ad ens reale & ens rationis: sed D sic est quòd ipsarum oppositionum quædam sunt reales, quarum extrema sunt realia realiter distincta: cuiusmodi sunt oppositio contraria & relatiua. Aliæ sunt oppositiones rationis, scilicet contradictoria & priuatiua. Et non dñr rationis eo, ꝙ sint secundæ intentiones: quia cessante operatione intellectus visus & cæcitas opponerentur. Sed dicuntur rationis: quia alterum extremum non est ens reale: ideo dicuntur rationis: quia ipsis deficit vna conditio relationis realis: puta quòd extrema sint entia realia. Ex isto sequitur quòd oppositio nõ importat aliquid commune vniuocum ad illas quatuor oppositiones,nec prædicatur de ipsis nisi æquiuocè. Vnde oppositio non est aliud quàm repugnantia aliquorum.

Scot. in quodl. q. 4.

E quorum quantum ad hoc quod est esse, vel dici de aliquo simul & respectu eiusdem. Et si quis dicat: nonne ad oppōnē contrariam & relatiuam est aliquid cōmune vniuocum? Dico ꝙ sic: sed illud nō est oppositio in sua cōitate, sed tantum oppō realis: & etiam aliquid est cōmune vniuocum ad alias duas oppōnes. .s.oppō rationis. Sed aliquis iterum quęret, cum cōtrarietas sit repugnantia realis, quæ repugnantia non est nisi relatio vel respectus: utrum contrariū vel contraria sint relatiua æquiparantiæ vel disquiparantiæ. Rñdetur, ꝙ disquiparantiæ. Et si qs dicat nominantur eodem nomine, quia contrarium contrarij contrarium. Respondetur quòd, hoc non sufficit, sed requiritur

F ꝙ referantur adinuicem sm eandem rationem fundandi quę nō est inter duo cōtraria. Sed de oppositione contradictoria duę sunt difficultates. Prima: vtrum omnia contradictoria ęqualiter repugnant. Respondetur breuiter ꝙ sic; quia impossibile est quæcunq; duo extrema adinuicem contradictoria de aliquo singulari singulariter & vniuocè tento diuisim & mediante copula non ampliata verè affirmari & negari: ideò dicūtur æqualiter repugnare. Secunda difficultas: vtrum inter omnia contradictoria sit maxima distātia: sic quòd omnia contradictoria maximè distent adinuicem. Respondetur, quòd non inter omnia contradictoria est maxima distantia, sed dico quòd inter contradictoria est tanta distantia quantum est extremum positiuum. Vnde si extremum positiuum sit ens infinitum talis distantia erit infinita, sed si extremum positiuum sit finitum, talis distantia erit finita. Vnde est aduertendum quòd duplex est distantia .s. positiua & negatiua. Positiua est tanta, quantum est medium inter duo extrema, sicut distantia inter duos parietes. Sed distantia negatiua est cuius alterum extremum est negatiuum: & ista est tanta quantum est extremum positiuum: nam mensuratur talis distantia & cognoscitur & accipitur secundum extremum positiuum perfectius.

G

DVBITATVR tertio, circa prædicamēta: in quo prædicamento sunt isti termini Picardus Picardia, Burgūdus Burgundia, Gallus Gallia, Francus Francia. Pro solutione supponitur quòd quatuor sunt modi cōcretorum. Primus est: quando concretum aliquid significat de significato minus principali seu materiali, pro eodem supponit pro quo non supponit abstractum, neq; illud significat, vt album albedo, iustum iustitia: & istiusmodi multæ sunt species. Prima: quando concretum supponit pro subiecto & abstractum pro forma realiter in subiecto inhærente, vel econtra. Exemplum primi: vt iustū iustitia: iustum supponit pro subiecto & iustitia ꝓ forma realiter inhærente illi subiecto. Exemplum secundi: vt ignis igneus: ignis supponit pro subiecto & igneus supponit propriè pro calore: calor enim est igneus, sed non est ignis. Secunda species est: quando concretum accipitur vel supponit pro

Sco. li. 4. d. 1. q. 1. in sol. secunda rōnis Thom.

Dubit.

Scot. vbi supra.

H

Isti termini Frācus Frācia, Picard', Picardia, &c. in quo pdicamento sunt.

A pro composito, & abstractum pro parte essentiali illius compositi vel econtra. Exemplum primi: vt animatum animatum: animatum.n.supponit pro toto cõposito: & anima pro parte eius. Exemplum secundi: vt homo humanus: homo est abstractũ supponens pro toto composito: & humanus concretum supponens propriæ pro anima: ista ꝓpriæ debet cõcedi anima est humana & non homo: q̃nq; est humanus supponit pro effectu hominis, vt homo opus est humanum. Vnde humanus vnomodo idem est, ꝙ pars essentialis hominis: & sic ista conceditur, anima est humana. Aliomodo idem est ꝙ res producta ab homine: & sic conceditur ista, hoc opus est humanum.i. est res ꝓducta ab homine. Tertia spe-
B cies est: quando concretum supponit pro locato vbi abstractum supponit pro loco: vt Picardus pro locato supponit Picardia pro loco: conceditur.n. Ioannes est Picardus & non Picardia. Alius modus ponitur ab aliquibus: quando abstractum ex impositione, vel vsu loquentium includit aliquod syncategorema, quod non includit con-
Sco. li.1. d.5.q.1. cretum: vt humanitas includit istud syncategorema per se, vel necessario: ideo quando dicitur humanitas currit, idest per se, vel necessario currit. Alius modus est: quando abstractum non potest supponere nisi pro multitudine vel pro pluribus simul sumptis, & cõcretum illius abstracti natum est supponere pro vno illius multitudinis; vt sunt plebs plebeus populus popularis: populus supponit pro multitudine, & popularis pro
C vno illius multitudinis. Vnde
Isti termi grex, populus, &c. quo capiutur. aduerte, quòd isti termini grex, plebs, populus, possunt capi pro multitudine & hoc dupliciter. Vnomodo pro multitudine constituta ex vnitatibus accidentali bus continuorum diuisorum ad inuicem: & sic sunt in prædicamento quantitatis, sicut numerus. Aliomodo pro multitudine constituta ex proprijs vnitatibus illarum rerum: & sic non sunt in prædicamento. Aliomodo possunt capi, vt importãt respectum ad ducem vel eorum superiorem: & sic sunt in prædicamento ad aliquid: & isti termini, Magister Baccalaureus, Doctor, & sic de alijs: possunt capi dupliciter. Vnomodo vt important respectum quasi superpositionis: & sic sunt in prædicamento ad aliquid. Aliomodo
D accipiuntur, vt important qualitatem acquisitam: & sic sunt in prædicamento qualitatis. Sed isti termini, Picardus Germanus; & alij termini concretorum ponuntur in eodem prædicamento sicut & sua abstracta. Vnde Picardia importat locum vel vbi. ideo est in prædicamento vbi: & sic Picardus Germanus erunt in prædicamento vbi Possunt tamen accipi quandoq; vt dicunt ordinem partis terræ ad totam terram & sic significant positionẽ.
Dubiũ. Sed quæreret aliquis in quo prædicamento ponuntur verba & participia. Respondetur ꝙ verba & participia sunt in diuersis prædicamentis ſm ꝙ diuersa significant de significato principali: vnde si verbum importet qualitatem: vt amo, volo, intel-

ligo,

E ligo, sunt in prædicamento qualitatis. Si actionē, sunt in prædicamento actionis. Vnde aduerte, ꝙ ista verba impersonaliter sumpta. s. interest, refert, & est vt important pertinentiam, sunt in prædicamento ad aliquid. Et hęc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis: Post prædicamenta, & eorũ acceptiones sunt sufficienter assignata à philosopho; vt patet in quæstione. Art. 3. Ad rationes. Ad primam patet solutio, & etiam quomodo albedo opponitur nigredini, quæ est. Ad secũdam, patet solutio: quia quilibet locus sursum & locus deorsum opponuntur adinuicem. Ad tertiam visum est etiam ꝙ licet relatiua pro per se significatis sint simul natura: tamen cum hoc F stat ꝙ opponuntur relatiuè: q̃a non possunt verificari de aliquo simul & respectu eiusdem. Et ẽt patet quomodo pater pro denominato est conseruatiuus filii: G sed non pro significato formali. Ad quartam dicitur ꝙ habitus opponitur suæ priuationi: vt visus cæcitati, quæ non est, nisi negatio talis habitus in subiecto apto nato. Et quando dicitur vel visus Petri opponitur cęcitati Ioannis vel alicui alteri. Respondetur, ꝙ visus Petri opponitur priuatiuę omni cæcitati: quia omnis cæcitas vel sibi similis in specie nata est fieri circa idem subiectum: neq; oportet priuationem esse aliquid adhoc ꝙ opponatur habitui: quia nõ opponuntur oppositione reali, sed rationis. Ad quintam patet solutio. Et dr̃ vltra ꝙ istæ duæ propositiones, chimera est ens, chimera est non ens, sunt contradictorię quantum ad extrema, sed non quantum ad modum enunciandi. H

A # ARISTOTELIS C

STAGYRITAE

SVMMI PERIPATETICI

Liber Περὶ Ἑρμηνείας. hoc est de Interpraetatione.

Quem apud Latinos inoleuit vsus, partiri in duos.

PRIMVM oportet cõſtituere q̃d ſit nomen quid verbũ: deinde quid eſt negatio & affirmatio & enunciatio & oratio. Sunt igitur B ea, quæ ſunt in voce, earum q̃ ſunt in anima paſsionum notæ: & ea quæ ſcribuntur, eorũ quæ ſunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus ſunt eædem, ſic nec eædem voces &c.

Diuiſio libri. ISTE eſt liber Peri hermenias Ariſ. qui diuiditur ĩ duos libros partiales. In primo determinatur de enunciatione. Et diuiditur in procemium & tractatum. Procemiũ diuiditur in tres partes. In prima oſtendit, de quibus determinandum eſt in hoc libro, & ea enumerat: dicens ꝙ oportet primo conſtituere quid ſit nomen, & quid verbum: poſtea quid affirmatio, & quid negatio .i. oratio affirmatiua & oratio negatiua, & quid enunciatio, & quid oratio. In ſecunda parte ibi. Sunt igitur ea quæ ſunt in voce: intendit docere ordinationem eorum, quę ſignificant & ſignificantur, dicens ꝙ ea quæ ſunt in voce, ſunt D earum quę ſunt in anima paſsionum notæ: & ea quę ſcribuntur, ſunt notæ eorũ quæ ſunt in voce. Eſt autem conuenientia inter voces & ſcripturas: quia ſicut literę non ſunt eædem apud omnes: ſic nec voces ſunt eædẽ apud omnes. Eſt autem conuenientia inter paſsiones animæ & res ad extra: quia ſicut res ad extra ſunt eędem apud omnes: ita paſsiones animæ ſeu cõceptus, qui ſunt naturales ſimilitudines rerũ, ſunt eædem apud omnes. In tertia parte ibi: Eſt autem quemadmodum in anima &c. intendit hanc diuiſionem. Vocum quædam ſunt complexæ, verum vel falſum ſignificantes: vt enunciationes. Quædam vero incomplexæ, verum vel falſum non ſignificãtes: vt nomina & verba: & quẽadmo-

E admodum in anima aliquis est intellectus .i. conceptus simplex qui est sine vero & falso: alius vero qui significat verum aut falsum: sic etiam in voce. secundam partem primæ partis declarat quia circa compositionem & diuisionem intellectus est veritas & falsitas. secundam partem declarat quia nomina, & verba sine compositione & diuisione sunt similia intellectui qui est sine vero & falso: quia hõ. vel album: si sibi non addatur aliquid, non significat verum aut falsum: quod probat per locum à maiori: quia licet hoc nomen Hircoceruus aliquid significet: tamen non significat verum aut falsum, nisi sibi addatur aliquid puta verbum.

H *An scripturæ ad placitum significent voces &c.*

QVAERITVR Vtrũ scripturæ ad placitum significent voces: & voces passiones animæ: & passiones animæ naturaliter significent res. Arguitũ primo quòd non: quia scripturæ non supponunt pro vocib9, neque voces pro passionibus: sed ambo supponunt pro rebus: ergo scripturæ ad placitum non significant voces, neq; voces cõceptus animæ. Secundò sic: Si voces significarent passiones, & passiones significarent res, sequeretur primo ꝙ voces non possent repræsentare contraria conceptibus: sed consequẽs est falsum, sicut patet de his qui mẽtiuntur. Sequeretur secundo ꝙ omne signũ vocale aut scriptũ significaret accidens, cũ omnis conceptus sit accidens. Sequeretur tertio, quòd omnes propositiones essent falsæ, in quibus enunciatur aliquis actus realis de subiecto, sicut hic: sortes currit: quia talis actus non potest inesse conceptu: quem significat subiectum. Tertiò sic: Cõceptus non intelligitur: ergo non significatur: tenet consequẽtia: quia significare est intellectum de re constituere. Antecedens patet: quia tales cõceptus non sentiuntur: ergo non intelliguntur. Quarto sic: Scripturæ & voces sunt eædem apud omnes: ergo scripturæ significant naturaliter. Antecedens patet, quia scripturæ & voces sunt res: sed res sunt eædem apud omnes vt vult philosophus in textũ. Quintò sic: Impossibile est idem accidens numero esse in diuersis subiectis: sed conceptus est accidens: ergo impossibile est conceptus animæ esse idem apud omnes: & per consequens male dicit philosophus in textu ꝙ conceptus sunt idem apud omnes. In oppositum arguitur auctoritate philosophi in text. In quæstione sicut in cæteris erunt tres articul. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd aliqua vox dr̃ significatiua dupliciter. Vnomodo largè: quia ipsa repræsentat vel nata est repræsentare aliquid potentiæ cognitiuæ, siue illud aliquid sit ipsamet vox siue aliquid aliud: & sic omnis vox mundi diceretur significatiua. Aliomodo vox dicitur significatiua strictè: quia ipsa repræsentat vel nata est repræsentare potentiæ cognitiuæ ex significatione vel impõne, quã actu habet, aliqd vel aliqua vel

Arti. 1.

Vocis significatiua acceptiones.

A vel aliqualiter, aliud vel alia à se, à sibi simili, & à suo prolatore, nisi alterum illorũ fuerit impositum ad significandũ eam vitaliter immutando; & isto modo vox dr̃ significatiua. Dr̃ notanter aliquid, propter terminos categorematicos numeri singularis non collectiuos: vt hõ. Dr̃ notanter aliqua, propter terminos collectiuos & etiam pp terminos æquiuocos qui significãt plura. Dr̃ notanter aliqualiter, pp syncategoremata quæ non significant aliquid, sed solũ aliqualiter. Ex quo sequitur ꝙ multæ sunt voces significatiuæ q̃ nihil significant: vt sunt syncategoremata vt omnis, nullus, quidam. Dicitur notanter aliud à se; quia omnis uox significat se naturaliter cõiter. Dicitur etiã aliud à suo prolatore: quia om- B nis vox dicitur quodammodo repræsentare suum prolatorem si talis prolator prius fuerit cognitus. Dicitur notanter nisi imposita fuerit ad significandũ alterum illorum: quia ista vox Petrus potest repræsentare Petrum qui erit prolator eius, & ad placitum: quia fuit imposita ad significandum talem prolatorem: & proportionabiliter dicatur de voce nõ significatiua. Vnde vox non significatiua est illa, quæ nec repræsentat nec nata est repræsentarere aliquid vel aliqualiter, aliud à se & à sibi simili & à suo prolatore, nec alterum illorum significat ex impositione. Aduerte vltra, ꝙ vox dicitur significatiua dupliciter. Vnomodo naturaliter: aliomodo ad placitum. Vnde vox significatiua naturaliter est illa q̃ quicquid vni repræsentat hoc cuilibet alteri nata est repræsentare, dato etiam ꝙ circa ipsam C non fuisset facta impositio. Ex quo sequitur ꝙ si ista vox homo per totum mũdum significet hominem, adhuc non significaret naturaliter; quia si circa illum terminum non fuisset facta impositio, non significaret hominem per totum mundum. Sed vox significatiua ad placitum, est illa, quę significat vel nata est signare ex impositiõe quã actu habet illud, quod primus instituens per eam aut aliam sibi similem vel consimilem voluit significari.

SECVNDO sciendum, ꝙ vt ex supradictis patet, termin⁹ dr̃ significare dupliciter. Vnomodo ad placitũ: aliomodo naturaliter: & vtroq; istorum modorum terminus dr̃ adhuc dupliciter significare; nã termin⁹ D dr̃ significare ad placitum dupliciter. s. vltimate & nõ vltimatè. Vnde terminus vocalis dr̃ significare ad placitum non vltimate terminum scriptũ sibi synonimũ: vt ista vox hõ sigñat ad placitum nõ vltimate illud scriptũ homo. Dñt etiam aliqui de termino vocali & scripto, ꝙ significant ad placitum non vltimate conceptum vltimatũ, mediante quo significat rem ad extra: & hoc est capere multum largè significare. Sed terminus vocalis & scriptus dicũtur sigñare ad placitum vltimate rẽ ad extra, ad quã talis termin⁹ imponitur ad significandum. Similiter termin⁹ dr̃ sigñare dupliciter naturaliter. s. naturaliter cõiter, & naturaliter ꝓpriè. Vnde qlibet terminus immo & qlibet res sigñat se naturaliter cõiter. Sed terminus

Sco. li. 2. d. 27. in sol. 2. ar. ante oppos. ad q. primam.

B nus dicitur significare naturaliter proprie, illud quod represen tat formaliter seipso & non mediante alio: & sic significare naturaliter propriè præcisè conuenit notitijs vel conceptibus ipsius animæ; quia nihil aliud re præsentat suum significatum nõ mediante alio. Ex istis patet ꝙ duplex est significatũ.s. vltimatum & non vltimatum. Vltimatum est illud quod significat terminus ad placitum vltimatè; vel naturaliter propriè: sed significatum non vltimatum est ipsemet terminus vel sibi similis in voce vel in scripto vel æquiualens in mente. Ex quo sequit, ꝙ iste terminus Ens significat se conceptu vltimato & cõceptu non vltimato: nam ille terminus Ens conceptu generalissimo, significat omne existens ad

F placitum vltimatè: & cum ille terminus ens sit quoddam existens, significat seipsum ad placitum vltimate. Similiter ille terminus Ens vno alio cõceptu speciali significat se præcisè, & alios terminos sibi similes naturaliter communiter, sicut quælibet res mundi significat se naturaliter communiter mediante vno, cõceptu qui est similitudo naturalis sui ipsius. Ex quo patet, quòd isti termino ens correspondet duplex conceptus.s. vltimatus quo mediante ad placitum significat omne existens, & non vltimatus mediante quo significat se & terminos sibi similes, naturaliter communiter: & similiter est dicendum de quolibet alio termino significatiuo ad placitum. Ex quo patet, ꝙ vltimatum & non vltimatum nõ opponuntur contradictoriè, sed magis relatiuæ.

G TERTIO sciendum, quòd signare nõ est aliud quàm potẽtiæ cognitiuę aliquid vel aliqua vel aliqualiter principaliter vel instrumentaliter repræsentare: vel esse formaliter cognitionem rei vel modum cognoscendi rẽ. Et dicitur notanter, vel esse formaliter cognitionem rei, propter conceptus vltimatos, qui significant naturaliter res, & sunt formaliter cognitiones rerum. Vnde significare est duplex.s. significare naturaliter & ad placitum. Vnde significare naturaliter est suum significatum significare ex natura propria, vel ex naturali conditione suæ naturæ: & istud est duplex vt visum est supra. Sed significare ad placitum est repræsentare suum significatum ex impositione vel vsu voluntario. Aduerte ꝙ repsentare in proposito non est aliud quàm concurrere principaliter vel instrumẽtaliter ad formationem conceptus. Vnde ista vox lapis, significat lapidem: & reprçsentat lapidem.i. instrumẽtalitar concurrit ad causandum conceptum de lapide. Et dr̃ notanter instrumentaliter: q̃a deus & intellectus dicuntur concurrere principaliter: ideo possunt dici repræsentare principaliter. *Sco. li. 4. d. 1. q. 4.*

H Sed dubium est quomodo intelligitur quòd cõceptus sunt ijdẽ apud omnes & non voces neq; scripturæ. Dico, quòd hoc põt intelligi dupliciter. Vnomodo quòd aliquid vnum & idem nu mero sit realiter præsens ꝑ realem existentiam omnibus: & sic non intellexit Arist. Aliomodo potest intelligi, quòd aliquid sit idem apud omnes, hoc est oẽ *Dubiũ.*

A illud quod vni repræsentat, cuilibet alteri natum est repræsentare: & hoc modo intellexit Philosophus: & est verum, ꝙ passiones, id est conceptus animæ sunt eædem apud omnes: hoc est passiones sunt talis naturę quòd omne illud quod vni repræsentant naturaliter ꝓpriè, cuilibet alteri natæ sunt repræsentare. Dr̄ notanter naturaliter propriè: quia passiones q̄ sunt naturales similitudines vocum vel scripturarum, non omne illud quod vni significāt naturaliter vel ad placitum cuilibet alteri significant. Ex quo sequitur, quòd voces & scripturæ non sunt eædem apud omnes: quia ex impositione quàm actu habent non sunt natæ repræsentare idem cuilibet, quod vni repræsentant.

B *An vocis significatiua significēt conceptus ad placitum non vltimati.*

QVARTO sciendum, ꝙ circa prædicta incidit vna difficultas, vtrum voces significatiuæ significent cōceptus ad placitū non vltimate. Respondent aliqui quòd voces significant ad placitum non vltimate conceptus mediantibus quibus tales voces significant rem ad extra: vt iste terminus Petrus significat ad placitum non vltimate illum conceptum.i.illam notitiā mediante qua ista vox Petrus repræsentat illam rem, quæ est Petrus: & hoc volunt esse de mente Arist. in tex. quia dicit ꝙ voces sunt sigñatiua earū passionum quę sunt in anima, quæ passiones non sunt nisi conceptus. Vnde aduerte ꝙ vox significatiua habet duplicem conceptū: vnum mediatè quo significat rem ad extra: & talis cōceptus non est nisi notitia rei significatæ

Sc. lib. 4. d. 1. q. 4.

C tæ per talem vocem habet aliū conceptum qui est notitia illius met vocis, & talem non significat vox, sed alium qui dr̄ conceptus vltimatus: primus dr̄ conceptus vltimatus, alius dr̄ non vltimatus. Respondetur secundum Scot. quòd vox significatiua ad placitum significat rem ad extra: & non conceptum: vt iste terminus Ioannes significat illam rem quæ est Ioannes, mediante tamen conceptu illius rei & non significat illum conceptum: quia non videtur ꝙ terminus fuerit impositus ad significādum illum conceptum. Etiā illa vox non constituit intellectum de illo conceptu: quia illa vox potest mihi repræsentare rem dato ꝙ non cognoscam illum conceptum. Item talis vox non vr̄ vnquam supponere pro illo conceptu, immo supponit ꝓ rebus ideo ad Arist. in tex. dicit, ꝙ illa auctoritas nolebat aliud habere, nisi ꝙ voces significant res ad extra mediantibus conceptibus: & si primi velint taliter intelligere puta voces significāt conceptus, id est significant res mediantibus conceptibus, bene dicunt. Vnde est aduertendum ꝙ voces & scripturæ subordināntur conceptibus.i. non significāt rem nisi mediantibus conceptibus: vt iste terminus lapis nunquam significaret lapidem nisi quis habeat conceptum de lapide. Similiter ille terminus scriptus lapis, nunquam significaret lapidem nisi haberem notitiam de lapide. Sunt.n. signa secundum Sco. subordinata in significando: & hoc volebat habere Arist. Dicunt etiam aliqui ꝙ scripturæ subordinantur vocibꝰ,

Sco. li. 1. d. 17. in sol. 2. ar. ante opp. fin. q. 1

D

Scot. vbi supra.

B cibus.i.nõ significant sua significata nisi mediantibus vocib⁹: sed hoc est falsum. Nam dato quòd nunq̃ esset vox, nihilominus scripturæ repræsentarêt sua significata mediantibus conceptibus: & hoc maxime si cognoscantur significationes illarum scripturarum: & hęc de primo art. Quantum ad secundum.

Arti. 2. Dubitatur primo, vtrum enunciatio sit subiectum attributionis huius scientiæ. Et videtur quòd non, quia cuiuslibet scientiæ subiectum, debet esse quid incomplexum: sed enunciatio non est huiusmodi. igit. Secundo sic: de subiecto scientiæ debet præsupponi quid est, & quia est in illa scientia, cuius est subiectum: sed de enunciatione non præsupponitur, quid est in hac scientia: igitur non est

An enũciatio sit subiectũ lib. Peri hermen.

F subiectum in hac scientia. Item subiectum cuiuslibet scientiæ debet verificari de principaliter consideratis in illa scientia: sed enunciatio non est huiusmodi: igitur. Non enim verificatur de nomine & verbo: cum istæ non sint veræ, verbum est enunciatio, nomen est enunciatio. Item interprętatio est subiectum huius scientiæ: nam isti libri dicuntur libri Peri hermenias.i.de interpretatione. Pro solutione supponitur, quòd interprętatio capitur multipliciter. Vnomodo impropriè & largè pro deriuatione dictionis ab alia dictione vel oratione conueniente secum in litera vel syllaba: & istomodo dr̃ ꝙ lapis interp̃tat̃ quasi lędens pedes: & ista põt esse multiplex.s. lr̃alis, syllabalis & dictionalis: vt visum est in summulis in quinto tracta. Aliomõ capitur pro oratione conuertibiliter & synonime exprimente quid qualitatis & qũo per terminũ significatur, & de ista etiã visum est in summulis. Et istis duobus modis non capitur hic interprętatio, cum dr̃ quòd isti libri sunt de interpretatione. Aliomodo capit̃ interprętatio, vt conuertitur cum enunciatione; & istomodo capit̃ hic. Pro quo est aduertendum, ꝙ enunciatio capitur dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter.s. ꝓ orõne composita ex subiecto p̃dicato & copula: & sic non est subiectum, cũ talis sit quid cõplexũ. Secũdomodo capitur secũdę intentionaliter vt importat secũdã intẽtionẽ attributã propõni mẽtali, vocali, vel scriptę: & sic est quid, incomplexum, & est subiectum huius scientiæ. Et si quis dicat, enunciatio est hic subiectũ cuius nomen & verbum sunt partes: sed nomen & verbũ non sunt partes illius secundæ intentionis: sed sunt partes enũciationis captæ primæ intẽtionaliter: igr̃. R̃ndet̃ ꝙ non oportet ꝙ nomen & verbũ sint partes enũciationis, vt est subiectũ huius sciẽ, nisi hoc esset in actu signato, di cendo enũciatio cõponit̃ ex nomine & verbo: sed bene oportet ꝙ nomen & verbũ sint partes enunciationis captæ primæ intentionaliter. Ad rationes; Ad primam patet solutio. Ad secundam dr̃, quòd de subiecto scientię debet præsupponi quid est, & quia est in processu demonstratiuo categorico: sed non in processu hypotetico vel inquisitiuo. Ad aliam dicitur ꝙ non oportet subiectum alicuius scientiæ verificari de omnibus considerati

G

H *Sc. 6. metaph. q. 3. Et l. 1. d. 3. q. 4. parũ post principiũ sc̃d'i art.*

Sco. li. 4. d. 8. q. 1.

deratis

A deratis in illa scientia saltem in recto: sed sufficit ꝙ alia habeāt attributionem ad ipsum tanquā ad principaliter consideratum in illa scientia. Ad quartam patet solutio.

An veritas vel falsitas cōsistat ī sola cōpōne, vel diuisione intellectus.

DVBITATVR secundo, vtrum in sola compositione vel diuisione intellectus sit veritas vel falsitas. Pro cuius solutione supponitur, quòd philosophus per compositionem non intellexit aliud quàm propositionē mentalem affirmatiuam: & per diuisionem intellexit propositionem mentalem negatiuam: ita quòd est sensus: in sola compositione vel diuisione intellectus est veritas vel falsitas.i.in sola propositione mentali est veritas vel falsitas tanquam in suo fundamento, quę supple propositio dicitur vera vel falsa. Vnde B veritas propositionis non est nisi cōformitas propositionis mētalis ad eius significatum, sic videlicet ꝙ quando est ita in re sicut per propositionem mentalem significatur significatione totali: tunc propositio mentalis est vera. Sed falsitas propositionis est difformitas propositionis mentalis ad eius significatum: ita quòd quando non est ita in re sicut per propositionem mentalem significatur significatione totali; tunc propositio mentalis sic significans est falsa. Et siquis dicat propositio vocalis & scripta dicuntur verę & falsę, sicut propositio mentalis: ergo in ipsis est veritas vel falsitas sicut in mentali, & per consequens non in sola propositione mentali. Respondetur, ꝙ propō vocalis non dr̄ vera, neq; falsa denoīatione intrinseca; sic ꝙ veritas vel falsitas sint in ipsa: sed C solū denoīatione extrinseca, sic videlicet ꝙ subordinatur propōni mentali verę vel falsæ: Et siquis dicat propō vocalis nunq̄ subordinatur propositioni mentali: quia vel esset quando subiectum profertur vel prędicatum vel copula: sed nullum illorum est dicendum: quia quando subiectum profertur, intellectus nō format adhuc mentalē, sed solū in vltimo instanti suæ prolationis & tunc non est plus ꝑpō vocalis Respondetur, sicut aliàs visum est.s. ꝙ nulla ꝑpō vocalis de rigore sermonis est vera vel falsa, sed solū de cōi usu & institutione logicorum accipientiū ipsum ac si omnes partes eius essent simul: sic etiam de rigore sermonis nulla propō vocalis subordinatur propōni mentali, sed solum de cōi vsu & insti D tutione logicorum vtentium ea, ac si omnes partes simul esset. Ex quo sequitur, quòd si nulla propō mentalis esset, nulla vocalis esset vera neq; falsa: quia si nulla mentalis esset, nulla vocalis significaret: ergo non significaret, neque verè, neque falsè. Ex quo sequitur, quòd si propositio vocalis significet verum uel falsum, hoc solum est mediante mentali cui subordinatur.

Sc. 6. metaph. q. 3. & lib. 1. d. 3. q. 4. art. 2.

An veritas vel falsitas distinguantur a propone mentali.

DVBITATVR tertio, vtrum ueritas & falsitas sint res distinctę à propositione mentali, & uidetur quòd non: quia tūc sequeretur ꝙ per motum digiti mei possem immutare intellectū Angeli: & musca uolādo immutaret intellectus Angelorū: posito, quòd in mente Angeli sit illa propositio antequam moueam

B neam digitum digitus non mouetur. Quo facto si moueam digitum, immutabitur talis propositio de veritate in falsitatem: & hoc non est nisi per motum digiti. Secundò sic; sequeretur ꝙ aliqua res alia à deo posset esse, quam deus nō posset creare; nam ista propositio potest esse falsa, deus creat aliquid de nouo: aut ergo falsitas eius creatur à deo aut non. Si non habetur intētum, quòd aliquid à deo potest esse, quod deus nō potest creare: si sic: tunc arguitur sic: hæc falsitas fit à Deo: & hæc falsitas est aliquid: ergo aliqd aliud à deo fit de nouo, quòd deus non potest creare. Similiter diceretur de illa deus nihil creat, quæ potest esse vera: quo facto quæritur vtrum veritas illa creatur à deo vel non, & quocunq; modo dicatur, semper habetur ꝙ est aliqua entitas quam de⁹ de nouo non potest creare. Sed non obstantibus istis rationibus aliter dicit̄, ꝙ veritas & falsitas sunt accidentia respectiua, quæ sunt in propositione mētali tanquam in fundamento, & in intellectu tanquam in subiecto, & ab ipsa propōne mentali realiter distincta: quia vnum potest esse alio non existente: vt veritas potest desinere esse, pro pōne mentali remanente. Et ad rationes: Ad primam dicit̄: quòd non est inconueniens per motum digiti mutare intellectū angelorum quantum ad aliquid respectiuum: immo hoc videt̄ esse de mente Arist. cum dicit. ab eo ꝙ res est vel non est, dicit̄ oratio vera vel falsa: ergo ſm mutationem rei mutabitur propositio de veritate in falsitatem vel econtra: & hoc vr̄ velle in textu, cum dicit: in sola compositione vel diuisione intellectus ē veritas vel falsitas. Nam si veritas esset ipsa propositio mentalis, idem esset dicere in sola cōpositione est compositio. Ad secundam dicitur ꝙ deo nihil creante vel producente, nulla esset propositio de nouo: Nam impossibile est, quòd aliquis causet aliquam propositionem siue mentalem vocalem vel scriptam, nisi deus concurrat: & per consequens, si deus nihil crearet vel produceret, nulla esset propositio creata: & per consequēs nulla propositio esset vera vel falsa. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum. Scripturę & voces significant conceptus ad placitum non vltimatè, capiendo significare largè vt facit istum sensum, ꝙ voces & scripturæ significant res mediantibus conceptibus: & hoc satis visum est in quæstione. Et per hoc patet quid sit dicendum ad omnes rationes.

H

NOmen ergo est uox significatiua secundum placitū sine tempore cuius nulla pars est significatiua separata.

ISTA est pars executiua huius libri, quæ diuiditur in duos tractatus partiales. In primo determinat de partibus integralibus enunciationis & de genere eius. Et diuiditur in tria capitula. In primo determinat de nomine dicens. Nomen est vox significatiua ad placitum sine tēpore

A pore, cuius nulla pars est significatiua separata. Cuius diffinitionis partes declarat. Et primò vltimam; partes nominis compositi quæ magis videntur aliquid significare nihil significant: vt in hoc nomine æquiferus, ferus nihil significat: igitur à maiori neq; partes nominis simplicis. Dicit tamen quòd partes nominis simplicis nullomodo sunt significatiuæ: sed partes nominis compositi apparent aliquid significare. Consequenter probat ꝙ nomen significet ad placitũ, eo quòd non significat naturaliter: quod patet: quia nomen nõ significat nisi quando fit nota, id est quando voluntarie imponitur ad significandum. Secũdomodo quia illiterati soni: ut soni ferarum non sunt nomina, eo quòd significãt naturaliter.

B Deinde excludit aliqua à diffinitione nominis inquirẽs aliquas particulas addendas. Et primo excludit nomen infinitum; dicens quòd non homo non est nomen. Secundo excludit nomina obliqua: dicens, quòd Catonis Catoni non sunt nomina, sed casus nominum. Et dicit ꝙ obliqui conueniunt cum rectis & differunt. Cõueniunt enim in significato: nam significatũ est idem in illis. Sed differunt, quia si nomini obliquo addatur est fuit vel erit: vt dicendo Catonis est fuit vel erit, non significat verum vel falsum. Ex isto elicitur ista auctoritas: quòd verum & falsum præsupponunt congruum. Et per istas duas partes exclusas innuit alias duas partes addendas, scilicet finita & recta.

C Verbum aũt est quod consignificat tẽpus cuius pars nihil extra significat.

ISTVD est secundum capitulum huius tractat. in quo determinat de verbo dicens, quòd verbum est quod consignificat tempus cuius pars extra nihil significat, & est semper eorum quæ de altero dicuntur nota. Primam partem declarat: quia cursus quod est nomen, & currit quod est verbum, differũt in hoc: quia currit consignificat tempus præsens: cursus vero nullum tempus consignificat: quare non erit verbum, sed nomen. Vltimam partem declarat: quia verbum est nota eorum ꝗ prædicantur de subiecto. i. verbum est nota vnionis seu compositionis prædicati cum subiecto. Deinde excludit à diffinitione verbi verbum infinitum & verbum obliquum: dicens ꝙ non currit, non laborat: licet cõ significent tempus: & sint nota eorum quæ de altero dicuntur, non tamen sunt verba, sed possunt dici verba infinita: similiter curret currebat nõ sunt verba, sed sunt casus verbi: & possunt dici verba obliqua. Ex ista duplici exclusione innuit istas duas particulas, finita & recta esse addendas prædictæ diffinitioni verbi. Consequenter remouet vnum dubium: ex quo enim dictum est quòd verbum est nota eorum quæ de altero dicuntur: posset aliquis credere quòd verbum secundum se. i. per se & extra propositionem non esset nota, nec vox significatiua: ideo remouet hoc dubium, dicens, quòd verba secundum se D

B dicta sunt nomina.i.similia nominibus: quia sicut nomina ꝑ se sumpta non constituunt orationem, nisi ipsis aliquid addat; ita etiam verba secũdum se sumpta non faciunt orationem, nisi aliquid ipsis addatur. Quod ꝓbat: quia si hoc verbum est, purè dixeris.i. solitarie acceperis: ipsum quidẽ nihil est.i.nõ significat aliq̃d affirmatiuè vel negatiuè neq; verè, neq; falsè: quia connotat quandam compositionem quam sine extremis nõ cõtingit intelligere.

An diffinitiones nominis & verbi sint assignata sufficienter.

QVAERITVR Vtrũ diffinitiones nominis & verbi sint in textu sufficienter assignatæ. Et arguitur primo contra diffi-
F nitionem nominis: quia multa sunt nomina mẽtalia & scripta, & tamẽ nullum eorum est vox; igitur. Item omnis vox significatiua aliquid significat: sed multa sunt nomina quæ nihil significant, vt nomina scripta in libris clausis; etiam ista nomina, vacuũ Antichrist⁹ chimera, etiam illa vox nihil, non significat: & tamen omnia ista sunt nomina: igitur. Arguitur secundo sic: non omne nomen significat ad placitum: igitur diffinitio non est bona. Antecedẽs patet primo, quia gemitus infirmorum est nomen: & tñ non significat ad placitum, sed naturaliter. Itẽ si oẽ nomẽ signaret ad placitũ, sequeretẽ ꝙ nullus posset redargui: q̃a sp posset aliter accipere terminos. Itẽ sequeret, ꝙ hęc propõ posset esse vera, deus est diabolus: quia quilibet terminus eius, & ipsa posset instiG tui ad significandum. Arguit̃ tertiò sic: Alicuius nominis aliqua pars est significatiua: ergo diffinitio est insufficiens. Añs patet primo, q̃a cuiuslibet orõnis aliqua pars est signatiua: sed q̃libet orõ est nomen: cũ q̃libet possetesse subiectũ enunciationis, igr̃: patet ẽt de isto noĩe dñs, cuius partes separate aliquid significant: immo q̃libet pars noĩs significat seipsam. Argr̃ quartò sic: Diffinitio nominis nõ conuenit omnibus, noĩbus, & cõuenit aliquibus, q̃ nõ sunt noĩa: igr̃ est insufficiens. Prima pars patet: q̃a non cõuenit istis nominibus mensis, dies, annus, cũ non significent sine tẽpore. Secunda pars patet: quia conuenit pro noĩbus, noĩbus infinitis, obliq̃s, syncategorematibus, cũ sint voces significatiuę ad placitũ, quorũ partes nihil significant. H Arguit quinto sic contra diffinitionẽ verbi: Aliquod verbum nõ est nota eorum, q̃ de altero dñr: ergo in diffinitione verbi male ponit̃, & est sp nota eorum, quæ de altero dicuntur. Añs patet primo: quia verba adiectiua dicunt̃ de aliquo: vt patet dicendo: sortes currit: ergo nõ sunt notæ eorum, q̃ de altero dñr: q̃a aliàs idem esset nota suiipsius. Itẽ aliquod verbũ est subiectũ enunciationis: vt patet dicendo legere est bonum: ergo non est nota ꝑdicationis. Item quia hoc verbũ est, per se sumptũ, nihil significat: ergo per se sumptũ nõ est verbũ. In oppositũ argr̃ auctoritate philosophi in textu ponẽtis tales diffiõnes eẽ bonas. In q̃one sicut in cæteris erunt tres art. Quantum ad primum.

Primo

A Artic. I. Primo sciendum, ꝙ pro declaratione diffinitionis nois supponitur, ꝙ nomen dupliciter accipitur. Vnomodo secundæ intentionaliter, & tūc importat quandam secundam intentionē, attributam per intellectum nomini mentali, vocali, vel scripto: tñ hic propriè accipitur prout attribuitur nomini vocali: cum nomen vocale sit magis aptū ad disputationes. Aliomodo capitur pro denominato seu primæ intentionaliter. Et sic nō est aliud quàm nomen mentale, vocale, vel scriptum, ita ꝙ iste terminus nomen de significato formali, significat intentionem secūdam: sed de significato materiali significat omnia nomina tam mentalia, quàm vocalia & scripta. Et diffinitur ibi nomen secūdæ intentionaliter captum: B cum logicus principaliter consideret secundas intentiones. Et si quis dicat, nomen acceptum secūdæ intētionaliter nō est uox: cum sit vna secūda intentio seu vnum intentionale: igitur. Respondetur ꝙ quando dr̄ nomen est vox: est ibi ꝑdicatio denominatiua & fundamentalis: ita ꝙ est sensus, nomen est vnum intentionale seu intentio secunda attributa voci significatiuæ ad placitum: & de secunda intētione potest in concreto & denominatiuè prædicari aliquod reale: sic ediuerso prædicatur secunda intentio. Ex quo sequitur quòd in hac diffinitione ꝓpriè non diffinitur nomen vocale, neq; mentale, neq; scriptū, cum diffiniatur nomen secundæ intentionaliter captum: de quo alias magis visum est in summulis Supponit secundo, ꝙ vox nō dr̄ significatiua ad placitū quia significet ad placitum tuum vel meum: sed quia significat ad placitum alicuius totius cōitatis vel alicuius habentis auctoritatem in aliqua tota communitate. Supponitur tertio ꝙ significare sine tpe, est significare suū significatum sine aliqua differētia temporis. Ex quo sequitur ꝙ licet multa nomina significēt tēpus: tamen nullum nomen significat cum tpe Vnde significare cum tpe est significare suū significatū sub aliqua dr̄ia tpis. Ex quo sequit̄, ꝙ significare cū tpe determinato est importare suū significatū sub aliqua dr̄ia tēporis sic: ꝙ non sub alia: sicut sunt verba. Sed sigñare cū tpe īdeterminato, est importare suū significatū sub aliqua dr̄ia tpis, non tñ sic præcisè sub vna, quin etiā aliqñ sub alia importet: vt D sunt participia. & significare sic cum tpe indeterminato nō impedit participia esse noīa. Et si dicatur, oē nomen coexistit tpi: ergo oē nomen significat cum tpe. Respondetur, ꝙ ly cum, pōt denotare simultatē: & sic nomē bene significat cū tpe: quiā tūc sensus est ꝙ nomē significat qū tp̄s est. Aliomodo ly cum denotat differentiam temporis, ita ꝙ sic sensus: nomen significat cū tempore. i. importat suum significatum sub dr̄ia temporis: & sic nomen non significat cum tempore, licet tamen multa nomina significent tempus.

Sco. q. 3. prolog. arguēdo cōtra Aegi. & q. 3. quotl. artic. I.

Sco. li. 4. d. 3. q. I.

Secvndo sciendum, ꝙ in diffinitione nominis debet intelligi illa particula categorematica: ita quòd est sensus, nomen est vox categorematica significatiua ad placitum &c.

E Pro cuius declaratione supponitur, quòd aliqua vox dicitur categorematica tripliciter. s. ratione officij tantum, ratione significationis tantum, & ratione officij & significationis simul. Vnde illa vox dr̄ categorematica ratione officij, quæ significatiuè & personaliter sumpta, ex significatione quam actu habet, potest reddere suppositum uerbo personali modi finiti, uel esse appositum respectu nominis nominatiui casus. Et per oppositum illa vox dr̄ syncategorematica ratione officij, quæ significatiuè & personaliter sumpta non potest reddere suppositum verbo personali modi finiti, neque esse appositum respectu nominis nominatiui casus: & sic nomina adiectiua adiectiuè tenta dicuntur esse syncategoremata: ideo non sunt nomina secūdum logicum: quia deficit ipsis illa particula categorematica supple ratione officij, & isto modo nomina obliqua possunt dici syncategoremata, & isto modo capitur uox categorematica, & uox syncategorematica, quando dr̄ quòd logicus non ponit nisi duas partes orationis. Et uox dr̄ categorematica ratione significationis, quæ imposita est ad significandum aliquid vel aliqua, & isto modo nomina adiectiua adiectiuè sumpta sunt bene nomina categorematica, ut albus alba album, quia sunt imposita ad significandum aliquid. Sed illa dr̄ syncategorematica ratione significationis q̄ nullam rem ad extra significat, sed præcisè habet modum significandi, cuiusmodi sunt signa vniuersalia & particularia. Sed

F

uox dr̄ categorematica ratione officii & significationis simul, quæ significat aliquam rem ad extra, & cum hoc potest esse suppositum respectu uerbi personalis modi finiti, vel appositū respectu nominis nominatiui casus. Sed pro illa particula cuius nulla pars separata &c. Est aduertendum quòd potest exponi multis modis. Primo sic, cui in mente non correspondet conceptus complexus, sed incomplexus, uel sic, cuius significatio totalis non consurgit ex significatione partium, vel sic, cuius nulla pars in quantum pars accepta est significatiua alicuius, quod per totum significabatur. G

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, vtrum nomen infinitum sit nomen apud logicum. Et videtur quòd sic; quia potest esse subiectum in ꝓpositione, vt non homo currit. Pro solutione supponitur, quòd nomen infinitum in proposito est quod compositum est ex nomine finito & negatione infinitante: de qua negatione infinitante visum est in postprædicamentis: ut non homo, non Petrus. Secundo supponitur, q̄ nomen capitur tripliciter. Vno modo communiter, propriè, & magis propriè. Communiter dicitur omnis illa uox, quæ potest reddere suppositum uerbo personali siue in sensu materiali, siue in sensu personali, & sic omnis uox literata potest esse nomen. Sed nomen propriè est omnis uox quæ significatiuè & personaliter sumpta ex significatione quam actu habet, pōt reddere suppositum verbo personali *An nomen infinitū sit nomen.* H

A sonali modi finiti, siue talis vox sit simplex siue complexa: & isto modo nomina infinita & nomina compositæ figuræ sunt bene nomina. Sed nomen proprijssimè sumptum est vox simplex finita & recta, quæ significatiuè & personaliter sumpta ex significatione quam, actu habet, potest reddere suppositum verbo personali modi finiti; & sic capitur in textu. Et hoc modo nomina infinita non sunt nomina: & sic soluitur ratio probans nomen infinitum esse nomen. Secunda difficultas, vtrū nomina obliqua sint nomina secūdum logicum. Respondetur, quòd logicus negat nomina obliqua esse nomina: quia nomina obliqua significatiuè & personaliter sumpta ex significatione B quam actu habent, non possunt reddere suppositum verbo personali modi infiniti, nec per se subijci, nec prædicari respectu horum verborum est fuit vel erit. Sed contra hoc arguitur: quia in ista propositione cuiuslibet hominis asinus currit: ly hominis est subiectum: quia respectu illius propositio dicitur vniuersalis. Dico, q illa propō non dr̄ vniuersalis, neq; particularis: sed est mixtæ quantitatis. Secundò sic: omne illud quod potest esse medium in prima figura potest esse subiectum: sed nomen obliquum est huiusmodi: vt patet sic arguendo: cuiuslibet hominis est asinus, sortes est homo: ergo sortes est asin⁹. Respondetur negando maiorē: ad hoc enim, quòd aliquid sit medium in prima figura: non oportet quòd sit subiectum maioris; sed sufficit q se habeat ex parte subiecti maioris.

An nōīa obliqua sint nomina.

C Tertiò sic: Quia nisi sic sequeretur quòd subiectum propōnis indefinitæ supponeret confusè tantum, quòd est falsum: patet consequentia sic dicendo, omnē æquum videt homo: ly homo supponit confusè tantum. Respondetur, quòd nō habeo pro inconuenienti, quòd subiectum indefinitę supponat confusè tantum. Et ex isto sequitur, quòd potest fieri bonus syllogismus in prima figura, cuius nulla erit vniuersalis: vt sic arguendo, omnem equū videt homo, brunellus est equus: ergo brunellum videt homo: maior nō est vniuersalis, licet habeat figurā propositionis vniuersalis ratione termini distributi positi à pte subiecti, q sufficit.

D QVARTO sciendum, quòd Arist. in diffinitione verbi non ponit istam particulam vox significatiua, licet verbum sit vox significatiua: & hoc facit causa breuitatis: ponit tamen istam particulam, & est semper eorū quæ de altero dicuntur nota. Vnde verbum dicitur, nota copulationis vel compositionis pdicati cum subiecto. Et aduerte, quòd non oportet quòd verbū sit semper nota in actu: sed sufficit quòd sit nota in aptitudine vel in potentia. Et siquis dicat verba adiectiua non sunt nota, sed sunt ipsa prædicamenta: vt currit laborat. Dr̄ quòd licet non sint nota, tamen includunt notam cum prædicato vt currit .i. currens est. Potest etiam dici q Arist. solum hic diffinit verbum propriissimè sumptum, qđ est vox simplex: modo verbum adiectiuum non est vox simplex

E plex cum subordinetur conceptui complexo ex actu & conceptu seu copula & prædicato. Vnde verbum potest capi tripliciter. Vnomodo communiter ꝓ omni uoce, quæ ex significatione, quam actu habet potest esse appositum. Et sic tam verba indicatiui modi quàm imperatiui quàm alterius dicuntur verba: etiam tam personalia quàm impersonalia, tam simplicis figurę quàm compositæ. Secundomodo propriè pro omni voce indicatiui modi, quæ ex sig̃natione quam actu habet ꝑt esse appositũ respectu nominatiui casus, & hoc in ꝓpōne categorica: & sic ꝑcisè se extendit ad verbum indicatiui modi cuiuscunq; temporis fuerit, siue simplicis figuræ, siue cōpositæ, siue sit finitũ siue infinitum. Aliomodo propriissime pro voce simplici indicatiui modi, quæ ex significatione, quam actu habet potest esse appositum respectu nominatiui casus: & hoc in propositione simpliciter prima. Pro quo est notandum ꝙ propō simpliciter prima est propō composita ex nomine proprijssimè sumpto, & verbo præsentis tēporis indicatiui modi: vt Petrus currit; & vocatur simpliciter prima pro q̃to aliæ propositiones de præterito & futuro & possibili reducũtur ad talem propositionem, & non econtra. Vnde propositio de ꝑterito, vt ista Adam fuit dicitur vera: quia sua de præsenti. s. Adã est, aliquando fuit vera. Ex istis sequitur, ꝙ solum hoc verbum est tertium adiacens proprijssimè est verbum: quia alia verba adiectiua non sunt voces simplices, cum subordinentur conceptui complexo. Aduerte etiam ꝙ ad hoc quòd aliquid sit verbũ, oportet quòd significet cum tempore determinato: & per hoc remouentur participia, quę significant cum tempore indeterminato, vt iam visum est. Oportet etiam quòd sit vox finita: & per hoc remouent̃ verba infinita: vt non currit, non laborat: requiritur etiã ꝙ sit recta. i. præsentis tēporis indicatiui modi: oportet etiam ꝙ partes eius separatè nihil significēt. i. quòd non subordinentur conceptui complexo: vel ꝙ nulla pars separata significet aliquid quod significabatur per totum. Et hæc de primo artic.

F DVBITATVR primo, vtrum verba impersonalia, vt legitur, amatur: & etiam verba exceptæ actionis, vt tonat, pluit, sint verba apud logicum. Et videtur quòd sic: quia possunt esse appositum respectu noīatiui casus: igr̃. In oppositũ arguit: quia subordinantur cōceptui cōplexo: igitur non sunt verba ſm logicum. Añs patet: quia amat̃ tñ valet sicut amatio fit: & legitur valet tantum sicut lectio fit: & pluit tãtum valet sicut natura pluit: & sic de alijs. Rñdet̃ breuiter, ꝙ talia verba non sunt ꝓpriè verba secundum logicum: quia talia subordinantur propositionibus mentalibus, vt bene probat ratio post oppositũ. Sed restat alia dubitatio, vtrum hoc verbum est secundum adiacens sit verbum secundum logicũ. Pro cuius solutione supponitur ꝙ est duplex propō. s. de est secundo adiacente, & de est tertio adiacente. De est secundo adiacente est, in qua non ponitur

Arti. 2.

An uerba impersonalia, & uerba exceptæ actionis sint uerba. H

Difficultas. G

A ponitur aliud prædicatum materiale ab isto verbo est: vt Petr⁹ est. Alia est de tertio adiacente, in qua ponitur aliud prædicatū ab isto verbo est: vt Petrus est albus. Hoc supposito respondetur quòd istud verbū est ſm adiacens non est proprijssimè verbum secundum logicum: quia tale est mentaliter complexum includens copulam cum prædicato: nam sensus huius propōnis, de⁹ est, est iste, deus est ens: & sic lʋ est includit copulam: & hoc participium ens. Ex isto pꝫ sequi, quòd de rigore & propriè nulla est propositio de est secundo adiacente: cum talis subordinetur propositioni de est tertio adiacente: vt ista Petrus est, subordinatur isti Petrus est ens: q̄ est de tertio adiacente. Et si quis dicat: quare ergo dicunt logici
B istam vocalem Petrus est, esse de est secundo adiacente. Dico quòd ideo dicunt: quia explicitè non ponitur aliud prædicatum ab isto verbo est: & istā Petrus est albus, dicunt de est tertio adiacente, eo quòd explicitè ponitur aliud prædicatū ab isto verbo est. Sed adhuc est alia dubitatio, vtrum verbum possit infinitari: Respondetur per aliquas propositiones. Prima: istud verbum est tertium adiacens, quod est verbum proprijssime captū non potest infinitari: quia tale est purum syncategorema in significando: modo actus infinitandi, seu negatio infinitans nō additur conuenienter talibus syncategorematibus. Secunda propositio: verbum adiectiuum secundum quòd includit copulam & suum participiū potest infinitari: & hoc secundum conceptum sui participij: C vt dicendo non laborat: sensus illius non est iste: non est laborans: sed iste, est non laborans: sic quòd actus infinitandi feratur ad participium & non ad copulam.

An uerbū possit infinitari

DVBITATVR secundo, vtrum pronomina sint nomina secundum logicum. Pro cuius solutione supponitur, quod secundum logicum tantum duę sunt partes principales, scilicet nomen & verbum. Et dicitur notanter partes principales: quia secundum logicum plures sunt partes minus principales, scilicet coniunctio, aduerbium, & præpositio. Et quòd tales sint partes secundum logicum probatur: quia secundum tales construitur enunciatio vera vel falsa: ergo sunt partes secundum logicum: possunt etiam D variare sensum enunciationum. Et dicuntur minus principales: quia sine ipsis potest fieri oratio vera vel falsa. Sed aliæ dicuntur partes principales: quia sine ipsis non potest fieri oratio vera vel falsa. Supponitur secundo quòd pronomina primitiuæ speciei possunt capi dupliciter. Vno modo purè pronominaliter, vt ipsis præcisè correspondet actus demonstratiuus, vel relatiuus: & tunc dico, quòd non sunt nomina secundum logicum: sicut nec ista signa omnis, nullus: immo ista est purè incongrua, ego amo, sicut ista omnis legit: quia tunc ista pronomina nihil significant; sed solum habent modum significandi. Vnde sicut signum vniuer-

An pronomina sint nomina.

B vniuersale facit terminum cui additur, teneri pro omnibus suis suppositis copulatiuè: ita ista pnomina primitiuè speciei purè pronominaliter capta, faciũt terminum cui adduntur, teneri discretè vel singulariter. Aliomodo capiuntur ista pronomina, vt in mente correspondet actus demonstratiuus & signum rei demonstratæ: & sic prædicta pronomina sunt bene nomina secundum logicum: & tunc illa oratio est congrua ego sum: & adhuc sunt nomina capiendo nomen communiter vel propriè, & non proprijssimè: cum non sint voces simplices, sed cõplexe, cum subordinentur conceptui complexo ex actu demõstratiuo & conceptu rei demonstratæ. Sed restat alia dubitatio, quare est ꝙ cum adiectiuũ adiectiuè tentum & substantiuè tentum subordinentur eidẽ conceptui ꝙ vnum sit nomen & non reliquum. Respondetur primo, ꝙ non subordinantur eidẽ conceptui. Vnde adiectiuum adiectiuè tentum subordinatur cõceptui præcisè significanti formam: vt albus purè adiectiuè tentum subordinatur conceptui præcisè significanti formam, puta albedinem per modum tamẽ adiacentis. Sed adiectiuum substãtiuè tentum subordinatur cõceptui incomplexo indistinctè significãti formam & subiectũ: vt album substantiuè tentum subordinatur conceptui significanti indistinctè albedinem, & rem habentem albedinem. Et ex isto habetur quare adiectiuũ adiectiuè tentum, non potest esse nomen secundum logicum, vbi tamen adiectiuum substantiuè tentum est nomen. Nam adiectiuum adiectiuè tẽtum cũ importet solam formam, non pt poni in oratione sine substantiuo determinante ipsum. Sed adiectiuum substantiuè tentum, potest bene poni sine substantiuo, cum importet subiectum vel rem cui adiacet talis forma importata per adiectiuum adiectiuè tentum. Et si quis dicat: si hoc esset verũ sequeretur, quòd istud complexum res alba, esset nomen secũdum logicum: quia album substantiuè tentũ & res alba idem important & subordinantur eidem conceptui. Respõdetur, quòd album subordinatẽ conceptui incomplexo, & res alba conceptui complexo: ideo non est idem.

Sco. in 8 simili. 1. d. F 5. q. 1. in fol. arg. Propositi ni.

An nomen infinitum sit cõplexũ, vel incõplexum. H

DVBITATVR tertio, vtrum nomen infinitũ, sicut nõ homo sit quid complexum vel quid incomplexum. Pro solutione supponitur ꝙ negatio infinitans potest addi cuilibet termino categorematico, siue sit transcendens siue non. Ex quo sequitur falsitas aliquorum dicentiũ quòd transcendentia non possunt infinitari. Tunc respondetẽ breuiter, ꝙ nomen infinitum subordinatur conceptui complexo ex negatione infinitante, & conceptu cui subordinatur terminus finitus: ideo non est nomen secundum logicum. Sed dubium est vtrum nomen infinitum importat in suo conceptu conceptum entis: ita quòd non homo sit idem sicut ens quod non est homo. Dicunt aliqui ꝙ sic: sed de hoc aliàs videbitur. Sed restat alia dubitatio, vtrum ista vox paterfamilias sit vox complexa vel incomplexa. Et videẽ

Dubiũ.

A videtur quòd sit incomplexa: quia ex pluribus conceptibus incomplexis, non resultat conceptus complexus: nisi illi conceptus habeant adinuicem debitã connexionem: sed cõceptus huius quod est pater, & huius qđ est familias, non habent adinuicem debitam connexionem magis quàm cõceptus huius quod est homo, & huius quod est asinus. In oppositum sunt grammatici dicentes illam vocem esse compositæ figurę: ergo oportet ꝙ in mente correspondeat sibi conceptus complexus. Respõdetur probabiliter: quod ly paterfamilias est cõpositę figurę: & sic subordinatur cõceptui cõplexo: ideo est vox complexa, nec est nomen secundum logicum. Et ad rationem dr̃, quòd illi conceptus habent debitam

B connexionem adinuicem: quia conceptus, cui subordinatur paterfamilias, non est conceptus hui⁹ termini pater, & huius termini familias, sed subordinatur conceptui composito ex conceptu huius termini pater, & huius termini familiæ. Vnde non oportet quòd partes aliquàm dictionem figuræ compositæ componentes ingrediantur compositionem illius dictionis secundum talem modum, ꝙ quælibet pars conceptus complexi correspondentis tali dictioni correspondeat alicui parti nominis compositæ figuræ. Sed restat alia difficultas, vtrum rectus & obliquus sint termini synonimi: sic quòd subordinentur eidẽ cõceptui. Respondetur, quòd termini possint dici synonimi dupliciter. Vnomodo quia idem adæquatè significant siue habeant eosdem modos significandi siue non: & sic rectus & obliqui sunt bene termini synonimi. Aliomodo, quòd idem important sub eisdem modis significandi tam essentialibus, quam accidentalibus: & sic rectus & sui obliqui non erunt termini synonimi. Et siquis dicat ad terminos synonimos non requirit, quòd conueniant in modis significandi accidentalibus: quia aliàs lapis & petra non essent termini synonimi. Respondet, quòd dato quòd rectus & obliquus essent termini synonimi: non tamen sequeretur quòd sicut rectus est nomen ita obliquus: quia modi grammaticales impediunt. Ex quo sequitur, quòd non semper loco vnius synonimi licet ponere aliud synonimum, nisi conueniant in modis significandi grammaticalibus præcipuè in numero & casu: nam isti modi multum faciunt ad veritatem & falsitatem propositionis: genus autem nõ facit tantum ad veritatem propositionis per se. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium artic. sit.

Dubitatur.

C

Sco. li. 1. d. 1. q. 3. in solut. arg. 2.

D

Art. 3.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Diffinitiones nominis & verbi sunt à Philosopho in textu sufficiẽter assignatæ: vt patet ex dictis. Ad rationes: Ad primam pro prima parte patet solutio. Et pro secũda parte dicitur quòd licet nomina in libris clausis actu nihil significent: tamen bene in aptitudine. Pro tertia parte dicitur, quòd ille terminus vacuum, significat carentiam corporis in loco: & Antichristus, significat aliquid cognitum: & chimera aliquid

E aliquid imaginabile:quod sufficit ad hoc quòd sint termini significatiui. Potest ēt dici quòd isti termini vacuū,chimera sunt termini complexi: quia subordinantur conceptibus complexis. Pro quarta parte dr̄, quòd iste terminus nihil, est propriè terminus complexus partim categorema & partim syncategorema: ideo non est nomen secū dum logicum. Ad secundam pro prima parte dr̄, quòd q̄uis res significata per hoc nomē gemitus, naturaliter significet & non sit nomen apud logicū: tñ ista vox gemitus, est vox significatiua ad placitum. Ad alias duas partes patet solutio. Ad tertiam & quartā patet solutio. Et etiam ad quintam.

F ORatio autem est vox significatiua cuius partium aliquid significatiuum est.

Istvd est tertium & vltimum capitulum huius tractat⁹, in quo philosophus determinat de enunciatione & partibus ei⁹. Et diuiditur in tres partes principales. In prima ponit diffinitionem orationis: dicens quòd oratio est vox significatiua, cuius partiū aliquid est significatiuum separatim vt dictio, non autem vt affirmatio. Hanc vltimam particulam probat: quia homo est pars orationis & significat aliquid vt dictio, non āt vt affirmatio, nisi adderetur ei aliquid: non tū q̄libet pars orationis significat vt dictio: quia syllabæ q̄ sunt partes dictionis, & per consequēs partes orōnis nō sign̄ant vt dictio. Quod ꝓbat p locū à maiori: quia in hoc noīe G sorex,ista syllaba rex, nihil sign̄at: in duplicibus tñ noībus, .i. in noībus compositæ figuræ partes vñr aliquid sign̄are. Deinde probat,quòd oratio sign̄et ad placitum:quia non significat sicut instrumentum immediatū virtutis exp̄ssiuę: igr̄ sign̄at ad placitū. In secunda parte ponit diffōnem enunciationis: dicens quòd enunciatio est oratio non oīs,sed in qua verum vel falsum est. Quod probat: quia oratio depcatiua est oratio: & tñ nō est vera neq; falsa. Et subdit quòd aliæ orōnes ab enunciatiua magis sunt rhetoricę vel poeticæ considerationis. In tertia parte diuidit enunciationem ponens tres diuisiones,quarum prima est: Enunciationū alia est vna, alia est plures. Secunda enunciationum alia est H affirmatio,alia negatio. Tertia: enunciationū vnarum aliæ sunt simpliciter vnæ, aliæ coniūctione. Sed quia dicit quod est enūciatio simpliciter vna: ideo quis posset credere quòd esset ita simpliciter vna, quòd nullam haberet compositionem: remouet illud dubium: dicens quòd necesse est omnem enunciationem esse ex verbo vel ex casu verbi: quia si esset aliqua enunciatio sine verbo maxime esset diffinitio hominis: sed hoc non: quia diffinitio hominis non est oratio enunciatiua nisi sibi addatur est vel fuit vel erit. Et qualiter talis diffinitio dicatur vna, cum tamen ponitur vnio partium, non est præsentis negocij. Deinde ostendit quid est enunciatio vna & enunciatio plures: dicens, enunciatio

A tio vna est quæ significat vnum de vno, vel est coniunctione vna. Sed enunciatio plures est quæ plura significat & non vnum inconiunctè. Et quia aliquis posset credere quòd enũciatio quæ significat vnum de vno, significaret vnum sicut nomen: ideo remouet dubium: dicens quòd non: quia nomen & verbum est dictio sola: ideo nõ significat sicut enũciatio. Deinde declarat tertiam diuisionem, .f. ꝙ enũciationum vnarum quędam est vna simpliciter: quædã est una cõiunctione. Vnde enũciatio simpliciter vna, est illa in qua vnum simplex prædicatum prædicatur de uno simplici subiecto mediante copula: & hoc diuersimode secundum quòd ipsa sunt diuisa. Sed enunciatio vna coniunctione. est illa, quæ
B est composita ex illis enunciationibus simplicibus sicut propositio hypotetica vel categorica cuius partes copulãtur per aliq̃ copulam. Deinde declarat mẽbra sẽcũdæ diuisionis: dicẽs quòd affirmatio est enunciatio alicui⁹ de aliquo, hoc est in qua prædicatum vnitur cum subiecto mediãte copula nõ negata. Sed negatio est enũciatio alicuius ab aliquo: hoc est in qua vnitur pdicatum cũ subiecto mediante copula negata. Et dãtur hæ diffinitiones de affirmatione & negatione categoricis. Nam affirmatio in communi est, cuius copula principalis vel principalior pars copulæ non negatur. Sed negatio in communi est cuius copula principalis vel principalior pars copulæ negatur.

An diffinitiones orationis, & enũciationis sint bene assignatæ. C

QVAERITVR vtrum diffinitio orationis & diffinitio enunciationis sint à philosopho sufficienter assignatæ. Et arguitur primo contra diffinitionem orationis: quia oratio non est vox nec significatiua ad placitum: igitur. Añs patet ꝓ prima parte: q̃a oĩo non est vox vna: ergo non est vox. Patet cõsequẽtia: quia idẽ est vox, & vox vna: sed oĩo non est vox vna: igitur. Pro secunda parte patet; quia si oĩo esset. vox significatiua ad placitum sequeretur, ꝙ oratio posset non significare suum significatum: quod est falsum: igitur. Secundo arguitur. Oratio non fuit imposita ad significandum: ergo non est significatiua ad placitum. Antecedens patet: quia vel omnis oratio fuit imposita vel aliqua & aliqua non. Non secundum: quia non est maior ratio de vna quàm de alia. Non primum: q̃a multæ possunt formari orationes, quibus nunquam fuerunt similes. Tertio sic arguitur, nõ cuiuslibet orationis partes sunt significatiuę vt dictio, sed vt affirmatio: ergo diffinitio orationis non est bona. Antecedens patet primo; quia partes huius orationis sortes currit. & Plato disputat; significant aliquid vt affirmatio. Etiam literæ & syllabæ sunt partes orationis; cum sint partes dictionis, quæ est pars orationis; & tamen non significant, neque vt dictio, neque vt oratio. Etiam si à imponeretur ad significandum tantum, sicut D

B sicut homo est animal: tunc à esset oratio: & tamen nulla eius pars aliquid significat. Quarto arguitur: hæc oratio omne à est b, est propositio: cum sit præmissa syllogismi: vt patet per Philosophum primo priorum: & tamen nulla eius pars est significatiua: cum componatur ex terminis non significatiuis. Quintò sic: arguitur contra diuisionem enunciationis: Enunciatio plures non est enũciatio: eo quòd idem est enunciatio & enunciatio vna: igitur male ponitur membrum enunciationis. Ista similiter enunciatio, sortes est vel non est asinus: neq; est affirmatio neq; negatio: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione sicut in cæteris erunt tres articuli. Quã-
F tum ad primum.

Artic.1. PRIMO sciendum, quòd oratio potest capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter: & sic non est aliud quàm oratio mentalis, vocalis, vel scripta: & sic non capitur hic: cum sit quoddam complexum quod non diffinitur. Aliomodo capitur secundæ intentionaliter & sic non est nisi vna secunda intentio: vel vnum intentionale attributum per intellectum orationi mentali, vocali vel scriptæ: & sic est quid incomplexũ & hic diffinitur: & est ibi prædicatio denominatiua sicut in diffinitione nominis & verbi. Pro quo tamen est aduertendũ, quòd oratio non est vox incomplexa: sed est vox complexa. Vnde vox cõplexa est quæ subordinatur conceptui complexo. Vnde conceptus complexus est qui componitur ex pluribus cõceptibus simplicibus: siue hoc sit intrinsecè siue æquiualenter: & hoc siue talis vox sit realiter diuisibilis in plures voces: quarum quælibet significet aliquid illius, quod significatur per totũ siue non. Et sic patet quòd vna sola vox, potest dici vox complexa: vt si ista litera a, imponeretur ad significandum tantum quantum animal currit; tunc a esset vox complexa. Sed vox simplex siue incomplexa secundum logicum est quæ subordinatur conceptui incomplexo. Ex hoc sequitur, quòd nomina compositæ figuræ sunt orationes secundum logicum & voces complexę. Ex quo sequitur, quòd multa sunt nomina secundum grammaticum, quæ sunt orationes secũdum logicum vt nomina quæ sunt compositę figuræ. Secundo sequitur, quòd propriè nomina fictitia vt chimera, Hircoceruus, sunt orationes secundum logicum: & voces complexæ: & etiam iste terminus vacuum: vt iam superius visum est. Supponitur vlteriꝰ, quòd significare ad placitum & significare ex impositione idẽ sunt. Pro quo notandum est, quòd oratio non dicitur significare ad placitum, eo quòd significet ex impositione sui: sed quia significat ex impositione sui, vel suarum partium. Vnde nunquam aliquis imposuit istã totam orationem, homo est animal ad significandum: sed præcisè partes orationis sunt impositę ad significandum. Aduerte vlterius quòd in diffinitione orationis, non ponitur ista particula, cum tempore vel siue tempore: quia est oratio aliqua in qua

G (right margin, top)
H (right margin, beside "figuræ. Secundo sequitur")

Sco. in 8 vili. li. 4 d. 3. q. 1. (left margin, beside "ptæ: & sic est quid incomplexũ")

A quia nulla ponitur dictio, quę significet cum tempore: vt in ista homo albus. Et quædam est in qua ponit̄ aliqua dictio q̄ significat cū tpe: vt in ista. Petrꝰ currit: ideo si in diffinitione fuisset posita aliqua istarum particularū: tunc talis diffinitio nō conuenisset cuilibet orōni. Nō ponit̄ ēt recta: qa tale prædicatum non attribuitur orationi, sed voci incomplexæ.

Petrus currit & Ioann. disputat an sit oratio secūdū logicum.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textū incidit vna difficultas: vtrum sit ibi oratio f̄m logicū, Petrus currit & Ioannes disputat. Et videtur ꝙ non: qa partes eius sunt significatiuę vt affirmatio: igitur. Respondetur, ꝙ in diffinitione orationis est modus partitiuus & non distributiuus: ita ꝙ non vult negare ꝙ aliquę partes orationis significēt vt affirmatio: sed vult dicere B ꝙ cuiuslibet orationis aliquæ partes sunt significatiuæ vt dictio: siue aliqua sint significatiuæ vt affirmatio siue non: ita quòd non potest esse oratio nisi aliquę partes sint significatiuę vt dictio: non tamen negando, ꝙ non possint esse aliquę partes orationis quæ sint significatiuæ vt affirmatio. Secunda difficultas, utrum diffinitio orationis conueniat omni orationi. Et videtur quòd non: quia tunc nulla esset oratio imperfecta: cum sibi tota diffinitio orationis conueniret. Respondetur, ꝙ oratio non dicitur perfecta neque imperfecta; eo ꝙ diffinitio orationis sibi conueniat, vel nō sibi conueniat; sed dr̄ oratio imperfecta: quia non perfectum sensum generat in concipiente: vt satis visum est in summulis. C Alia difficultas: si a imponeretur ad significandū tantum quantum homo est animal: vtrum esse oratio vel enunciatio. Respondetur breuiter quòd esset enunciatio. quia subordinaretur enunciationi: igitur esset enunciatio. Et siquis dicat, nulla pars eius est significatiua vt dictio ergo non esset oratio vel enūciatio. Respondetur negando consequentiam: quia non oportet ad hoc, quòd aliqua vox sit oratio quòd eius partes sint significatiuæ vt dictio: sed sufficit quòd subordinetur conceptui complexo, cuius partes sunt significatiuæ vt dictio. Et siquis dicat omnis enunciatio est affirmatiua vel negatiua & alicuius quantitatis: etiam potest conuerti & potest habere contradictoriam: sed si a esset oratio tunc non esset D neq; affirmatiua neq; negatiua neq; alicuius quantitatis: neq; posset conuerti, neq; haberet contradictoriam. Respondetur, quòd si a imponeretur ad significandum tantum quantum homo est animal, esset eiusdem quātitatis, eiusdem qualitatis & eodem modo conuerteretur, & haberet contradictoriā sicut mentalis, cui subordinaretur. Et siquis dicat, illo casu posito conuerte istam a. Respondetur, ꝙ debet conuerti per eius synonimā puta per istā: animal est homo: ita ꝙ in conuersione vel cōtradictione non oportet semper eosdē terminos manere: sed sufficit ꝙ accipiant̄ termini synonimi. Vel posset dici ꝙ illo casu posito: a quæ esset oratio vocalis non conuerteretur: sed bene eius mentalis, quod sufficit.

Secunda pars. O TER-

B TERTIO sciendum pro declaratione diffinitionis enunciationis. quod non omnis oratio dicitur enunciatio siue propria oratio indicatiua .i. composita ex verbo indicatiui modi: quia in alijs.s. imperatiua optatiua. coniunctiua, infinitiua & deprecatiua non est verum neq; falsum: ideo ista, Petre fac ignem: non est vera neq; falsa. Etiam ista vtinam essem bonus clericus: non est vera neq; falsa: ideo istæ orationes non proprie pertinēt ad logicum: sed magis pertinēt ad rhetorem vel poetam: vt dicebatur in textu. Et siquis dicat ibi est oratio indicatiua: Petrus qui est bonus: cum componatur ex nomine & verbo præsentis temporis indicatiui: & tamen non est vera neq; falsa: igitur. Respondetur quod est oratio imperfecta: ideo non est vera neq; falsa. Et licet ponatur verbum tanquam copula minus principalis: tamen non tanquam copula principalis: ideo est regula logicorū quod ly est positum cum ly qui nunquam est nisi copula minus principalis respectu cuius propositio non dicitur proprie neq; vera neq; falsa, neq; affirmatiua neq; negatiua: vt dicendo Petrus qui est non disputat, est simpliciter negatiua; & tamen copula minus principalis non negatur. Et ista est simpliciter affirmatiua: Petrus qui non est currit, licet copula minus principalis negetur. Et aduerte quod enunciatio magis diffinitur per verum vel falsum, quam per vniuersale vel particulare: vel per affirmatiuum & negatiuum: quia hic principaliter consideratur de enunciationibus, vt sunt signa conceptuum verorum vel falsorum. Et ponitur verum vel falsum disiunctim, ad circumloquendum nobis differentiam enunciationis. Vnde illud disiunctum verum vel falsum. est passio disiuncta propositionis seu enunciationis: quia conuertitur cum enunciatione: quia omnis enunciatio est vera vel falsa: & omne verum vel falsum est enunciatio. Et si quis dicat, in enunciatione vocali, non est verum neque falsum: igitur. Respondetur, quòd verum est nisi tanquam in signo: vt iam superius visum est, qualiter propositio vocalis dicatur vera vel falsa.

An omnis oratio dicatur enunciatio.

F

G

QVARTO sciendum pro declaratione diuisionum enunciationis quòd prima diuisio, in qua dicitur enunciationum alia est vna, alia est plures, est diuisio æquiuoci in sua æquiuocata: quia illa dictio plures, diminuit rationem enunciationis. Ex quo sequitur, quòd enunciatio plures non est enunciatio. Vnde enunciatio plures communiter fit tribus modis. Primo: quando plura prædicantur de vno inconiunctè, & non se habentia per modum determinationis & determinabilis: vt homo est albus musicus. Secundo quando vnum prædicatur de pluribus: vt homo albus musicus currit. Tertio quando plura prædicantur de pluribus: vt homo albus musicus est niger artifex: fit etiam vbi ponuntur plures enunciationes sine coniunctione: vt sortes currit, homo est albus. Ex quo sequitur, quòd

H

A quòd ibi est enunciatio plures: canis currit: cum subordinetur tribus propositionibus inconiunctè captis. Supponitur vlterius pro tertia diuisione enunciationis, in qua dicitur enunciationum vnarum aliæ sunt simpliciter vnę & alię vnę coniunctione: quia proprie propositiones dicuntur vnę coniunctione, in quibus coniunguntur duę propositiones per coniunctionem, sicut sunt propositiones hypotheticę: ideo dicitur in textu, quòd propositio vna coniunctione componitur ex his .i. ex propositionibus simpliciter vnis categoricis. Ex quo sequitur, ꝙ propositiones de subiecto vel prædicato copulato vel disiuncto dicuntur propositiones vnę simpliciter: non tamen ita simpliciter sicut illæ, in quibus ponitur tantum vnum prædicatum simplex. Ex quo etiam sequitur ꝙ propositio in qua prędicatur determinatio & determinabile dicitur propositio vna simpliciter: vt ista Petrus est homo albus: homo est animal rationale. Et hęc de primo articulo. Quantum ad secundum.

B

Arti. 2.

An ppō mentalis componatur ex pluribus notitijs seu cōceptibus.

DVBITATVR primo Vtrū propositio mentalis sit realiter composita ex pluribus notitiis pluribus conceptibus partialibus, quorum vnus sit subiectum & alius sit prædicatum. De hoc dubio sunt duę opiniones: quarum prima tenet, ꝙ propositio mentalis est essentialiter cōposita ex pluribus notitijs partialibus, quarum vna est subiectum, & alia prædicatum. Pro cuius declaratione ponuntur aliqua dicta. Primum: quælibet propositio mentalis hypotetica C est essentialiter composita ex pluribus notitijs partialibus. Probatur: quia nulla notitia simplex naturaliter significat hominem currere, & hominē nō currere. Sed mentalis hypotetica cui subordinatur hęc vocalis: homo currit, & homo non currit: naturaliter significat, hominem currere, & hominem non currere: igitur illa mentalis non est notitia simplex. Minor & consequētia sunt notę. Et maior probatur: quantum enim repugnat conceptui, qui est naturalis similitudo hominis ꝙ sit naturalis & propria similitudo asini: tantum vel magis repugnat notitię, quæ significat hominem currere, quòd significet hominem non currere. Secundum dictum: cuiuslibet propositionis mentalis categoricę sunt aliquæ partiales notitię, ex quibus ipsa essentialiter componitur tāquam ex partibus. Probatur: D aliqua enim categorica mentalis componitur modo prædicto: & non est maior ratio de vna quàm de alia: igitur. Maior patet: nulla enim notitia simplex est naturaliter significans: vt currens & non currens. hominem & non hominem. Sed mētalis categorica est, cui subordinatur ista vocalis; currens est non currens, homo est non homo: & huiusmodi: igitur. Maior probatur; quia si esset eadem notitia simplex naturaliter repræsentatiua hominis: & non hominis, nō oporteret ponere nisi vnam notitiam numero simplicissimam ad repræsentandum omnes res mundi. Tertium dictum: non obstantibus

E illis possibile est aliquã notitiã simplicem esse propositionem mentalem proprie dictam & cathegoricam: et possibilie est talem notitiam simplicem esse mentalem hypotheticam. Patet non enim videtur aliqua repugnantia seu cõtradictio ꝙ deus possit in intellectu humano producere huiusmodi notitiam simplicem representatiuam tantum quantum plures notitiæ partiales; talis enim notitia esset vera vel falsa: igitur esset propositio hypothetica vel cathegorica. Et si talis esset notitia diceretur æquiualenter complexa: quia æquiualeret in significando pluribus conceptibus seu notitijs partialibus specie distinctis. Sic igitur realiter loquendo, propositio mentalis est composita ex notitia subiecti & prædicati & actu sincathegorematico copu

Sc. lib. 3. d. 14. q. 2. & 3. Et quòd Xps vnico actui verbo omnia nouit.

F le: tenendo ꝙ puro syncathegoremati non correspondet notitia in mente, licet bene sibi correspondeat actus: ita ꝙ isti volunt dicere, ꝙ propositio mentalis cui subordinatur ista vocalis: hõ est aĩal, cõponitur ex duobus cõceptibus: & uno actu sꝗ ex vno syncategoremate mentali. Quod adhuc probant: quia subiectum huius vocalis homo est animal correspondet & subordinatur alicui conceptui: ergo & predicatum subordinabitur alicui conceptui: & per consequens mentalis cui subordinatur ista vocalis homo est animal, componetur ex duobus cõceptibus. Alia est opinio: dicens, quòd propositio mentalis non est essentialiter composita ex pluribus notitijs partialibus, quarum vna sit subiectum & alia prædicatum. Probatur G sic: quia tunc esset possibile esse duas propositiones mentales naturaliter significantes, omnino similes, quarum vna esset possibilis & vera & alia impossibilis: sed hoc est absurdum: nam tales propositiones adæquatè idem significarent. Patet consequentia: quia istæ duæ mentales quibus subordinantur istæ duæ vocales, omnis homo est ens, & omne ens est homo sunt omnino similes: quia habent partes omnino similes & eiusdem speciei: cum in intellectu non sit ordo notitiarum seu cõceptuum: &, tamen una est possibilis & alia impossibilis: igit. Ista ratio non videtur concludere; nam partes illarum propositionum non sunt eiusdem speciei accidentalis; conceptus enim cui subordinatur ly ho- H mo in prima accipitur confuse & distributiue; & in secunda confuse tantum. Et similiter diceretur de conceptu cui subordinatur ens; & sic partes differunt specie accidentali; sic ꝙ non sunt pœnitus synonimæ: sicut posset dici de recto & obliquo. Sed diceres; si propositio mentalis non esset composita ex pluribus notitijs partialibus sequeretur ꝙ non magis deberet dici complexa quàm notitia nominis simplicis; sed hoc ẽ falsum. R ñdeẽ ꝙ aliquid dr̃ cõplexũ duob⁹ modis. Vnomodo formaliter & intrinsecè; quia in se habet plures ꝑtes ex ꝗbus cõponitur. Aliomodo extrinsece & accidẽtaliter; q. s. est de obiecto cõplexo, vel ęqualet in significãdo pluribus notitijs partialibus; & istomodo propositio men-

A mentalis dicitur complexa.

DVBITATVR secundò, vtrum aliqua propositio sit cõposita ex pluribus propositionibus; ita q͡ propositio sit pars propositionis. Ad dubium respondēt aliqui dicentes; q͡ propositio nullomodo est pars propositionis neq; categoricæ neq; hypotheticæ. Et quando dicit; propositio hypothetica componitur est pluribus cathegoricis. Respondetur q͡ verum est ad istum sensum; propositio hypothetica componitur ex pluribus orationibus: quæ si seorsum summerentur, essent propositiones categoricæ veræ vel falsæ; quòd probant; quia si aliqua propositio hypothetica componeretur ex pluribus categoricis, sequeretur q͡ idem diceretur simul verum & falsum, possibile & impossibile; nam si sortes

An sit aliqua ꝓpō ex pluribus propōnib° cõposita.

B dicat istam disiunctiuam, homo est asinus vel deus est, dicit verũ & necesserium; quia dicit istam, deus est; & dicit falsum; q̃a dicit istã hõ est asinus. Et q̃ñ arguit contra eos ad veritatem copulatiuæ, requiritur veritas vtriusq; partis. Respondent q͡ ad veritatē copulatiuæ requiritur q͡ vtraque pars sit vera si seorsum sumeretur. Alij sunt dicentes & melius q͡ partes propositionis hypoteticæ bene sunt propositiones: quæ aliquando sunt duæ categoricæ; aliquando duę hypotheticę: & aliquando categorica & hypothetica; & hoc probant ex communi vsu fere omniũ logicorum. Dicit ẽt Arist. in textu q͡ propositio vna coniunctione .s. hypotetica est quæ cõponitur ex his .i. categoricis. Sed ad rationē alterius opinionis dicitur; q͡ non est inconueniens idem simul dicere verũ & falsum secundũ diuersas significationes. Dī .n. verum, ẜm significationem partialem: & falsum secundum significationē totalē vel econtra. Sed restat aliud dubium an aliqua pars propositionis categoricæ sit propositio, vt est pars illius categoricæ. Dicunt aliqui q͡ non: quod probant: quia hoc videretur esse verum de ista categorica, nullus homo est animal, & de parte eius scilicet homo est animal, sed hoc non, quia si sit, tunc homo est animal, quæ esset pars illius, nullus homo est animal, esset affirmatiua vel negatiua non negatiua, quia in ea non ponitur negatio, nec affirmatiua, q̃a copula eius negatur per signũ ꝑcedens, sed ista ratio non multum cogit. Ideo dicunt aliqui

Dubitatio.

D multum probabiliter, q͡ pars propositionis categoricę potest bene esse propositio, vt homo est animal, est pars illius totalis propositionis. nullus homo est animal. Pro ista tamen opinione ponuntur aliquæ propositiones. Prima; orationes compositæ ex subiecto & ly est vt habet puram rationem copulæ, nõ sunt ꝓpositiones vt hęc oĩo, hõ est, in hac ꝓpõne hõ est, non est propositio, cum nullum sit prædicatum, quia ly est vt est copula est purum sincategorema. Secunda propõ, pars propõnis categoricę põt esse propõ, q̃a oẽ verũ vel falsum est propõ, sed pars ꝓpositionis categoricę aliq̃ñ est vera vel falsa, vt patet de ista ꝓpõne, homo est animal, q̃ est ps huius omnis hõ est aĩal. Tertia ꝓpõ, cuiuslibet ꝓpõnis

E vniuersalis vel particularis totum residuum præter signum est propositio. Quarta propositio: cuiuslibet propositionis categorice de disiuncto copulato vel conditionato extremo aliqua pars est propositio. Quinta propositio: quælibet pars propõnis significans vere vel false, siue significatione totali siue significatione partiali est pars propositionis, siue sit pars propositionis categoricæ, vel hypotheticæ.

An v[l]is ppo æquiualeat hypotetice copulatiuæ.

DVBITATVR tertio: vtrum propositio vniuersalis æquiualeat hypoteticæ copulatiuæ compositæ ex suis singularibus; & vtrum propositiones exponibiles sint categoricæ vel hypotheticæ; vtrum sit ponenda aliqua propositio realis, in qua res subijciatur

F vel prædicetur. Quantum ad duas primas partes satis visum est in Summulis quid sit dicendum in principio tractatus pro positionum Exponibilium. Sed quantum ad tertiam partem, in qua quæritur vtrum sit ponenda aliqua propositio realis. Respondetur per aliquas propositiones: prima propositio: aliquã esse realem propositionem potest intelligi dupliciter. Vnomodo ꝙ sit aliqua res, quæ vocetur propositio, quæ cõponatur ex tribus rebus: quarũ vna sit subiectum, alia copula, & alia predicatũ: sic ꝙ tales res nõ sint signa: & sic nõ est intelligẽdum. Aliomodo potest intelligi aliquam propositionẽ esse realẽ ad istũ sensum, ꝙ res concipiantur in ordine ad seinuicem. Et siquis dicat contra, res prædicantur de seinuicem, ergo oportet ponere vnam propositionẽ compositam ex rebus. Respondetur ꝙ res secundũ esse cognitum earum bene subijciũtur & prædicantur. i. intelligũtur vel cognoscuntur in ordine adinuicem. Nam res subijci vel prædicari non est aliud quàm res concipi in ordine adinuicem. sed propter hoc non oportet ponenere vnam propositionem realem, in qua res subijciatur & ꝑdicetur; quia res sic sufficienter prædicantur & subijciuntur in propositione mentali, per quàm sic intelliguntur vel cõcipiunt. Et siquis dicat tales res non ponuntur in propositione mẽtali, neq; propositio mentalis construitur ex talibus rebus. Respondetur, ꝙ tales res non ponuntur formaliter in propositione mentali, tamen bene obiectiuè & extrinsece, quod sufficit

H ad hoc ꝙ res subijciatur vel ꝑdicentur. Ex quo sequitur ꝙ res poni obiectiuè in propositione mentali, non est aliud quàm res concipi in ordine ad seinuicem mediante propositione mẽtali. Et hæc de secundo arti. Quantũ ad tertium articulum sit.

CONCLVSIO responsalis, Diffinitio orationis & enunciationis & eius diffinitiones sunt a phylosopho in textu sufficienter assignatæ. Ad rationes, Ad primam & secundam patet solutio in primo arti. & ẽt ad tertiam. Ad quartam dicitur, ꝙ licet illa propositionalis est b, sumatur pro oratione: tñ non est oratio vera vel falsa de vsu logicorum, tamen de rigore logicæ est simpliciter falsa: sed sumitur a logicis ex terminis non significatiuis ad denotandum Artic. 3.

A tandum ꝙ syllogismus simpliciter dictus non recipit veritatem vel falsitatem propositionũ. Ad quintã patet solutio pro prima parte. Ad secundam partẽ dr̃, quòd in textu diuiditur enunciatio de copula simplici, & non de copula mixta, modo ista sortes est vel non est asinus, est de copula mixta: ideo non oportet ipsam simpliciter esse affirmatiuã, vel negatiuam, sed est simul affirmatiua & negatiua, vt aliàs videbitur in libris Priorum.

QVoniam autem est enunciare, & quod est esse, & quod est non esse; & quod nõ est non esse &c.

ISTE est secundus & vltimus tractatus huius libri, in B quo philosophus determinat de oppositionibus & legibus enunciationis, Et diuiditur in tria capitula. In primo determinat de oppositione diffinitiuè, & diuisiuè. Et primo præmittit vnam suppositionem ad intelligendum diffinitionem oppositionis; dicens, quòd omni affirmationi est negatio opposita, & omni negationi est affirmatio opposita, quòd probat, quia quod contingit enunciare quod est esse, contingit enunciare quod non est esse. Et quod contingit enunciare quod est non esse, contingit enunciare quod non est non esse. Et addit philosophus, quòd sicut ex parte huius verbi est, præsentis temporis, possunt formari quatuor modi enũciandi, ita in alijs temporibus: scilicet præterito & futuro. Et subdit consequenter quod quis affirmauerit, con C tingit & negare: & quod quis negauerit contingit affirmare: ergo omni affirmationi est negatio opposita; & omni negationi affirmatio opposita. Ex isto diffinit oppositionem sub nomine contradictionis: dicens, quòd contradictio est affirmatio & negatio oppositæ eiusdem de eodem, & non æquiuoce. Deinde determinat de speciebꝰ oppositionis, & diuiditur in duas partes. In prima parte præmittit duas diuisiones: quarum prima est: rerum aliæ sunt vniuersalia, & aliæ sunt singularia. Vniuersale est quod natum est prædicari de pluribus Singulare est quod non est natum prædicari de pluribus, sed solũ de vno solo: vt Plato. Secunda diuisio: D enunciationum quædam est de subiecto vniuersali, in qua enũciatur aliquid de aliquo eorum q̃ sunt vniuersalia: alia vero de subiecto singulari, in qua enunciatur aliquid de aliquo eorum quæ sunt singularia. Cõsequẽter determinat de speciebus oppõnis. Et primo diffinit contraria dicens: ꝙ contraria sunt, in quibus enunciatur aliquid, idest aliquod prædicatum, quoniam est aut non est, idest affirmatiuè vel negatiuè de aliquo subiecto vniuersali vniuersaliter tento. Vnde terminum teneri vniuersaliter ẽ ipsum teneri cũ signo vniuersali vel ipsũ teneri distributiuè: vt oĩs homo albus est, nullus homo albus est. Sed sub contrariæ dñr, in quibus enunciatꝰ idem ꝑdicatum affirmatiuè & negatiuè de eodem subiecto vniuersali vniuersaliter sumpto: vt hõ est aĩal, homo non est aĩal;

Vniuersale, & singulare quid.

E quæ ſecundum rem poſſunt dici contrariæ: nam indefinita in materia naturali æquiualet vniuerſali: ideo contingit ſubcontraria eſſe contraria, ſupple ſecundum legem. Deinde remouet vnum dubium: quia quis poſſet dubitare, Vtrum terminus teneatur vniuerſaliter quando à parte ſui ſubiecti vel parte prædicati additur ſignum vniuerſale. Reſpondet, quòd nulla affirmatio erit vera, in qua de vniuerſali vniuerſaliter ſumpto prędicatur vniuerſale vniuerſaliter ſumptum: vt omnis homo eſt omne animal. Finaliter diffinit contradictoria: dicens quòd contradictoria ſunt affirmatio & negatio: quarum vna vniuerſaliter ſignificat, alia vero non vniuerſaliter: & iſtæ contradicunt: omnis homo albus eſt, &
F non omnis homo albus eſt: & iſtę, omnis homo albus non eſt, & non omnis hō albus non eſt.

Contrariè vero dico opponi vniuerſalē affirmationem & vniuerſalem negationem.

ISTVD eſt ſecundum capitulum, in quo philoſophus determinat de legibus oppoſitionum. Et diuiditur in tres partes. In prima determinat de ipſis oſtendendo qualiter enunciationes ſe habent ad poſſe eſſe ſimul veras aut falſas. Et primo ponit legem contrariarum, dicens: quòd impoſſibile eſt duas contrarias eſſe ſimul veras. Secundo dat legem ſubcontrariarum: dicens, his vero oppoſitæ .ſ. ſubcontrariæ poſſunt ſimul eſſe verę. Et hoc ꝓbat tribus exēplis. Primum: homo eſt albus, homo non eſt albus, Secundum
G eſt: homo eſt probus, homo nō eſt probus iſtæ ſunt ſimul veræ: quia ſi aliquis homo eſt turpis non eſt probus. Tertium eſt de iſtis: homo eſt pulcher, homo non eſt pulcher: quia ſi hō eſt fœdus homo non eſt pulcher. Tertio dat legem contradictoriarum, dicens: ꝙ in contradictorijs neceſſe eſt alteram eſſe veram, & alteram falſam: & hoc ſiue ſit in cōtradictorijs vniuerſalium ſiue ſingularium. Conſequenter remouet dubium, ꝙ licet iſtæ ſint ſimul veræ: homo eſt albus, homo non eſt albus: iſtę tamen non ſunt ſimul verę: eſt homo albus, & nemo eſt albus. In ſecunda parte ponit hanc concluſionem: vnius affirmationis eſt vna negatio oppoſita, ꝙ probat: quia illud oportet negare negationem, quod affir-
H mat affirmatio & de eodem: ſiue illud idem ſit vniuerſale vniuerſaliter ſumptum ſiue non; ſiue ſingulare ſingulariter ſumptum. Quod probat: quia ſi negatio negaret, aliud de eodē vel idem de alio, tunc talis non erit oppoſita illi affirmationi, ſed erit ab ea diuerſa. Conſequenter epilogat quę dicta ſunt: dicens, ꝙ ex prædictis patet, ꝙ oppoſitarum propoſitionū aliæ ſunt contrariæ, aliæ contradictoriæ, & aliæ ſubcontrariæ. In tertia parte oſtendit quid ſit affirmatio vna, & negatio vna: dicens, ꝙ affirmatiuo vna, & negatio vna eſt, quæ vnum de vno ſignificat, ſiue ſit vniuerſale, ſiue non: vt omnis homo eſt albus: non omnis homo eſt albus. Ex quo infert talem concluſionem: quòd enunciatio quæ eſt de termino

A mino æquiuoco non est vna sicut illa in qua ponitur nomen impositum ad significandum diuersa: sicut si tunica imponeret ad significandum hominem & equum, tunc hæc non esset vna, tunica est alba: quia illo casu posito nō referret dicere istam, tunica est alba, & istas duas, homo est albus, equus est albus: sed istæ duæ nō sunt propositio vna sed plures: igitur prima erit propositio plures & non vna.

An species oppositionis, & leges earundem bene in text. ponantur.

QVAERITVR Vtrum, species oppositionis & leges earum sint à philosopho sufficienter asignatæ in text. Arguitur primo quòd non: quia oppositio

B subalterna est oppositio; & tamen nō asignantur hic à philosopho: igitur. Item oppositio relatiua & priuatiua, sunt oppositiones: & tamen non hic asignantur à philosopho: igitur. Secundo sic: Istæ duæ, ego sum Ioannes, ego non sum Ioannes scriptæ in pariete opponuntur: & tamen nulla specie oppositionis asignata à philosopho opponuntur: igitur. Minor patet: quia non videtur, ꝙ opponanẽ alia specie oppositionis quàm oppositione contradictoria: sed hoc non, eo ꝙ ambæ possunt simul esse veræ, si à diuersis legantur quorum vnus vocetur Ioannes & alius non. Tertio sic: Istę contradicunt sortes currit, & sortes non currit: & tamen simul possunt esset veræ: ergo lex contradictoriarum non est sufficienter asignata. Antecedens patet: quia pro quocunq; C tempore potest sortes currere: potest etiam non currere: ergo etiam pro quocunq; instāti vna potest esse vera & reliqua. Quarto sic contradictoriè possunt simul esse veræ: igitur lex contradictoriarum non est bene asignata. Antecedens patet: quia istæ duæ contradicunt: iste tribulus est sapidus, & iste tribulus non est sapidus: & tamẽ sunt simul veræ: igitur. Minor patet: quia illud quod iudicatur ab aliqua tota specie est verum: sed omnes asini iudicant tribulum esse sapidum: ergo hoc est verum. Etiam homo à tota eius specie, iudicat hunc tribulū non esse sapidum: ergo iudicium est verum: & per consequens ista erit vera, iste tribulus non est sapidus: & sic istæ duæ contradictoriæ erunt simul veræ. D

Quinto sic: contradictorię non repugnant in falsitate: ergo possunt simul esse falsæ. Antecedẽs patet: quia istæ duæ contradicunt, ego dico falsum, & ego nō dico falsum; cum sint singulares diuersæ qualitatis: & tamen sūnt simul falsæ: igitur. Minor patet primo quòd ista sit falsa, ego dico falsum; quia posito casu, quòd sortes nullam aliam dicat nisi istam, ego dico falsum: tunc erit falsa cum falsificet seipsam. Probatur etiam ꝙ sua negatiua. s. ista, ego non dico falsū, sit falsa: quia sortes nihil aliud dicit quàm istam propositionẽ, ego dico falsum: quæ cum sit falsa, erit falsum dicere sortem non dicere falsum, & per consequẽs hæc propositio non dico falsum, est falsa, & sic habetur propositum. In oppositum est Arist. in tex.

F in text. in quæstione sicut in cæteris erunt tres artic. Quantum ad primum.

Artic. 1. PRIMO sciendum pro declaratione diffinitionis opponis ꝙ solum hic est sermo de oppõne propositionnm & non terminorum: quam philosophus diffinit sub noĩe contradictionis: eo ꝙ cõtradictio inter oẽs oppõnes est principalis oppõ. Et ideo aduerte ꝙ hæc propõ, cõtradictio est affirmatio, & negatio oppositæ, non debet esse copulatiua: quia tunc esset falsa: nam sensus esset, contradictio est affirmatio, & contradictio est negatio: modo quælibet earum est falsa; sed est categorica de copulato prædicato. Et aduerte, ꝙ quando dicitur contradictio est affirmatio & negatio oppositæ: ibi est prædicatio accidẽtalis & nõ

F essentialis: nam cõtradictio formaliter non est nisi repugnantia duarum propositionum ad esse simul veras vel falsas. Et dicitur notanter oppositæ, ad denotandum ꝙ non quælibet affirmatio & negatio est contradictio: sed solum affirmatio, & negatio, quæ habent repugnantiam ad esse simul veras vel falsas. Ex quo sequitur quòd oppositio subalterna non est propriè propositio; quia est tantum affirmatio, vel tantum negatio: modo oppositio debet esse affirmatio & negatio. Et aduerte vlterius, quòd oppositio debet esse eiusdem de eodem: non nominis tantum, nec rei tantum, sed rei & nominis simul. Ex quo sequitur, quòd quatuor cõditiones generales requirũtur ad oppositionem. Prima: quòd propositiones oppositæ sint de eisdem extremis & de eadem G copula adæquatè secundum rẽ & vocem simul. Secunda conditio: quòd termini supponant eodem genere suppositionis, Ex quo sequitur ꝙ illæ non opponuntur, homo est species, nullus homo est species. Tertia: ꝙ termini teneantur æquè amplè & æque strictè. Ex quo sequitur ꝙ illæ non opponuntur, omnis homo currit, nullus homo currit: quia homo in prima supponit tam pro viris quàm pro mulieribus: sed in secunda supponit tantum pro viris. Quarta ꝙ propositiones sint de simplici quantitate, & de simplici copula: & quòd non sint de contingenti specialiter dicto: quia si essent de contingenti specialiter dicto non opponerentur, nisi forte secundum modum & nõ H secundum legem, vt postea patebit. Aduerte etiam, quòd oratio in qua ponitur terminus æquiuocus à casu non restrictus non habet propositionem sibi oppositam: quia non est propositio, sed propositio plures: vt illa, canis est substantia non habet contradictoriam: quia non est propositio.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa dicta incidunt aliqua diffi- *Dubitationes,* cultates. Prima difficultas vtrũ Arist. faciens mentionem de propositionibus oppositis & legibus earum, locutus fuerit vniuersaliter de omnibus propositionibus oppositis. Ad quam breuiter respondetur, ꝙ non: sed solum de propositionibus categoricis simplicis qualitatis aut quantitatis: falsum enim est, ꝙ vna contrariarum est vniuersalis affirmatiua, & alia vniuersalis

A lis negatiua. Similiter de subcōtrarijs & contradictorijs: vna enim non est affirmatiua si sit mixtæ qualitatis, sed affirmatiua & negatiua simul. Similiter dicendum est de quantitate: loquitur etiam philosophus de ꝓpōnibus oppositis & legibus earum q̄ non sunt diuisę de contingenti specialiter capto: nam in illis de cōtingenti specialiter capto, possibile est duas cōtrarias simul esse veras: & subcontrarias simul eē falsas: vt sunt istæ, omnis deus contingenter non est deus: & omnis deus non cō tingenter non est deus, quę sunt simul veræ. Et si arguat: duæ contrariæ sunt simul veræ: & ad ipsas sequuntur duæ particulares, quæ sunt simul veræ: ergo duæ contradictoriæ: sunt simul veræ, quod est impossibile. Re-

B spondetur, quòd non semper ad contrarias sequuntur suæ subcō trariæ, nec ad vniuersalem sua particularis: sed hoc solum habet veritatem in illis, quæ non sunt de contingenti specialiter capto. Ista enim vniuersalis, nullus deus contingenter non est deus: conuertibiliter se habet cum hac disiunctiua, omnis deus necessario est deus, vel omnis deus impossibiliter est deus, quo ad veritatem & falsitatem. Et quicquid sequitur ad disiunctiuam, sequitur ad illam de contingenti, & econtra: ista enim est affirmatiua indefinita de contingenti, deus contingenter est deus. Et similiter sua particularis, quidam deus contingenter est deus: quæ est subalterna primæ videlicet huius, nullus deus contingenter non est deus: conuertibiliter se habet quo ad veritatem & falsitatem & consequentiam cum ista copulatiua, deus nō necessario est deus, & deus non impossibiliter est deus: modo ista copulatiua non sequitur ad disiunctiuam: ergo nec ista particularis, quidā deus contingenter est deus, ad suam vniuersalem; cui subalternatur. Ex quo patet istas duas contrarias simul esse veras, nullus deus contingenter est deus, nullus deus contingenter non est deus. Etiam subcontrarias, deus contingenter est deus: & deus contingenter non est deus, simul esse falsas: illæ enim particulares conuertuntur adinuicem: modo affirmatiua est falsa, cum copulatiua sibi æquiualens est falsa: igitur & negatiua. Di- D cunt tamen aliqui, quòd propositiones de contingenti specialiter capto sunt hypoteticæ: sed hoc non videtur multum probabile.: licet tales propositiones de contingenti specialiter capto inferant hypoteticam: non tamen sunt hypotheticæ, sed simpliciter cathegoricæ.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima: vtrum particularis in materia naturali æquiualeat vniuersali. Et videtur ꝙ non: quia non subordinantur vni & eidem mentali: ergo non æquiualent. Respondetur breuiter quòd particularis in materiali naturali & vniuersalis nō ęquiualent in significando: quia non subordinantur eisdem mentali:

Particularis propōis naturali materia an æqualeat vniuersali,

E mentali: neque subiecta & prædicata eodem modo supponũt: tamen bene æquiualent in inferendo seu in veritate & falsitate. Et similiter dicendum est de materia remota: & hoc volebat habere Arist. in textu. Secunda difficultas est: vtrum si vna cõtradictoriarum sit vera reliqua sit falsa, vel econtra. Et videẽ quòd non, quia potest esse vna contradictoriarum non existente alia, quo facto vna erit vera, & tamen reliqua non erit falsa: cum non formetur. Respondeẽ ꝙ si vna contradictoriarum sit vera, reliqua erit falsa, supple si formetur. Et siquis dicat: istæ sunt cõtradictoriæ, diu est quòd fuisti asinus, & nõ diu est ꝙ fuisti asinus, & tamen sunt simul falsæ: de prima notum est: de F secunda probatur, quia ad eam sequiẽ falsum. scilicet ista nouiter fuisti asinus: ergo secunda est falsa. Respondetur ꝙ ista, non diu est ꝙ fuisti asinus, est vera; quia significat ꝙ in nulla parte temporis, neq; in nullo tempore fuisti asinus; & negatur quòd ad ipsam sequitur vna falsa, puta illa, nouiter fuisti asinus. Et si quis iterum dicat istæ sunt contradictoriæ; sortes dicit falsum, sortes non dicit falsum, & tamẽ sunt falsæ; posito casu ꝙ sortes non dicat nisi istam propositionem, sortes dicit falsum; quia illo casu posito est propositio falsificans seipsam. Respondeẽ, ꝙ ista propositio, sortes dicit falsum, & similiter aliæ propõnes falsificãtes seipsas non sunt categoricæ, sed sunt hypoteticæ, vt aliàs magis videbitur. Et siqs iterum dicat, istæ duæ sunt contradictoriæ; caput habet omnis

Dubitatio.

homo, & nullum caput habet omnis homo; & tamen sunt simul falsæ; de prima notum est; G de secunda patet; quia eius descendentes sunt falsæ, puta istæ; nullum caput habet iste homo vel iste homo, & sic de aliis. Respõdetur quòd illæ non sunt eiꝰ descendentes, sed istæ; nullum caput habet iste homo, & iste hõ & iste hõ; & sic de alijs.

QVARTO sciendum, quòd oppositio propõnũ est duplex; quædam est sumpta pœnes prædicata contraria, priuatiua, vel contradictoria; vt sortes est sanus, sortes est ęger: sortes est cæcus, sortes est videns, sortes est currens, sortes est non currens; & de ista non est hic sermo. alia est oppositio data pœnes modos enunciãdi oppositos; & de ista est hic sermo, & non de alia. Et aduerte vlterius quòd propositiones dicuntur adhuc opponi H dupliciter. Vnomodo proprie; quia sunt de opposito mõ enunciandi prædicatum de subiecto: vt istæ duæ quilibet homo est albus, & nullus homo est albꝰ. Aliomodo non quantum ad modum enunciandi, sed quantum ad legem; quæ sic se habent ꝙ sunt propositiones categoricæ vtroq; termino participantes secundum eundem ordinem, quibus quantum est de forma earũ repugnat, quòd sint simul veræ vel falsæ; & hoc proportionabiliter ad leges; vt istæ propõnes; nullus homo currit, iste homo currit. Supponitur vlterius ꝙ per legem oppõnis non intelligitur, nisi regula vel natura propõnum oppositarum; ita quòd lex contrariarum non est aliud quàm natura vel regula contrariorum.

Oppõ ppositionum duplex.

A riorum. Vnde quando dr̄, quòd lex contrariarum est talis quòd impossibile est contrarias simul esse veras; debet sic intelligi, ꝙ si duæ propōnes contrariæ adinuicem sint in rerum natura; si una est vera reliqua est falsa, vel sic, duarum propositionum adinuicem contrariarum impossibile est vnam esse veram quin reliqua sit falsa si formetur; & eodem modo dicendum est de alijs legibus. Ex quo patet, ꝙ propōnes adinuicem contrarię, sic se habent adinuicem, quòd eis formaliter repugnat gratia formæ acceptionis terminorum stare simul in veritate. Vnde illæ propōnes dicuntur adinuicē repugnare in veritate; quæ nō possunt simul esse veræ, sed illę dicuntur repugnare formaliter in veritate quæ sic se habent, ꝙ B nec ipse nec sibi similes in forma possunt simul esse verę. Vnde ex parte formæ propōnis se tenent qualitas quantitas similitudo copularum; & extremorū numerus & situs terminorum. Et hęc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Art. 2. *An duæ cōtraria possint simul esse vera.*

DVBITATVR primo, vtrum duæ contrariæ possint simul esse veræ. Et vr̄ quòd sic; nam istę sunt contrariæ; omnis homo est animal, omnis homo animal non est; & tamen sunt simul verè. Pro solutione est aduertendum, quòd ad propōnes adinuicem esse contrarias plures conditiones requirunt̄. Quarum prima est ꝙ propositiones adinuicem contrariæ participēt vtroq; termino secundum eundem ordinem .i. quòd habeant subiecta & prędicata synonima. Secunda conditio, quòd tales propōnes sint diuersarum qualitatum; ad talem sensum; videlicet quòd quælibet copula principalis negata in vna affirmetur in alia & econuerso. Ex quo sequitur, nullas affirmatiuas esse contrarias adinuicem. Sequitur etiam nullas negatiuas adinuicem esse contrarias. Tertio sequitur, quòd stat propositiones adinuicem contrarias esse eiusdē qualitatis in genere, licet non in specie; vt patet de istis duabus quæ sunt mixtæ qualitatis: omnis homo est vel non est albus: omnis homo non est, vel est albus. Tertia conditio; quòd termini non accipiantur ęquiuocè nō dissimiliter restringantur neq; amplientur, neque dissimiliter appellent suas rationes formales; propter secundum istę non sunt contrariæ; omnis homo currit; nullus homo currit; q̄a dato quòd solæ mulieres essent & quælibet curreret & nullus vir esset; tunc istæ essent veræ, omnis homo currit, & nullus homo currit; nam in ista, nullus homo currit ly hō restrigitur ad standum tantum pro viris. Propter defectum tertię particulæ istæ non contrariantur, nihil quod est vel fuit homo est ens, omnis homo est ens; eo ꝙ ly homo in negatiua ampliatur & non in affirmatiua. Propter quartum defectum istę non contrariantur, omnis homo sedentem percutit, nullus homo percutit sedentem; quia in aliquo casu possunt simul esse veræ. Similiter istæ non contrariantur, omnis homo venientem cognoscit, omnis homo nō cognoscit venientem, quia posito, quòd quilibet hō habeat conceptum

C

D

entis

E entis & nullus homo habeat cõceptum venientis: prædictæ simul essent veræ. Quarta conditio: est quòd tales propositiones plus habeant de vniuersalitate quàm de particularitate; quod debet intelligi ad sensum conditionalem: sic ꝙ si in eis ponantur vniuersalitates & particularitates: numerus vniuersalitatum debet excedere numerum particularitatũ. Vnde vniuersalitas est terminus communis distributus non existens ꝑs alicuius complexi vnica acceptione accepti: vt in ista: omnis homo est animal, ly homo debet teneri vniuersaliter. Dr̃ notanter nõ existens pars complexi vnica acceptione accepti: q̃a ly homine in ista, sortes differt ab homine non est vniuersalitas: quia est pars complexi vnica acceptione accepti. Aduerte
F quòd ad vniuersalitatem requiritur, quòd non sit complexum diuersis acceptionibus acceptũ: q̃a hoc totũ hoĩs asinus in ista propõne cuiuslibet hominis asinus currit, non est vniuersalitas, sed solũ pars eius. s. ly hominis: sed in ista cuiuslibet asinus hominis currit, ly hominis asinus est vniuersalitas: quia est complexum vnica, acceptione acceptum: sed hominis asinus est complexum diuersis acceptionibus acceptum: modo regula est in oppositionibus, ꝙ quando in aliqua propositione ponitur complexũ vnica acceptione acceptũ, debet computari pro vniuersalitate vel particularitate. Quinta conditio: si in propositione affirmatiua ponatur vna particularitas, in negatiua sibi opposita nulla debet poni particularitas: Defectu cuius G ista non sunt contrariæ adinuicem: omnis homo est animal: omnis homo animal non est: & per hoc soluitur ratio, quę prius fiebat. Nec istæ: omni tẽpore risibile est omnis homo: omni tp̃e risibile nõ est oĩs homo: eo ꝙ sunt simul veræ. Sexta conditio: quòd quælibet particularitas ĩ vna sit vniuersalitas in alia. Vnde particularitas non est nisi terminus communis stans cõfusè tantum vel determinatè, non existẽs pars complexi vnica acceptione accepti: neq; existens aggregatum ex diuersis partibus diuersis acceptionibus acceptis: Defectu cuius istæ non contrariantur: cuiuslibet hominis asinus currit: cuiuslibet hominis asinus non currit. cum possint simul esse veræ, posito quòd quilibet hõ haberet duos H asinos quorum vnus curreret: & alius non curreret. Septima conditio: si in huiusmodi propositionibus ponatur disiunctũ copulatum vel conditionatum, ꝙ in ambabus accipitur vnica acceptione, totum debet distribui: vel si solum prima pars distribuatur, in alia negatio debet ferri ad coniunctionem: Defectu cuius istę non contrariantur adinuicem, omnis homo vel asinus currit, omnis homo vel asinus non currit, distribuendo solum primam partem disiuncti. Octaua conditio, quòd si in huiusmodi propositionibus ponantur modi ad copulam, requiritur, ꝙ huiusmodi propõnes ẽt sint contrariæ ex parte modorum: Defectu cuius istæ non cõtrariantur, omnem hominem possibilè est currere, omnem ho-

minem

A minem possibile est nõ currere, nec istæ; omnis homo aliqñ currit, omnis homo aliqñ non currit. Ex istis sequitur, ꝙ non oĩs propositio habet contrariam, sed solum illa, in qua ponitur aliqua vniuersalitas. Sequitur secũdo, ꝙ omnis propõ in qua ponitur aliqua vniuersalitas, habet contrariam capiendo contrarietatem largè. Ex hoc sequitur, ꝙ de quolibet genere qualitatis dabilis est propositio habens contrariam. De vniuersali: vt ista, omnis homo est animal, habet istam sibi contrariam, omnis homo non est animal. De particulari, vt aliquis homo est omne animal, habet istam sibi contrariam; nullus homo est animal. De indefinita, vt ista, homo est omne animal, habet istam sibi contrariam, omnis B homo non est animal, & sic de alijs.

Dua contradictoriæ vtrũ possint simul esse vera vel falsa.

DVBITATVR secundo, vtrum duæ contradictoriæ possint simul esse veræ vel falsæ. Et arguitur, quòd possint simul esse veræ, nam istæ duæ contradicunt, sortes currit, sortes non currit, & possunt simul esse veræ, quia pro illo instanti in quo vna potest esse vera et reliqua potest esse vera, ergo possunt simul esse veræ. Pro solutione supponitur, quòd ad contradictorias multæ conditiones requirũtur à posteriori. Prima, ꝙ participent vtroq; termino ordine eodem. Secũda, ꝙ termini non dissimiliter restringantur, amplientur, & appellent suas rationes formales: Defectu primi istæ non contradicunt, omnis homo currit, quidam homo nõ currit, Defectu secundi istæ nõ contradicunt oĩs homo animal fuit, homo non fuit aĩal, quia ly animal in affirmatiua ampliatur & non in negatiua, Defectu tertij istæ non contradicunt, nullus homo cognoscit venientem, quidam homo venientem cognoscit, cum possint simul esse veræ. Tertia conditio, quòd si in talibus ponatur vniuersalitas & particularitas ꝙ habeant æquè de vniuersalitate sicut de particularitate. Quarta conditio est, quilibet terminus distributus in vna contradictoriarum, non debet distribui in alia, & si non distribuatur in vna, debet distribui in alia, & hoc nisi talis terminus sit determinatio accepta vnica acceptione cum suo determinabili, quia si sic si distribuatur in vna distribuetur in alia, & si non distribuatur in D vna non distribuetur in alia, vt in istis sortes videns omnem hominem currit, sortes videns omnem hominem non currit. Quinta conditio, si in vna contradictoriarum ponatur aliquis terminus stans confusè & distributiuè à parte vnius extremi in ordine ad alium terminum supponentem confusè tantum, tunc ille terminus qui stabat confusè & distributiuè, debet stare determinatè in altera contradictoriarum, vt omnis homo est animal, homo non est animal. Sexta conditio, si aliquis terminus accipiatur confusè & distributiuè in vna contradictoriarum à parte vnius extremi in ordine ad alium terminum supponentem determinatè à parte alterius extremi: tunc in altera

F in altera contradictoriarum debet stare confusè tantum, defectu cuius istę nō contradicunt, sortem videt omnis asinus, asinus non videt sortem. Septima conditio, si in vna contradictoriarum ponatur terminus collectiuè acceptus, quòd etiam in reliqua teneatur collectiuè; vt hęc omnes apostoli dei sunt duodecim. Ex quo patet, ꝙ dabiles sūt duæ propositiones contradictorię de extremis communibus totalibus, quorum neutrum tenet distributiuè, & hæc conditio ꝓbabiliter ponitur. Octaua conditio, si aliquis terminus supponat confusè tantum respectu ꝑ prij signi confusiui, in contradictoria debet supponere confusè & distributiuè, distributione incompleta seu distributione opposita suppositioni confusæ tantum; vt ista, promitto tibi equū, cuius cōtradictoria est ista, ego non promitto tibi equum, & nō ista, nullum equum tibi promitto, quia tunc duæ cōtradictoriæ essent simul verę. Nona conditio, si tales propōnes sint modales, oportet quòd sint de modis contradictorijs, defectu cuius istę non cōtradicunt, omne ens necessario est ens, ens impossibiliter est ens. Decima conditio, si in huiusmodi propositionibus ponatur disiūctum copulatum vel conditionatum, quòd si illud totū distribuatur in vna, & particularizetur in alia, & si solum prima pars distribuatur, quòd tunc in alia parte particularizetur, & quòd negatio feratur supra coniunctionem. Vnde distribuendo totum disiunctū, istæ contradicunt, omnis homo vel asinus currit, homo vel asinus non currit, sed distribuendo solum primam partem disiūcti; cōtradictoria primæ est ista, homo non vel asinus currit. G Istis suppositis supponitur finaliter quòd contradictorias posse esse simul veras, potest dupliciter intelligi. Vnomodo, vt ly simul, determinat ly potest, & sic possunt simul esse veræ, vel vt determinat ly esse, & sic non possunt simul esse ueræ, & per hoc soluitur ratio, quæ prius fiebat.

DVBITATVR tertio, vtrum duæ subcontrariæ possint simul esse falsæ. *An subcōtraria possint simul esse falsa.* Pro cuius solutione supponitur, quòd ad hoc quòd aliquæ propositiones sint adinuicem subcontrarię, multæ conditiones requirūtur à posteriori. Prima quòd participet vtroq; termino eodem ordine. Secunda, ꝙ termini non teneantur æquiuocè, non dissimiliter H restringantur, neque amplient, neque appellent suas rationes formales, defectu primi istę non non sunt subcontrariæ, canis est animal latrabile, canis non est animal latrabile, capiendo ly canis aliter in vna quàm in alia, Defectu secundi istæ nō sunt subcontrariæ, homo currit, quidam homo non currit, Defectu tertij istæ non sunt subcontrariæ, homo est albus, homo non fuit albus, Defectu quarti istæ nō sunt subcontrariæ homo album videt, homo non videt album. Tertia conditio, quòd habeant plus de particularitate quàm de vniuersalitate, & hoc debet intelligi in sensu conditionali, sic videlicet, quòd si habeant vniuersalitates & particularitates, quòd numerus particularitatū sit ma-

A sit maior, non tamen oportet hoc simpliciter & absolute fieri. Quarta conditio, ꝙ quælibet vniuersalitas in vna sit particularitas in alia: defectu cuius istę non sunt subcontrariæ, aliquo tẽpore risibile est omnis hõ, aliquo tempore nullũ risibile est hõ. Quinta conditio: si in affirmatiua ponatur vniuersalitas, nulla vniuersalitas debet poni in negatiua: defectu cuius duæ immediatæ dictæ non sunt subcontrariæ. Sexta conditio: quòd si huiusmodi propositiones sint modales, quòd sint de modis subcontrarijs: defectu cuius istæ non sunt subcontrariæ, hominẽ necesse est currere, hominem impossibile est currere. Ex istis sequitur quòd non omnis propositio habet subcontrariam: vt patet de ista, sortes est

B hoc album. Sequitur secundo ꝙ omnis propositio, in qua ponitur particularitas, habet subcontrariam. Ex quo sequitur ꝙ de quolibet genere quantitatis dabilis est propositio habens subcontrariam. De conditionibus autem quæ ad subalternam requiruntur, satis visum est in Summulis. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

Artic. 3. CONCLVSIO responsalis: Species & leges oppositionis sunt a philosopho sufficienter & conuenienter assignatæ. Patet hæc conclusio ex præcedentibus articulis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam patet solutio pro vtraque sui parte. Ad secundam dicitur ꝙ illæ propositiones scriptæ sunt contradictoriæ, si sint scriptæ ab eodem: nec possunt simul esse veræ vel falsæ a quocunq; legantur: quia sicut pronomina vocalia primę personę, nunquam supponunt nisi pro illis, qui proferunt ea: sic nec scripta supponunt nisi pro illis, qui ea scripserunt. Et si dicatur contra hoc: quia aliquis sæpe scribit literas obligatorias pro alio, aut etiam legit: & tamen pronomina primæ personæ ibi posita non supponunt pro illo: quia aliter obligaret seipsum. Respondetur quòd in illo casu illa pronomina non supponunt proprie & de rigore logices, nisi pro legente aut scribente: tamen ex vsu loquendi permissum est quòd ipsa supponant pro illo homine, cuius sit obligatio: aut pro illo ad cuius intentionem attribuitur sententia. Ad tertiam patet solutio in secũdo dubio. Ad quartam dicitur, negando minorem: nam istæ nunquam sunt verę, iste tribulus est sapidus: & iste tribulus non est sapidus, cum ly sapidus supponat confuse & distributiue: nec valet dicere, iste tribulus non est sapidus homini: ergo non est sapidus: quia arguitur a dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Ad quintam patet solutio in primo articulo, vbi visum est quòd propositiones falsificantes seipsas non sunt categoricæ, sed hypotheticæ.

C

D

IN his ergo quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse est affirmationem veram vel falsam esse.

ISTVD est vltimum capitulum huius tractat. in quo philoso

E losophus ondit qualiter se habeant enunciationes quo ad esse verum determinate vel falsum. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit quibus contradictorijs conuenit ꝙ vna pars est determinate vera & altera falsa: dicens ꝙ in omnibus contradictorijs de præsenti & præterito necesse est vnam partem esse veram & alteram falsam. In secunda parte arguit ad vtranque partem de contradictorijs singularibus de futuro contingenti: & primo ꝙ non sit necesse in talibus alteram partem esse veram & alteram falsam: dicens ꝙ in contradictorijs singularibus de futuro contingenti non est necesse alteram partem esse determinate veram & alteram determinate falsam: quia si omnis affirmatio vel negatio de
F futuro contingēti esset determinate vera vel determinate falsa, sequeretur, ꝙ omnia necessario euenirent: sed consequens est falsum: igitur. Consequentiam probat duabus rationibus. Prima: quia posito casu ꝙ aliquis dicat hoc erit: & alius dicat hoc non erit: si omnis affirmatio vel negatio de futuro contingenti sit determinate vera aut falsa, necesse est alterum ipsorum dicere verum & non vtrunq;, cum ipsi capiant contradictoria, quæ non contingit simul esse vera. Secūda ratio: si omnis affirmatio & negatio sit determinate vera vel falsa, sequeretur ꝙ de illo quod est modo album, semꝑ fuit verum dicere hoc erit album: & si sic non potuit non fieri album: & si non potuit non fieri album, impossibile fuit ipsum non fieri album: & si impossibile fuerit ipsum non fieri G album, necesse fuit album: & sic necessario eueniet: & per cōsequens nihil erit ad vtrumlibet vel a casu. Deinde probat oppositum dicens: in contradictorijs de futuro contingenti necesse est alteram partem esse vera; & non potest dici, ꝙ neutra sit vera: probat duabus rationibus. Prima: quia si affirmatio sit falsa: negatio erit vera: & si negatio erit vera, affirmatio erit falsa; igitur non contingit neutram earum non esse determinate veram. Secunda ratio: si neutra esset vera tolleretur ratio contingentis ad vtrū libet; nam si verum est dicere ꝙ hoc est album, oportet quòd sit album. Et si erit cras verum dicere quòd est album, oportet quòd cras sit album. Si autem H verum est dicere de tali futuro quòd neque erit neq; non erit, tunc ipsum non poterit esse, nec poterit non esse; quod est contra rationem contingentis ad vtrumlibet. Deinde remouet duas cauillationes. Prima est contra secundam rationem in qua dictum est: quòd si omnis affirmatio vel negatio sit determinate vera vel falsa, sequerētur quod de illo quod nunc est album, semp fuit verum dicere quòd hoc erit album. Posset aliquis dicere quòd hoc est verum in tempore propinquo præcedente illud nunc, sed non in tēpore remoto. Remouet hanc cauillationem dicens, quòd quā tum ad tempus nihil refert etiā ante millesimum annum: quia semper manet eadem veritas. Secunda cauillatio est contra primam rationem: dictum est enim

A enim quòd ſiquis dicat quòd hoc erit: & alius dicat quòd hoc non erit, neceſſe eſt alterum illorum verum dicere. Poſſet aliquis dicere quòd hoc ideo eſt: quia dicunt contradictoria: ſed ſi nihil dicerent, nullum inconueniens ſequeretur. Hanc cauillationem remouet dicens quòd ſiquis affirmauerit vel negauerit, nihil propter hoc mutatur in re: quia propter noſtrum affirmare vel negare nihil mutatur in re. Deinde oſtendit quòd non omnia eueniāt de neceſſitate tripliciter. Primo ſic: nos ſumus principia multorum, & conſiliamur de multis, quod non faceremus ſi omnia neceſſario euenirent. Secundo; multa ſunt entia, quæ non ſunt ſemper in actu, ſed ſunt in poten-
B tia; ſic quòd poſſunt fieri, & non fieri, eſſe & non eſſe: ergo non omnia de neceſſitate eueniunt. Exemplificat, vt veſtis poteſt incidi: & tamen non inciditur, ſed vetuſtate conſumitur. Et hoc exemplum poteſt ſumi pro tertia ratione. Deinde oſtendit quomodo ſe habent propoſitiones ad veritatem & falſitatem. Pro cuius ſolutione ꝑmittit quomodo ſe habent res ad neceſſitatem. & primo quomodo ſecundum ſe & abſolute ſe habent ad neceſſitatem. Secundo quomodo per comparationem ad ſua oppoſita ſe habent: dicens primo, ꝙ res ſe habent ad neceſſitatem ſecundum ſe & abſolute: ſic quòd non ſunt ſimpliciter neceſſe, ſed ex ſuppoſitione: quia omne quod eſt quando eſt neceſſe eſt eſſe. Secundo di-
C cit quod res ſe habent ad neceſſitatem per comparationem ad ſua oppoſita: ſic quòd non ſunt neceſſarię ſimpliciter, ſed ex diſiunctione ad ſua oppoſita: illud enim quòd non habet determinatam rationem neceſſitatis fit neceſſarium ſub diſiunctione ad ſuum oppoſitū: vt neceſſe eſt nauale bellum cras eſſe futurum, vel nauale bellum cras non eſſe futurum. Ex his concludit quòd eodem modo eſt in rebus & enunciationibus: quia ſicut ſunt quædam res, quæ non ſunt determinate ad eſſe neque ad non eſſe: cuiuſmodi ſunt illæ, quæ ſunt ad vtrumlibet: ita ēt ſunt quædam orationes quæ non ſunt determinate ad veritatem vel falſitatem. Ex prædictis infert duo correlaria. Primum quòd non ne-
D ceſſe eſt in omnibus contradictorijs vnam partem eſſe determinate veram & alteram falſam. Secundum correlarium quòd non eſt ſimile de contradictorijs de præſenti & præterito, & de contradictorijs de futuro contingenti.

An de futuris contingentibus ſit determinata veritas vel falſitas.

QVAERITVR vtrum aliqua propoſitio de futuro contingenti ſit determinate vera aut determinate falſa. Arguitur primo quòd ſic: quia hęc eſt determinate vera, dies iudicij erit: & ſimiliter iſta, ſol orietur cras & tamen ſunt de futuro contingenti: igitur: Item

E hęc disiunctiua est determinate vera sol orietur cras, vel non orietur cras: ergo altera pars est determinate vera. Secundo sic: Omne quod sic est verum, quod ipsum non est, falsum est determinate verum: sed aliqua propositio de futuro contingenti est determinate vera. Maior est nota: & minor probatur: quia sint istæ duę sortes curret cras, sortes non curret cras, quælibet earum est de futuro contingenti: & tamen vna earum est determinate vera: quia sunt contradictoriæ, quarum necesse est vnam esse veram. Tertio sic: Sicut se habet res ad esse vel ad non esse fore vel non fore, sic se habet propositio ad esse verum vel nõ esse verum: sed aliqua res deter

F minate se habet ad fore aut non fore: igitur aliqua propositio determinatè se habebit ad esse verum vel non esse verum. Minor probatur: quia quamlibet rem non existentē, possibile tamen existere, neccesse est fore aut nõ fore. Quarto sic: Omne futurum de necessitate eueniet: ergo omnis propositio de futuro contingenti est determinate vera. Antecedens patet: quia omne quod est de necessitate futurum, de necessitate eueniet: sed omne futurum de necessitate est futurum: ergo omne futurũ de necessitate eueniet. Quĩto sic: Hęc propositio est determinate vera vel falsa, sortes curret cras: ergo aliqua propositio de futuro contingenti est determinate vera. Antecedens patet: quia aut deus scit ꝙ sortes curret cras, aut non curret cras: si sciat ꝙ curret cras: ergo ista erit determinate vera, sortes curret cras: si nesciat tunc ista erit determinate vera, sortes non curret cras; & quælibet est de futuro contingenti: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione quemadmodum in cæteris erunt tres articuli.

G

Artic. I.

PRIMO sciendum, ꝙ pro solutione primę partis quæstionis supponitur primo ꝙ triplices sunt propositiones. Quædã sunt de præterito, quorum copula est præteriti temporis. Quædam de præsenti, quarum copula est præsentis temporis. Quædam de futuro, quarum copula est futuri temporis. Ex quo sequitur ꝙ refert dicere aliquam propositionem esse de præterito, de præsenti, aut de futuro: & ipsam esse præteritam præsentem, aut futuram: quia aliqua est præsens, quæ est de præterito: vt patet de illa a me prolata, sortes scripsit: & similiter de alijs. Secundo supponitur ꝙ duplex est futurum .s. futurum contingens & futurum necessarium. Futurum necessarium, est illud quod impossibile est non fore: sicut Antichristus erit animal. Sed futurum cõtingens est triplex. Rarum quod in paucioribus accidit: & magis determinatum est ad non esse quàm ad esse: vt fossorē inuenire thesaurum. Aliud est cõtingens vt in pluribus: quod magis determinatũ est ad esse quàm ad non esse: sicut hominem nasci cum quinq; digitis in vna manu & cũ duobus oculis in vno capite: & sic de alijs. Aliud est contingens ad vtrumlibet: quod ſm se est indeterminatum ad esse &

H

Futurũ quotuplex

A ad non esse:vt sortem cursurum cras. Et proportionabiliter triplex potest esse propositio de futuro cōtingenti.s.raro,in qua ponitur contingens rarum in pluribus: & ad vtrumlibet, in qua ponitur aliquod illorum. Tertio supponitur ꝙ propositio de futuro cōtingenti ad vtrū libet est duplex. Quædam est de subiecto vniuersali: cuiusmodi est ista,nauale bellum erit cras. Alia est de subiecto singulari,cuiusmodi est ista,sortes curret cras: & de ista principaliter quærit quæstio. Ex quo sequitur ꝙ propositio de futuro contingenti,de qua hic loquimur, est propositio singularis contingens simpliciter vna, cuius copula est verbum futuri temporis. Dicitur secundo ꝙ nullū

B futurum necessarium est futurū contingens: quia quod impossibiles est non fore,non est futurum contingens:sed necessarium simpliciter impossibile est non fore: igitur necessarium simpliciter non est contingens.

Propositio quot modis dicitur determinatè vera.

SECVNDO sciendum, ꝙ pro declaratione secundæ partis quæstionis ponitur hæc distinctio: aliqua propositio dicitur determinate vera tripliciter. Primo: quia sic est vera quòd impossibile est eam non esse veram pro qualibet temporis differentia: & sic propositio necessaria dicitur determinate vera: sicut ista,homo est animal. Secundomodo dicitur determinate vera: quia postquam fuit vera,impossibile est ipsam esse falsam: & sic omnis propositio de præterito vera,dicitur determinate vera:vt Adam fuit:& intelligit̄ de propositionibus de præterito, in quarum extremis

C non ponitur signum vniuersale:vt patet de ista, Adā fuit omnis hō,quæ semel fuit vera.& tñ nunc est falsa. Tertiomō ꝓpō dicitur determinate vera:sic ꝙ non est falsa,pōt tñ esse falsa ꝓ illo instāti,pro quo est vera: & sic propositio de futuro cōtingēti potest dici vera; & opposito modo dicatur de propōne falsa. Ex istis dicitur primo,ꝙ omnis propositio copulatiua cōposita ex partibus cōtradicētibus est determinate falsa; qa sic est falsa ꝙ impossibile est eā esse verā.Ex quo seqtur ꝙ copulatiua cōposita ex cōtradictorijs de futuro cōtigēti est determinate falsa.Et si dicatur;ex indeterminate falsis non potest fieri determinate falsum;sed vtraq;pars cōtradictionis de futuro contin-

D genti est indeterminate falsa:ergo. Respondetur ꝙ maior est falsa,sicut ex possibilibus bene fit impossibile. Dicitur secundo ꝙ omnis propositio disiunctiua composita ex partibus contradicētibus est determinate vera;qa impossibile est eā esse falsam;vt Ioannes legit,vel non legit. Dr̄ tertio ꝙ omnis ꝓpō de præterito vera,cuius veritas non depēdet ab aliqua de futuro,& cuius extremū alterū non tenetur vniuersaliter,est determinate vera. Et dr̄ notāter nō dependēs ab aliqua de futuro:quia si dependeret ab aliqua de futuro,idem esset iudicium de ea quo ad veritatem & falsitatem,sicut de illa de futuro,sicut ista: deus præsciuit Antichristum fore. Vnde illa propō de præterito dr̄ dependere ab vna de futuro, in qua ponitur verbum vel partici

B pium futuri temporis. Dicitur quarto quòd propositio de futuro contingenti est determinate vera tertio modo seu determinatione de inesse; qnia sic est vera quòd non erit falsa:tamen cum hoc stat quòd potest esse falsa, ideo non est determinate vera determinatione de possibili.

Q° de infallibilitate scietia dei. TERTIO sciendum,quòd circa prædicta incidit vna difficultas; an stante infallibilitate scientiç dei stet contingentia in rebus & liberum arbitrium in hominibus. Pro cuius solutione supponitur primo quòd contingens dicitur, quòd potest esse & non esse: ita quòd res dicitur contingens quando non necessario est nec necessario non est; vt patet ex diffinitione contingentis in primo *Cõtingẽs quid.* Priorum. Contingens est quo F non existente necessario, posito tamen in esse,nihil propter hoc erit impossibile. Supponit secundo quod libertas est duplex. Quædam est libertas contradictionis, quæ .s. aliquid potest in effectu & in oppositum eius. Alia est libertas cõplacentię,quæ.s.aliquid potest in aliud libere, siue possit in eius opposi tum siue non;His suppositis dicitur primo quòd deus habet infallibilem noticiam de futuris contingentibus; quia non nouit aliter facta quàm fienda. Vnde futura contingentia sunt res futurę,quæ aliquãdo erunt; ita quod ad futurum cõtingens duę conditiones requiruntur.s. quòd sit futurum; & quod aliquando sit; vt Antichristum fore. Dicitur secundo, ꝙ quanuis deus habeat infallibilem & certissimam noticiam de futuris contingentibus; tamen illa eue G nient contingenter & non necessario; quia eodem modo euenient, sicut deus scit; sed deus scit cõtingenter:ergo eueniẽt cõtingẽter. Minor probatur; quia deus scit ea quemadmodum voluntas diuina determinauit; sed voluntas diuina determinauit contingenter; igitur. Et si arguatur; si futura contingentia quę deus scit possint nõ euenire, ponatnr quòd non eueniant: tunc sequeretur quòd deus non sciat plus illa esse futura; ergo oportebit dicere quòd deus est mutabilis, vel quòd deus potest decipi. Respondetur quòd si ponatur in esse, iam ponetur inesse, quòd deus ea nunquam sciuit: & per consequẽs si non eueniant non decipitur deus. Vnde si non eueniant nunquam propositio de H futuro contingenti quæ significabat ea euenire fuit vera; & per consequens nunquam scita. Dicitur tertio quòd voluntas diuina est libera libertate *Sco. li.1. d.38. & 39.* contradictionis: licet forte philosophi non concederent, & etiam libera libertate complacentię: nam deus producit multos effectus quos potuit non producere,& producet multos, quos potest non producere; & potest multos dãnare, qui saluabuntur & econtra.

QVARTO sciendum, quòd quæstio, quam pertractat. Aristo. intelligenda est de propositionibus singularibus de futuro in materia contingenti. Vnde propõ pęnes eius qdditatẽ diuiditur in propõnem categoricam & propõnẽ hypotheticã sed pœnes qualitatem in affirmati-

A matiuam & negatiuam: pœnes eius quantitatem in vniuersalē particularem indefinitam & singularem. Et pœnes tempus in propositionem de pñti, præterito & futuro, & pœnes materiā in propositionem necessariam contingentem, & remotam seu impossibilem. Et quia veritas non eodem modo se habet in necessarijs & contingentibus ꝓsentibus, præteritis & futuris, ideo Arist. conuenienter proposuit quæstionem, de qua fuit magna discordia inter Peripateticos & Stoicos, scilicet de futuris contingentibus. Peripatetici quorum Aristo. fuit princeps, ponebant aliqua necessario euenire & aliqua contingenter. Sed stoici, ponunt omnia quadam necessitate & prouidentia euenire: contra quos dicit A-
B ristotel. quòd tunc non oporteret consiliari, neque negociari ad aliquid faciendum, & ideo negantes talia manifesta, indigent pœna vel sensu. Et hęc de primo art. Quantum ad tertium articulum.

Artic. 2. DVBITATVR primo, Vtrum omne futurum contingens sit aliqualiter determinatum antequam ponatur inesse.

An futurū contingēs sit determinatum ante quā ponatur in eē.

Respondetur breuiter, quòd futurum contingens consideratū, secundum se, id est secundum eius propriam rationem nō est magis determinatum ad vnam partem contradictionis, quàm ad aliam: quia ex eo dr̄, futurū contingens, quia potest indifferenter esse & non esse. Dr̄ secundo: ꝙ si futurum contingens sit determinatum ad vnam partem contradictionis oportet, ꝙ hēat aliam causam à se determinatè

C ipsum ad esse, vel nō esse, cū ex se non magis determinetur ad esse quàm ad non esse. Et siquis dicat, si aliquod futurum contingens determinaretur ad vnā partem contradictionis, puta ad esse, vel ad non esse, sequeretur quòd non plus esset futurū contingens, cum esset determinatum ad vnam partem contradictionis. Respondetur ꝙ talis determinatio non tollit ipsum esse futurum contingens, quia cum hoc, quòd determinetur ad vnam partem, stat potentia ad aliam partem: ideo dato, quòd voluntas diuina determinet Antichristum fore: tamen cū hoc stat Antichristum posse non fore: ita ꝙ istæ duæ propositiones simul stant Antichristus erit, Antichristus ꝑt nō esse. Aduerte vlterius pro solutione multorum argumentorū,
D quòd aliqua propositio de futuro contingenti potest dici dupliciter determinatè vera, scilicet determinatione de inesse, & determinatione de possibili. Vnde illa propositio de futuro contingenti dicitur determinatè vera determinatione de inesse, quæ significat ita fore sicut erit. Sed illa dicitur determinatè vera determinatione de possibili, quæ significat ita posse fore, ꝙ impossibile est eius oppositum euenire. Et sic dico, quòd propositio de futuro contingenti potest esse determinatè vera determinatione de inesse: nulla tamen propositio de futuro cōtingenti est determinatè vera determinatione de possibili: quia cuiuslibet propositionis de futuro contingenti oppositum potest euenire:

E re: nam propositio de futuro cõtingenti potest esse falsa in illo instanti, in quo est vera. Sed pro ampliori declaratione ponunt aliquæ propositiones multum probabiles. Prima: omnis propositio singularis de futuro cõtingenti est vera vel falsa: quia ad veritatem propõnis sequitur esse rei, & ad nõ esse rei cõcomitatur falsitas propõnis: ergo si propõ de futuro contingenti sicut ista, Antichristus erit, nõ sit vera, neq; falsa, tunc Antichristus neq; erit, neq; non erit: qđ est manifeste falsum. Secunda propõ: omnis propõ de futuro contingenti vera si fuerit formata, semper fuit vera: puta in quolibet tempore præcedenti illam de præsenti veram. Tertia propõ: nulla propõ singularis, neque particularis vel vniuersalis

F de futuro contingenti enunciãs aliquod verè futurum contingens est necessario vera: quia cuiuslibet talis contradictoria ẽ possibilis: vt cõtradictoria istius, Antichristus erit, quæ est Antichristus non erit, est possibilis. Ex quo sequitur, ꝙ omnes istæ sunt contingentes, omne contingens futurum erit: omne cõtingens futurum est futurum: aliqđ futurum contingens est futurũ: dummodo capiatur futurum ꝓ aliqua entitate contingente futura. Quarta propõ: quælibet propositio singularis de futuro contingenti potest nunquam fuisse vera: quia quælibet talis enunciat aliquid fore, & illud potest non esse: igitur propõ enuncias illud fore, potest nunquam fuisse vera.

DVBITATVR secundo; Vtrum aliquod futurum contingens sit necessario futurum. Arguitur primo, quòd sic: Quodlibet contingens fore vel non fore, est a deo determinate scitum: ergo quodlibet futurum contingens necessario est futurum. Cõsequentia patet; quia si nõ esset necessario futurum, sequeretur quòd deus posset decipi sic arguendo: deus scit Petrum cras currere, & Petrus potest cras non currere: ergo deus potest decipi. Secundo sic: Hæc est necessaria, omne futurum est futurum: ergo omne futurum necessario est futurum. Pro solutione supponitur primo, quòd quodlibet contradictorium futurorum cõtingentium ad vtrumlibet, est æqualiter determinatæ veritatis pro quocunque instanti sicut aliud: ita ꝙ potentia determinãs aliquod futurum contingentiũ ad aliquam partem est potens determinare eius oppositũ. Supponitur secundo quòd deus habet infallabilem notitiam de futuris contingentibus: quia deus non nouit aliter facta quàm fienda: sed nouit facta infallibiliter: ergo nouit fienda infallibiliter. Supponitur tertio, quòd quãuis deus habeat infallibilem & certissimam notitiam de futuris cõtingentibus, tamen illa eueniẽt contingẽter & non necessario. Patet, quia scientia dei non imponit rebus ab ipso scitis aliquã necessitatem. Vnde quãuis deus sciat futura contingentia, non tamen scit ea necessario, sed contingenter: ideo potest ipsa non scire: quia deus scit futura contingentia, sicut voluntas diuina determinat: sed voluntas diuina determinauit ea merè contingẽter & libere: ideo deus scit futura

G *An futurum contingẽs sit necessario futurum.*

H

A tura contingentia mere contingenter & libere. Ex quo sequitur, quòd omne illud, quod deus scit esse futurum, potest nunquã sciuisse esse futurum: & hoc, in sensu diuiso: quia quicquid potest non esse, potest nunquã fuisse scitum à deo. Sed quicquid scitur à deo esse futurum, potest nõ esse: ergo quodlibet tale potest non esse scitum à deo. His suppositis dr primo ꝙ omne futurum contingens est contingenter futurũ; quia qcquid pt non esse futurum, illud non est necessario futurum: & illud quod non est necessario futurum est contingenter futurum, sed quodlibet futurum contingens potest non esse futurum; ergo quodlibet futurum contingens est contingenter futurum. Dicitur secundo quòd futurum cõtingens est cõ-

B tingens, & quando est, & quãdo non est. Patet, quia illud dr cõtingens, quod quando non est potest esse, & quando est, potest non esse: licet quodlibet futurũ contingens est huiusmodi: igr. Ad rationes. Ad primam dicit. quòd si ponatur futurum cõtingens à deo scitum non euenire: tunc etiam ponetur inesse, quòd deus nunquàm sciuit ipsum esse futurum: & per consequẽs si nõ eueniat, non decipitur. Si enim res eueniat, deus contingenter scit: & semper sciuit ipsam futuram: si vero nunquam eueniat, non sciuit ipsam esse futuram. Ad secundam dr negando consequentiam: quia ibi fit fallacia diuisiõnis, arguẽdo à sensu composito ad sensũ diuisum falsum.

DVBITATVR tertio, vtrum ista propõ sit vera: omne, quod est, quando est necesse est esse. Pro cuius declaratione supponitur quòd talis propõ potest esse categorica, vel hypotetica temporalis: si categorica hoc ẽ dupliciter; quia vel hoc quod est quando est determinat compositionem implicitam in hoc quòd est: ita ꝙ sit sensus, omne quod est quando est necessario est: ita quòd ly est, denotatur dici necessario de totali subiecto, omne quod est quando est: & tunc est falsa; vel determinat cõpositionem principalem significatam per hoc quod est esse, & tunc est sensus, omne quod est necessario est quando est: ita ꝙ totum istud prædicatum, est qñ est, denotatur dici necessario de subiecto, & tunc est vera: nec sequitur, omne quod est necessario est quando est: ergo omne, quod est necessario est, sed est fallacia secundum quid ad simpliciter. Ex quo sequitur quòd nullus sensus verus huius propõnis denotat simpliciter aliqd esse necessario in instãti, in quo est. Aliomodo potest esse hypotetica temporalis: & hoc dupliciter. Vnomodo vt ly necesse, dicit necessitatem consequẽtiæ, & tunc est vera; & est sensus ista est necessaria, omne quod est in aliquo tempore est & tũc illud est. Aliomodo potest denotare necessitatem consequentis: & tũc est sensus, omne quod est in aliquo tempore est, & tunc illud necessario est, & sic est falsa. Et proportionabiliter potest dici de ista, animal currere si homo currit est necessarium: si sit categorica: tunc est sensus, animal necessario currit, si homo currit, & tunc est vera. Si hypotetica, hoc est dupliciter: vel si necesse

C *Dubium de veritate vel falsitate istius ppõnis oẽ qđ est, quãdo ẽ, &c.*

D

Sco. li. 1. d. 39.

E necessarium dicit necessitatē cō sequentiæ,& tunc est vera: & est sensus, hęc est necessaria, aīal currit,si hō currit, vel dicit necessitatem consequentis,& tunc est falsa;& est sensus,aīal necessario currit,si hō currit. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Arti. 3. CONCLVSIO respon salis ad quæsitum. Oīs propō singularis de futuro cōtingenti est determinatè vera aut determinatè falsa; vt patet in duobus primis articulis. Ad rationes. Ad primam dicitur, ꝙ illæ sunt bene determinatè veræ determinatione de inesse, non tamen determinatione de possibili. Dr vlterius ꝙ vna disiunctiua bene ꝑt esse vera determinatione de G possibili: tamen nō sequitur aliquam eius partē esse determinatè veram tali determinatione: & simili mō dicatur ad secundā. Ad tertiam & quartam dr negando antecedens, & ad eius probationem potest dici, ꝙ hæc propō, Omne futurum necessario est futurum, est distinguēda ꝰm sensum compositum, vel diuisum, ipsa.n. in sensu diuiso est falsa,quia sensus est, de quocunque verum est dicere ꝙ est futurum, de illo verum est dicere, ꝙ est necessario futurum. Sed sensus compositus est: hæc est necessaria,omne futurum est futurum. Ad quintam patet solutio ex dictis.

F # LIBER SECVNDVS H

PERIHERMENIAS.

QVoniam autē de aliquo est affirmatio significās aliquid: hoc autē est nomen vel inopinabile. Vnum oportet esse & de vno, hoc quod est in affirmatione. Nomen autem dictū est & inominabile prius.

Diuisio lib. ISTE est secundus liber Peri hermenias Arist. in quo ipse determinat de enunciationibus, quarum alterum extremum est compositum: & etiam de propōnibus modalibus. Et diuidit in tres tractatꝰ. Primus cōtinet duo capitula. In quorum primo determinat de enunciatione habente aliquod extremum compositum ex termino finito & negatione infinitāte. Et docet multiplicare propōnes pœnes subiectum finitū & infinitum, & etiā pęnes prædicatū. Et primo ponit talem conclusionē: Oīs affirmatio constat ex nomine & verbo vel ex infinito nomine: quia omnis enunciatio enunciat aliquod ꝑdicatum de subiecto, & tale subiectū non est nisi nomen vel nomen inominabile.i.infinitum: igitur. Et subdit etiam, ꝙ omnis enunciatio est ex verbo: quia in omni enūciatione oportet ponere est, fuit, vel erit, vel aliquod proportionabile illis,

sed

A sed quodlibet tale est verbũ; igitur. Consequenter docet multiplicare propõnes. Et primo de est secundo adiacente ponens duas oppões & quatuor enunciationes: in quarum prima affirmatur hoc verbum est, de subiecto finito: vt homo est. In secunda negatur hoc verbum est, de subiecto finito, vt homo non est. In tertia affirmatur ly est de subiecto infinito, vt non homo est. In quarta negatur ly est, de subiecto infinito, vt non homo non est. Et subdit ꝙ similiter possunt multiplicari in vniversalibus, vt omnis homo est, omnis homo non est, omnis nõ homo est, omnis non homo nõ est: & dicit quòd sicut multiplicantur enunciationes de verbo præsentis, ita possunt multiplicari de verbo præteriti & futuri temporis.

B Consequenter docet multiplicare propositiones de est tertio adiacente dicens, ꝙ sunt in duplo plures quàm illæ de est secundo adiacente: quia non solum multiplicantur penes subiectum, sed etiam pœnes prædicatum: ideo fiunt octo enũciationes & quatuor oppositiones. Prima oppositio est inter affirmationem & negationem eiusdem prædicati finiti de subiecto finito: vt homo est iustus, homo non est iustus. Secunda est, inter affirmationem & negationem prædicati infiniti de subiecto finito, vt homo est non iustus, homo non est non iustus. Tertia est, inter affirmationem & negationem ꝑdicati finiti de subiecto infinito, vt non homo est iustus, non homo non est iustus. Quarta est, inter affirmationem & negatione

C gatione eiusdem prædicati infiniti de subiecto infinito: vt non homo est non iustus, non homo non est nõ iustus. Et subdit quòd in duabus primis oppositionibus ad affirmatiuas sequuntur negatiuæ ipsis subalternæ: vt ad istam, homo est iustus, sequitur ista, homo non est non iustus. Et ad istam, homo est non iustus: sequitur ista, homo non est iustus; sed ad negatiuas non videntur sequi affirmatiuæ. Et subdit, quòd simili modo possunt multiplicari propositiones vniuersales, vt istæ, omnis homo est iustus, omnis homo nõ est iustus, & hoc etiam ꝺm figuram quadrangularem. Dicit tamen qđ nõ est simile de vniuersalibus particularib⁹, & vniuersalib⁹ indefinitis: quia in indefinitis cõtingit angulares simul esse

D veras, sed nõ in vniuersalib⁹. Et vocat ꝓpões angulares propõnes oppositas ad modum contrariarum vel contradictoriarum. Deinde docet multiplicare propões de est tertio adiacente, variando subiectum pœnes finitum & infinitum: dicẽs ꝙ illæ quæ sunt de substantia infinito sunt extra illas, quæ sunt de subiecto finito, & econtrario: ita quòd inter illas enunciationes quæ differunt pœnes subiectum finitum & infinitum, non est consequentia: sicut inter illas quæ differunt pœnes prædicatum finitum & infinitum. Deinde docet multiplicare enunciationes de alijs verbis ab hoc verbo est, scilicet de verbis adiectiuis: dicens, quòd eodem modo multiplicantur propositiones de verbis adiectiuis, sicut

E sicut illæ, in quibus ponitur hoc verbũ est: vt omnis homo currit, omnis homo non currit: oĩs non homo currit, & omnis non homo non currit: & sic de alijs. Deinde remouet vnum dubiũ: quia quis posset dubitare vtrum negatio in multiplicatione taliũ propositionum debeat addi signo vniuersali. Respõdet quòd non, sed debet addi subiecto, & non signo: quia negatio supple infinita debet addi dictioni categorematicæ: omnis, autem signi ficat quoniam vniuersaliter .i. denotat terminum cui additur teneri vniuersaliter. In secunda parte declarat aliqua prius dicta, mouendo aliqua dubia. Primo declarat vnũ, quod prius dixit. s. ꝙ angulares vniuersales non possunt simul esse veræ: nã istæ duæ, omne animal est iustũ,
F nullum animal est iustum, sunt contrariæ: & non possunt simul esse veræ: igitur. Deinde probat quòd ad negatiuam sequitũ affirmatiua de prædicato sibi opposito: nam cum quocunque non stat vnum conuertibilium, nec reliquum: sed istæ sunt conuertibiles, nullum animal est iustum, & omne animal est nõ iustum: quia vna sequitur ad aliã, & econtra: igitur cum quocunque non stat vna, nec reliqua: & per consequens sicut istæ duæ, omne animal est iustum, nullũ animal est iustum, non stant simul: sic nec istæ omne animal est iustum, & omne animal est non iustum. Et quòd ad istam nullum animal est iustum: sequatur ista, omne animal est nõ iustum, probat: quia aliàs oppositum consequentis staret cum antecedente: quod est falsum.

Deinde remouet aliqua dubia. G
Primum est circa illud, quod dictum est. s. ꝙ negatiua de prædicato finito infert affirmatiuam de prædicato infinito: ideo posset aliquis dubitare, Vtrũ ex responsione negatiua data ad aliquam quæstionem affirmatiuã, semper liceat inferre affirmatiuam de prædicato infinito. Respondet quòd sic in singularibus, sed non in vniuersalibus: vt si quæratur, est ne sortes sapiens? Et respondeatur: non: conuenienter infertur: ergo sortes est non sapiens. Et si quæratur: est ne omnis homo sapiẽs? Et respondeatur non: tunc non conuenienter infertur: ergo omnis homo est non sapiens: sed bene infertur, non omnis homo est sapiens: quia ista contradicit primæ: modo contradictoria nõ possunt simul stare in veritate, neq; in falsitate: ista verò omnis homo est non sapiens, potest esse falsa cum ista, omnis homo est sapiens, & ex isto elicitur hæc auctoritas. Non refert præponere aut postponere negationem termino singulari, sed bene termino communi. H
Secundum dubium est: nam qs posset credere quòd nomina infinita essent enũciationes negatiuæ. Respondet quòd non: quia omnis negatiua est vera vel falsa, sed nomina infinita non sunt vera vel falsa, quia qui dicit, non homo: non magis dicit quo ad verum vel falsum, quàm qui dicit homo. Consequenter, declarat vnum, quod prius dixit. s. ꝙ propõnes de subiecto finito & infinito, sunt extra seinuicem. i. non sequuntur seinuicem: quia hæc propõ de subiecto infinito, omnis

An noĩa infinita sint enunciationes negatiuæ.

A omnis non homo est iustus, nulli propõni de subiecto finito est eadem. Deinde remouet aliud dubium; nam aliquis posset credere quòd nomina & verba trãsposita variarent veritatem, oppõnem, & consequentiam, sicut negatio in vniuersalibus. Hoc remouet dicens: quòd nomina & verba transposita idem significant: vt istæ idem significant est homo albus, & est albus homo: quia si idem non significarent, tunc vnius affirmationis essent plures negationes oppositæ; nam istæ non est homo albus, & non est albus homo: opponuntur isti est homo albus: verum est tamen, quòd ista rõ parum concludit: quia posset aliquis dicere, ꝙ ista non est hõ albus, esset negatio istius, est homo albus: & non istius est albꝰ
B homo: quia sunt distinctæ propõnes. Ideo videtur quòd philosophus præsupponat, quod deberet probare: & ideo videtur petere principium: nam deberet probare quòd illę negationes sint eædem, & illud præsupponit, sed hic posset dici ꝙ philosophus capiebat pro principio manifesto, ꝙ ista negatiua non est homo albus, sit negatio huius affirmationis est albus homo: ꝙ idem negatur de eodem.

AT vero vnũ de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare &c.

ISTVD est secundum capitulũ, in quo determinat de enunciationibus habẽtibus alterum extremorum compositũ; Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit quid est enunciatio plures: dicens quòd enunciatio C plures, est in qua affirmantur, vel negantur plura de eodem, vel vnum de pluribus: dummodo illa plura non coniungantᷓ, vel quòd non se habeant sicut determinatio & determinabile: vt ista, homo est animal mansuetum, quæ non est propositio plures, sicut ista, homo est albꝰ ambulans, quæ est propositio plures: quia illa enunciatio nõ est vna, sed est plures: ad quam dialecticè interrogatam non datur vna responsio, sed ad illam dialecticè interrogatam non debet dari vna responsio: igitur. Vnde interrogatio dialectica ē, qua quæritur de vtraq; parte cõtradictionis: & petit alteram determinatè sibi dari. Sed quæstio quid est solum præsupponit vnã partem contradictionis: vt si q̃ratur quid est animal, ibi est qõ quid est. Si vero quæratur, vtrũ homo sit animal vel non, ibi est quæstio dialectica. In secũda parte ostendit qualiter valet cõsequentia à diuisis ad coniũcta mouendo talem quæstionem. Vnde est, quòd aliquando valet consequentia à diuisis ad coniũcta, & aliquando non. Et quòd valeat, probat duobus exẽplis. Primum est: quia bene sequitur, sortes est animal, & sortes est bipes: ergo sortes est animal bipes. Secundum exemplum, q̃a bene sequitur, sortes est homo, & sortes est albus; ergo est homo albus. Et ꝙ non valeat, probat exemplo & ratione. Exemplo, quia non sequitur, sortes est citharedus & est bonus: ergo ē citharedus bonus. Ratione probatur sic, quia tunc sequeretur, quòd esset processus in infinitũ seque-

Quid est enunciatio plures

Interrogatio dialecti. qd.

D

B sequeretur etiam negatio. Quod sequeretur processus in infinitum probat duobus exemplis. Primum: nam cum homo est homo & albus; & iterum homo est homo & albus: & ideo homo esset homo homo albus albus; & sic in infinitum. Secundum exemplum: cum sortes sit albus & musicus & ambulans, sequeretur quod esset albus musicus citharædus ambulans. & sic in infinitum; sed quod sequatur nugatio, patet sic arguendo: sortes est homo & est bipes; ergo est homo bipes. Deinde soluit istam quæstionem ponendo duas regulas, quarum Prima est: quandocunque prædicata diuisa prædicantur de seinuicem per accidens vel de vno secundo; tunc ex diuisis non licet inferre coniūctum; vt patet F exemplis supradictis. Sed quando diuisa prædicata de seinuicē aut de tertio non prædicantur per accidens; tunc ex ipsis licet inferre coniunctum; vt bene sequitur, sortes est animal & bipes; ergo est animal bipes. Secunda regula; quandocunq; vnum prædicatorum, s. secundum includitur in primo, non valet consequentia propter nugationem: iō non sequitur. sortes est homo & est bipes; ergo est homo bipes. In tertia parte ostendit quomodo valet consequentia arguendo a cōiunctis ad diuisa dicens quod aliquā a coniunctis licet inferre diuisa; quia bene sequitur, sortes est homo albus, ergo sortes est homo & est albus. Et dicit philosophus quod ad hoc quod valeat consequētia a coniunctis ad diuisa duę conditiones requiruntur. Prima quod non sit repugnantia in adiecto, ideo non sequitur Adā est homo mortuus, igitur Adā est homo & mortuus. G Et ponit tria documenta ad cognoscendum quando est repugnantia in adiecto. Primū, quādo contradictorium determinabilis prædicatur de coniuncto ex determinatiōe & determinabili, vt dicendo homo mortuus est non homo. Secundū si propositio quæ affirmat determinabile de coniunctis sit falsa, vt homo mortuus est homo. Tertium si diffinitio determinationis repugnet determinabili vel econtra. Secūda conditio, quod vnū coniunctorum non insit alteri secundum accidens, vel quod determinatio non sit dictio ampliatiua, vel determinatio secundum quid.

Repugnātia in adiecto quādo.

H *An sit bona consequentia à negatiua de prædicato finito ad affirmatiuā de pdicato infinito & econtra.*

QVAERITVR vtrum à negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito sit bona consequentia, & econtra. Arguitur primo, quod non; quia non sequitur, sortes non videt equum; ergo sortes videt non equum; nam antecedens potest esse verum; posito quòd sortes nihil videat, consequente existente falso. Secundo arguitur. Non sequitur, homo non est albus: ergo homo est non albus. Antecedens.n. potest esse verum, nullo homine existente; & tamen consequens erit falsum si nullus homo sit: quia bene sequitur, hō est non albus; ergo homo est, à pro-

A propositione de est tertio adiacente ad propõnem de est secundo adiacente in propositionib[9] accidentalibus : nam in ista, homo est non albus: homo stat ꝓ præsentibus sicut in ista, homo non est albus. Tertio sic arguitur: non sequitur, chimera non est homo: ergo chimera est non homo. Antecedens patet: quia negatiua nihil ponit: ideo ad veritatem eius sufficit subiectum pro nullo supponere: sed affirmatiua ponit aliquid.i.subiectum debet pro aliquo supponere: ergo non valet consequẽtia. Quarto sic arguitur, quòd ab affirmatiua non inferatur negatiua variãdo prædicatum pœnes finitum & infinitum: quia tunc sequeretur, ꝙ alicuius boni syllogismi ambæ præmissæ essent affirmatiuæ; cuius conclu-

B sio esset negatiua; quod est falsum. Consequentia probatur, sic arguendo; omnis homo est non asinus, sed homo est homo: ergo homo non est asinus, præmissæ sunt ambæ affirmatiuæ; & tamen conclusio est negatiua: igitur. Quinto sic arguitur: non sequitur, in secana sunt non pisces: ergo in secana non sunt pisces: cum antecedens sit verum & consequens falsum. In oppositum arguitur, auctoritate Aristotel. in textu. In quæstione, sicut in cæteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. I.

Propõdu plex.

PRIMO sciendum, quòd ꝓ declaratione quæstionis supponitur, quòd duplex est propositio, scilicet de est secundo adiacente, & de est tertio adiacente. De est secundo adiacente est in qua non ponitur aliud prædicatum materiale ab hoc verbo est. Et dicitur de est secundo adiacente; non quia istud verbum est ponatur in secundo loco: quia tũc omnis propositio esset de est secundo adiacente: sed ideo dicitur de est secundo adiacente: quia hoc verbum est, est prædicatum materiale vel saltem includens. Sed propositio de est tertio adiacente, est in qua præter istud verbum est, ponitur aliud prædicatum materiale: vt homo est animal. Et dr̃ de est tertio adiacente; quia ꝑter istud verbum est, ponitur aliud prædicatum materiale. Supponitur secundo ꝙ nomen finitum est nomen categorematicum: vt equus, bos. Ex quo sequitur ꝙ solum nomen categorematicũ est propriè nomen finitum. Sequi

D tur secundo ꝙ soli termini categorematici possunt infinitari: ideo dicebatur in textu, quòd syncategorematicò non potest addi negatio infinitãs: ideo nõ congruè dicitur, non omnis: capiendo ly non, infinitanter. Sequitur tertio ꝙ transcendentia sunt termini categorematici: quia ipsis potẽst addi negatio infinitans: vt dicendo, non ens, non verum. Sed nomen infinitum, est nomen compositum ex nomine finito & negatione infinitante: vt non homo, non lapis; totum istud aggregatum, non homo, non lapis, dicitur nomen infinitum: & illud cui additur negatio infinitans, dicitur nomen infinitatum, vt lapis. Sed de isto nomino infinito sunt aliquæ difficultates. Prima quid signi-

E significet nomen infinitum, vt quid significet non homo. Respondetur breuiter, quòd non homo de significato formali, & primario significat negationem humanitatis vel hominis, sed de significato materiali significat, omne aliud ab homine, vt non homo de significato materiali significat lapidem, bouem, leonem, capram; & sic de aliis. Ex quo sequitur quòd nomen infinitum non dicit primo aliquem conceptum positiuum, sed solum negatiuum, vt non homo, non sortes. Et aduerte quòd sicut in conceptibus positiuis inueniuntur vniuocationes, ita & in negatiuis, vnde nō sortes est aliquid vniocū ad omnia alia entia à sorte, etiam ad nō entia. Vnde illa negatio est vnius rōnis, quo repugnat affirmationi

Sco.li.1. d.18.q.1. art.1.

Sco.li.1. d.23.

F vnius rationis, & quia non sortes repugnat sorti, & sortes est vnius rationis; ideo non sortes est vnius rationis.

SECVNDO sciendum, ꝙ quando negatio infinitans additur alicui termino magis communi; tunc nomen infinitū cōpositum ex ipso & negatione infinitante, est minus commune, & quando additur termino minus communi, tunc nomen cōpositum ex ipso & negatione infinitante, est magis commune, vt homo est communius sorte. Sed si dicatur, non homo, tunc non homo est minus commune quā non sortes, quia nō sortes ꝑdicatur de pluribus quàm non homo, quia dicitur de omnibus alijs à sorte, sed non homo dr̄ solum de alijs ab homine. Ex quo sequitur ꝙ ibi arguitur à superiori ad inferius, non sortes currit; ergo non homo currit.

Notabile de negōne infinitāte

G Supponitur vlterius, quòd ꝑm istos terminos infinitos fiūt duæ figuræ quadrangulares, sicut ꝑt videri in textu, & in qualibet possunt fieri consequentiæ saltē inter subalternas, quæ inferunt seinuicem. Vnde sicut bene sequitur, sortes est non iustus; ergo sortes non est iustus; & econtra in prima figura; ita bene sequit̄, non sortes est non lapis; ergo non sortes non est lapis in secūda figura. Et aduerte quòd in nulla illarum figurarum debet subiectū mutari: immo semper subiectum debet esse terminus finitus, sicut in prima figura: vel infinitus sicut in secūda figura: quia si mutaretur subiectum, tunc non fierent consequentiæ. Sed restat vna difficultas quomodo intelligitur ꝙ nomina &

H verba transposita idem significant. Respondetur breuiter, ꝙ nomen vbicunq; ponatur semper idem significat, sed non semper pro eodem vel eisdem, vel eodem modo accipitur, ut homo vbicunque ponatur semper idem significat: sed non semper pro eodem vel eisdem, vel eodē modo accipitur: propter quas acceptiones diuersas aliquando propositio, in qua ponitur; est vera & aliquando falsa, vt ista est vera: homo currit: licet ista sit falsa, omnis homo currit, & tamen homo in vtraq; idem significat, sed non eodem modo accipitur in vna sicut in alia, nam in ista, homo currit; homo accipitur pro omnibus hominibus disiunctiuè: & in ista omnis homo currit: etiam accipitur pro omnibus hominibus: sed alio modo. s. copulatiuè.

Dubitatio.

TER-

An consequentia de coniunctis ad diuisa sit bona.

A TERTIO sciendum, ꝙ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima vtrum a cõiũctis ad diuisa valeat consequẽtia. Pro cuius declaratione supponitur primo ꝙ aliqua possunt dici coniuncta dupliciter. Vnomodo positiuè: quia coniungũtur per aliquam coniunctionem positam inter ea: vt sortes est albus & musicus. Secundo modo dicuntur coniuncta negatiuè: quia inter ipsa non ponitur aliqua copula vel cõiunctio cõiungens ea: immo vnum immediatè additur alteri per modum determinationis & determinabilis, vt dicendo, homo albus, & sic accipiuntur coniuncta in ꝓposito: ita ꝙ arguere à coniunctis ad diuisa est arguere ab antecedente, in quo ponuntur plura prædicata siue coniunctione
B ad consequens, in quo ponunẽ cum coniunctione, vt sic arguẽdo, sortes est homo albus: ergo sortes est homo & est albus. Secũdo supponitur, quòd ad hoc ꝙ talis consequentia sit bona, tres conditiones requiruntur. Prima, quòd non sit repugnangnantia in adiecto. i. ꝙ determinatio non sit alienans suum determinabile, neque repugnans, neq; diminuens: defectu cuius non sequitur, Adam est homo mortuus: ergo Adam est homo & est mortuus: & hoc capiendo ly mortuus, nominaliter: q̃d tantum valet sicut priuatus vita. Secunda conditio, quòd talis determinatio non sit ampliatiua: defectu cuius non sequitur, chimera est ens inopinabile: ergo chimera est ens, & est inopinabile. Tertia conditio, quòd determinatio non capiatur æquiuocè in coniuncto,
C & diuiso: seu quòd non varietur appellatio: defectu cuius non sequitur, iste est bonus faber: ergo iste est bonus, & est faber: quia ly bonus aliter appellat in coniuncto, quàm in diuiso. Potest tamen addi quarta conditio, quòd nullus terminus sit æquiuocus: ideo non sequitur, hoc est canis latrabilis: ergo hoc est canis & est latrabile: cum prima pars consequentis sit propositio plures, quæ nõ est propositio, neq; vera, neque falsa. Potest iterum addi alia cõditio, ꝙ oportet arguere in illis, quæ sunt simpliciter, & non ꝟm accidens. Vnde coniunctum dr̃ conuenire simpliciter quando quælibet pars dicitur de subiecto: ideo non sequitur, essentia diuina est pater generans: ergo
D est pater & est generans: quia secunda pars diuisi est falsa. Sed quæreret aliquis: vtrũ sic arguẽdo, sortes est homo albus: ergo sortes est homo & est albus, arguatur debitè à coniunctis ad diuisa. Et videtur ꝙ non; quia alterum coniunctorum dicitur de alio per accidens; puta albus de homine: ergo non bene arguitur, vt videtur dicere text. Respondetur, ꝙ aliquid dici de altero per accidens potest intelligi dupliciter. Vnomodo: quia accidentaliter prædicatur de illo; & sic albus bene conuenit homini per accidens. Aliomodo: quia non conuenit alteri, sicut determinatio conuenit determinabili: & sic dico, quòd albus non conuenit per accidens homini, sed per se: & hoc vult habere textus.

Dubitatio.

QVARTO sciendum, quòd

Secunda pars. Q secũ-

E Cōsequentia à diuisis ad coniūcta an sit bona. secunda difficultas est talis: an valeat consequentia a diuisis ad coniuncta. Pro cuius solutione supponitur primo quòd aliqua prædicata possunt dici diuisa dupliciter. Vnomodo per positionem alicuius coniunctionis mediantis inter ea: vt sortes est homo & albus, & sic capiuntur hic diuisa. Aliomodo dicuntur diuisa scilicet non coniuncta per coniunctionem: vt homo albus: & sic non capiuntur hic diuisa. Supponitur secundo quòd arguere a diuisis ad coniuncta, est arguere ab antecedente in quo ponuntur plura prædicata mediante coniuctione ad consequens, in quo ponuntur sine coniunctione: vt sortes est homo & est albus: ergo est homo albus.

F Supponitur tertio quòd ad hoc quòd talis consequentia sit bona, tres conditiones requiruntur. Prima: quòd diuisa se habeant sicut determinatio & determinabile: ideo non sequitur, sortes est ambulans & est musicus: ergo sortes est ambulans musicus: cum consequens: sit propositio plures, quæ nec est vera neq; falsa. Secunda conditio, quòd determinatio non capiatur æquiuoce, seu ꝙ non fiat variatio appellationis: ideo non sequitur, iste canis est pater & est tuus: ergo est pater tuus: quia in antecedente ly tuus, appellat te tanquam possessorem canis: & in consequente appellat te tanquam genitum a cane. Tertia quod non fiat nugatio: vt non sequitur sortes est homo & est bipes: ergo est homo bibes: nec etiam sequitur sortes est homo & animal: ergo est homo animal. Et aduerte ꝙ tanta est

G nugatio dicendo. animal homo, sicut homo animal: nam si diffinitiones ponantur loco terminorum erit nugatio: ergo illi termini important nugationem. Tertia difficultas quomodo valet consequentia ab est de tertio adiacente ad propositionem de est secundo adiacente. Respondetur ꝙ in propositionibus necessarijs non valet: ideo non sequitur Adam est homo: ergo Adam est: sed in propositionibus cōtingentibus bñ valet, seruatis tamen aliquibus conditionibus: quarum prima est ꝙ prædicatū non sit terminus ampliatiuꝰ: defectu cuius nō sequeretur, Adā est mortuus: ergo Adā est: ēt non sequitur rosa cognoscitur: ergo rosa est, Secunda conditio ꝙ principalis *Dubitatio.*

H pars prædicati non amplieť: defectu cuius non sequiť, adā est album, quod est, vel fuit: ergo adā est. Tertia conditio, ꝙ subiectū nō sit terminꝰ ampliatiuus: defectu cuius non sequitur mortuū est homo quod fuit: ergo mortuū est. Potest addi etiā alia cōditio scilicet ꝙ prædicatum nō sit terminus infinitus: ideo non sequitur, chimera est non alba: ergo chimera est. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Arti. 2. DVBITATVR primo vtrū a negatiua ad affirmatiuā subiecto manente eodem & prædicato variato pœnes finitum & infinitum, valeat consequentia. Respondetur breuiter ꝙ talis consequentia est bona aliquibus conditionibus obseruatis. Prima, ꝙ totale prædicatū infinitetur: & per hoc non sequiť, *Sco. li. 1. d. 4. q. 1. & d. 21.*

sortes

A sortes non videt equũ:ergo sortes est videns non equum. Secunda conditio ꝙ non sit aliquis terminus supponens confuse tantum. defectu cuius non sequitur cuiuslibet hominis asinus non est asinus: ergo cuiuslibet hominis asinus est non asinus:antecedens est verum & consequens falsum: antecedens enim sequitur ad istam, cuiuslibet hominis omnis asinus asinus non est: quæ est vera, cum sua contradictoria sit falsa.s. ista alicuius hominis aliqͥs asinus est omnis asinus. Et ꝙ sequatur ad illam patet: quia sunt propositiones eiusdem qualitatis & quantitatis & de eisdem terminis similiter supponentibus: igitur vna sequitur ad aliam. Etiam non sequitur a homo non est hõ; ergo a hõ est
B non homo: cum antecedens sit verũ & consequens falsum. Et ꝙ antecedens sit verũ patet: quia bene sequitur; omnis homo hõ non est:ergo a hõ non est hõ:& añs est verũ, cum quælibet eius singularis sit vera:& etiã sua cõtradictoria est falsa. Et ꝙ sequatur patet;sunt enim propositiones eiusdẽ qualitatis de eisdem terminus, similiter omnino supponentibus:igiẽ &c. Sed quæreret aliqͥs verũ in tali consequentia oportet ponere cõstantiã subiecti in consequẽte. sicut dñt aliqͥ sic arguendo: sortes non est lapis & sortes est: ergo sortes est non lapis. Rñdeẽ ꝓbabiliter, ꝙ non est necesse ponere illã constantiã: qa dicit Aris. in post ꝑdicamẽtis, ꝙ siue sortes sit siue nõ sit: necesse est ipsum languere vel non languere, iõ non vr̃ ꝙ debeat poni illa cõstantia. Sed

Dubitatio.

contra hoc arguitur: quia tunc bene sequereẽ chimera non est alba, ergo chimera est nõ alba: sed hoc nõ qa añs est verũ & cõsequẽs falsũ: qa ad ipsũ in bona consña seqͥtur vna falsa: vt bñ sequit chimera est nõ alba: ergo chimera est. Rñdeẽ ꝙ non seqͥẽ vt iã visum est. Et dico vlterius, ꝙ in ꝓpõne affirmatiua de prędicato infinito oportet arguere sicut in negatiua: & dico ꝙ ipa ꝓpõ de ꝑdicato infinito habet tot cãs veritatis sicut negatiua: qa aliter arguendo a negatiua ad affirmatiuã de prædicato infinito arguereẽ a ꝓpõtione habente plures causas veritatis ad propõnẽ habentẽ tantum vnam causam veritatis. Et si qͥs dicat: si hoc esset verũ sequereẽ ꝙ duę contradictoriæ essent simul veræ, patet: quia ista est vera per te chimera est non alba: & etiam D ista est vera. nulla chimera est non alba: quæ est eius contradictoria: regula quia omnis ꝓpõ negatiua cuius subiectum pro nullo supponit est vera. Dico, ꝙ illa regula est vera in propõnibus de ꝑdicatis finitis, & non infinitis. Et si quis dicat, sensus quem facit ista propositio, chimera est non alba est falsus: qa sensus eius est, chimera est ens, quod non est album & illa est falsa. Rñdetur ꝙ sicut non album est vniuocũ ad omne ens, & non ens, quod nõ est album, ita etiam supponit pro eis: ideo sensus est, chimera est ens, vel non ens, quod est non album. Ex quo videtur probabiliter dici, ꝙ nomen infinitum in suo cõceptu includat cõceptum entis & non entis, & non solum entis vt aliqui dicunt.

C *Sco. li. 1. d. 2. q. 1.*

Regula.

E DVBITATVR secundo Vtrum ab affirmatiua ad negatiuam, subiecto manēte eodem, & prædicato variato penes finitum & infinitum: valeat consequentia. Et videtur quòd non: quia non sequitur, sortes fuit non albus; ergo sortes non fuit albus: quia añs potest esse verū, consequente existente falso; nam posito casu ꝙ sortes ante heri fuerit niger, & postea albꝰ: antecedens est verum & consequens falsum. Item non sequitur, sortes erit non albus: ergo sortes non erit albus, proportionabiliter ponendo casum sicut prius. Item non sequitur sortes potest esse non albus: ergo sortes non potest esse albus. Respondetur breuiter, quòd arguendo ab affirmatiua ad negatiuam tali modo bene valet consequētia, aliquibus condōnibus obseruatis.

An à negatiua ad affirmatiuam subiecto eodē manēte, & pdicato variato, sit bona consequutia.

F Prima, ꝙ totum prædicatum infinitetur: ideo non sequitur, sortes videt non equum: ergo sortes non videt equum. Secunda, quòd in affirmatiua addatur ista particula, in qualibet parte temporis præsentis si sit copula præsentis: vel præteriti: si sit præteriti: vel futuri si sit futuri: vt sic arguendo, sortes in qualibet parte temporis præteriti fuit non albus: ergo sortes non fuit albus. Tertia: quòd si arguatur in modalibus debet obseruari quòd negatio ponatur post modum: vt sic arguendo, sortes potest esse non albus: ergo sortes potest non esse albus: & per hoc soluuntur instantię. Sed quæreret aliquis. Vtrū ab affirmatiua ad negatiuam prædicato manente eodem & subiecto variato penes finitum & infinitum, valeat consequentia. Respondetur breuiter, quòd bene valet consequentia, qñ prædicatū est terminus singularis. & dummō copulę addatur ista particula in qualibet parte temporis præsentis præteriti, & futuri proportionabiliter ad copulam: vt bene sequitur, non album pro qualibet parte temporis præsentis est sortes: ergo album non est sortes: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Dicitur secundo quòd si prædicatum sit terminus communis, non valet consequentia: vt non sequitur non album in qualibet parte temporis præsentis est ens: ergo album non est ens. Etiam non sequitur in secana sunt non pisces: ergo in secana non sunt pisces. nam ibi arguitur ab affirmatiua ad negatiuam variando

G

H subiectum penes finitum & infinitum: & non variando prædicatum, cum non pisces sit subiectum. Dicitur tertio quòd a negatiua ad affirmatiuam prædicato manente eodem & subiecto variato penes finitum & infinitum non valet consequentia respectu etiam quorumcunque terminorum: ideo, non sequitur, album non est sortes: ergo non album est sortes.

DVBITATVR tertio Vtrū valeat ista consequentia, sortes est hō mortuus: ergo sortes nō est homo: & ista sortes est homo mortuus: ergo sortes est homo & est mortuus. Respondetur breuiter quòd iste terminus mortuus, potest capi dupliciter. Vnomodo nominaliter: & sic tantum valet sicut carens vita

An hæc consequētia sit bona, sortes est homo mortuus: ergo non est homo.

A vita idest animal aptum natum tamen recipere eam, & sic dico quòd libet mortuum respectu hominis vel animalis est determinatio distrahẽs alienans vel diminuens: & sic capit philosophus in textu cum dicit, quòd mortuum distrahit de ratione hominis: immo est determinatio totaliter repugnans homini vel animali, sicut cęcũ est determinatio repugnans lapidi: & tunc dico quòd ista est vera, homo mortuus non est homo: quia tunc homo mortuus importat rationem impossibilem: modo de ratione impossibili nihil dicitur vere; & tunc etiam bene sequitur, sortes est homo mortuus: ergo sortes non est homo: sed non sequitur sortes est homo mortuus: ergo est homo & mortuus: quia tunc est

Mortuus quot modis capitur.

B repugnantia in adiecto. Aliomodo capitur ly mortuus particulariter veniens de morior moreris: & tantũ valet sicut cor ruptus corrupta corruptum: & tunc non est determinatio distrahens; immo potest addi verè cum ly homo: vt communiter dicitur aliquis homo est mortuus Adam est homo mortuus: & tunc habet vim ampliandi sicut alia participia præteriti temporis: & tunc dico quòd ista est vera & conceditur, Adam est homo mortuus. Et dico, quòd bene sequitur Adam est homo mortuus: ergo Adam est homo & est mortuus. Et si quis dicat, ista est falsa Adam est homo, cum subiectum pro nullo supponat. Dico quòd est vera vt aliàs visum est, & quomodo ad propositiones ne-

C cessarias non requiritur quòd termini supponant pro aliquo existente. Dico tamen quòd illa consequentia non est formalis sed solum materialis: qa ad bene arguendum à coniunctis ad diuisa requiritur, quòd determinatio non sit ampliatiua, vt visum est. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Artic. 3.

CONCLVSIO responsalis: a negatiua ad affirmatiuã; & econtra subiecto manente eodem, & variato prædicato pœnes finitum, & infinitum est bona consequentia: conditionibus tamen aliquibus obseruatis: vt visum est in secundo artic. Ad rationes. Ad primam patet solutio: nam totale prædicatum non infinitatur. Ad secundam dicitur quòd nullo homine existente ista est adhuc vera, homo est albus vel non albus, vt visum est in secundo articulo. Dico etiam quòd non sequitur, homo est non albus: ergo homo est. Et similiter dicatur ad tertiam. Vnde propositionem negatiuam nihil ponere, potest intelligi dupliciter. Vnomodo: quia termini non supponant: & sic non intelligitur hic. Aliomodo: quia ad eius veritatem sufficit subiectum pro nullo supponere. Ad quartam dicitur, quòd illæ præmissæ primo & per se habent inferre affirmatiuã. Ad quintam patet solutio in secundo articulo. D

HIs vero determinatis perspiciendum est quemadmodum sese habeant affirmationes &c.

I Iste est secundus tractatus huius libri, in quo determinat de oppositionibus & consequentijs propositionum modalium. Et diuiditur in tria capitula. In primo determinat de oppositione propositionū modalium mouendo talem dubitationem: Vtrum ad habendam contradictionem in modalibus negatio sit ferenda ad verbum, vel ad modum. Et primo arguit, quòd ad verbum: quia in illis de inesse sumitur contradictio ponendo negationem ad verbum: ergo similiter in modalibus. Antecedens probat exēplariter primo in illis de est secundo adiacente: quia negatio istius hō est, est ista, hō non est, vel non est homo. Secundo probat in illis de est, tertio adiacente: quia negatio istius, est ho-

Quo habetur contradictio in modalibus.

F mo albus: est ista, non est alb⁹ homo, & non ista, est non albus hō. Deinde probat in alijs propositionibus de verbo adiectiuo, quia negatio istius ambulat homo, est ista, non ambulat homo, & non ista; ambulat nō homo. Ex quibus concludit philosophus, quòd si sit simile in illis de inesse & modalibus, negatio istius possibile est esse, erit ista, possibile est non esse, & non ista, non possibile est esse. In oppositum arguit, quia si contradictio in modalibus esset sumenda ponendo negationem ad verbum, & non ad modum sequeretur quòd cōtradictoria essent simul vera; consequēs est impossibile. Consequentiā probat; quia idem est possibile esse & possibile nō esse, vt omne quod possibile est esse vel ambulare possibile est non esse, vel non ambulare. Consequenter soluit hanc dubitationem, dicens, quòd negatio istius, possibile est esse: est ista, non possibile est esse, & similiter dicatur in alijs modis, ita quòd ad dandum contradictionem in modalibus saltem eiusdem modi negatio est ferēda ad modum. Quod probat primo tali ratione, sicut se habent esse & non esse in illis de inesse, ita se habet modus in modalibus, sed in illis de inesse sumitur cōtradictio ponendo negationem ad esse, ita in modalibus sumitur contradictio ponendo negationem ad modum. Maiorē probat, quia sicut esse & non esse in illis de inesse sunt appositiones hoc est copulæ, & subiectum & prædicatum sunt res subiectæ, id est sunt illa inter quæ copula copulat; sic in modalibus esse & non esse sunt subiecta, id est determinabilia; & modi, scilicet contingens possibile impossibile, & necesse sunt appositiones, hoc est sunt determinationes verborum illorum. Et sicut in illis de inesse, ex parte esse, vel non esse sumitur veritas, sic in modalibus ex parte modorum sumitur veritas, & contradictio, vt istius sortem possibile est esse, negatio est ista, sortem non possibile est esse, & proportionabiliter dicatur de alijs.

G

M

Consequentiæ vero secundum ordinem fiunt ita à ponentibus: illi enim, quę est, possibile est esse.

In isto secundo capitulo de-

A lo determinat philosophus de æquipollentijs, & consequentijs propositionum modalium. Et primo secundum opinionem antiquorum, dicens quòd antiqui ordinauerũt propositiones modales in primo rotulo secundum exigentiam huius dictionis Amabimus, & in secundo secundum exigentiam huius dictionis Edentuli. Deinde determinat secundum eius opinionẽ, dicens, quòd propositiones de possibili & contingenti ęquipollent propositionibus de impossibili modo vnius affirmato & alterius negato, vt istæ duæ æquipollent, sortem impossibile est esse, & sortem non possibile est esse. Similiter istæ, sortẽ possibile est esse, & sortem non impossibile est esse; ita ꝙ vult ordinare

De cōsequētijs, et æqpollentijs ppōnū modaliuм.

B propositiones modales de primo rotulo secundum exigentiam huius dictionis Amabim⁹, & propositines de secundo secundum exigentiã huius dictionis Edentuli. Ex quo sequitur, quòd antiqui male orpinauerunt propositiones de possibili & necessario in primo & secundo rotulis, quia illæ de necessario sic ab ipsis ordinatæ non æquipollent illis de possibili in illis duabus primis lineis; vt ista, non necesse est esse in prima linea, non æquipollet isti, possibile est esse; nec ista, non necesse est non esse; non æquipollet isti, possibile est non esse in secunda linea. Quod probat tribus rationibus. Prima, istæ sunt simul veræ necesse non esse, & non necesse esse; & sequuntur adinuicem cum possint dici subalternæ; cum ergo pos-

An antiq bene ordinauerunt ppōnes ĩ primo & secundo rotulis.

C sibile esse in prima linea & necesse nõ esse, de tertia linea contradicant: sequit̃, ꝙ istæ non æquipollent nec sunt in eadem linea, possibile esse, & non necesse esse; & per consequens male ponuntur in prima linea. Secunda rõ; necesse & impossibile opponuntur contrariè, ergo æquipollent ponendo negationẽ ad dictum, & postponendo modo, sicut illæ de inesse postponendo negationem signo vniuersali æquipollent; ergo si in primo ordine negetur impossibile, & affirmetur eius dictum, et negabitur necesse, & cum hoc eius dictum. Tertia ratio, si sic istæ cõtradicerent, necesse non esse de tertia linea, & non necesse esse de prima, quod est falsum, quia tunc duæ contradictoriæ sequerentur seinuicem, quod est impossibile. Consequentiam

D probat, quia bene sequit̃, necesse esse; ergo possibile esse; si ergo sequatur possibile esse; ergo non necesse esse: ergo de primo ad vltimũ sequeretur necesse esse; ergo non necesse esse, quod est falsum. Ex quibus sequit̃, ꝙ antiqui male ordinauerunt propõnes de possibili & necesse in primo & secundo rotulis.

Dubitabit autem aliquis, si illud quod est necessarium esse possibile sequitur &c.

IN HOC capitulo philosophus soluit vnam dubitationẽ, vtrum ad necesse esse sequatur possibile esse. Et arguitur primo ꝙ sic: quia si ad necess. esse non sequatur possibile esse, tũc oppositum cõsequentis, s. nõ

Vtrũ ad necesse ẽe sequatur possibile esse.

E possibile esse stabit cum necesse esse: quod est falsum, cũ sit contrarium antecedentis. Deinde arguit ad partem negatiuam: illud quod potest esse potest non esse. Si ergo ad necesse esse sequatur possibile esse, & ad possibile esse sequatur possibile nõ esse: sequitur de primo ad vltimum ad necesse esse possibile non esse; & per consequens nõ necesse esse; quare vnum contradictoriorum sequitur ad reliquum. Soluit dictam dubitationem; dicens, ꝙ nõ omne possibile hoc est non omnis potentia valet ad opposita: sed sunt aliquæ potentiæ, quæ non sunt ad opposita: Ideo ponit vnam diuisionem potentiarum. s. ꝙ q̃dã sunt rationales: & quædam irrationales. Rationales, vt potentiæ humanæ: & illæ possunt
F ad oppositũ. Irrationales sunt duplices, quædam sunt semper in actu: vt ignis semper est in actu calefaciendi: & illæ non possunt ad opposita. Aliæ sunt, quæ quandoq; sunt in actu, & quandoq; in potentia, & tales possunt in opposita; sicut sunt potẽtię animalium aliorum ab homine. Ex quo soluit dubitationem; dicens, ꝙ ly possibile capitur dupliciter. Vnomodo largè pro omni illo, quod non implicat contradictionem esse. Aliomodo strictè, pro illo, quod potest esse & non esse. Vnde possibile primo modo est magis commune quàm ly necesse esse; ideo hoc modo ad necesse esse sequitur possibile: sed non econtra. Etiam nõ sequitur possibile secundomodo captum. Ex quo infert aliam diuisionẽ: dicens, quòd entium quædam sunt quæ semper sunt in actu: vt G deus & intelligentiæ. Quædam quæ quandoq; sunt in actu & quandoq; in potentia: sicut substantiæ corruptibiles: & in illis potentia naturaliter prior est actu, & actus posterior via generationis: licet sit prior via perfectionis: ideo actus simpliciter præcedit potentiam. Alia sunt entia quę nunquam sunt in actu perfecto seu inesse permanenti, sicut est motus.

An pro contradictione modalium negatio ponenda sit admodum.

QVAERITVR Vtrum ad habendum contradictionem in modalibus necesse sit ferre negationem ad modum. Et arguitur primo ꝙ non: istæ sunt contradictoriæ, sortem possibile est currere, sortem possibile est nõ H currere: & tamẽ negatio in nulla fertur ad modum: igitur. Maior probatur: quia sunt singularis affirmatiua, & singularis negatiua similium subiectorum & prædicatorum: ergo contradicunt adinuicem. Secundo sic arguitur: Sicut est in illis de inesse, ita est in modalibus, sed ad dandum contradictionem in illis de inesse negatio ferenda est ad verbum: ergo etiam in modalibus. Tertio arguitur sic: Istæ contradicunt adinuicem, sortes necessario est currens, sortes possibiliter non est currens; & tamen in neutra earum negatio fertur ad modum: igitur. Quarto sic arguitur: Istæ non sunt contradictoriæ, sortes est de necessitate currens, sortes est non de necessitate currens: & tamen negatio fertur ad modum: igitur

A igitur ad habendum contradictionem in modalibus non est necesse negationem ferri ad modum: minor & consequentia notæ sunt. Maior patet: quia ambę sunt affirmatiuæ, & possunt simul esse falsę, posito casu ꝙ sortes non sit. Quinto sic arguitur: istę non sunt cōtradictorię, ens non possibiliter est deus, ens possibiliter est deus; cum sint simul veræ: & tamen negatio fertur ad modum: igitur. In oppositum est Aristoteles in textu. In quæstione sicut in ceteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Artic. 1. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo ꝙ propositio cathegorica est duplex. s. modalis & de inesse. Modalis est cuius copula ē modificata aliquo istorū modorū. s. possibile, & impossibile &c. Sed propō de inesse

Propō cathegorica quotupliciter.

B est illa cuius copula nō est modificata aliquo istorū modorū prædicatorum: vt sortes est albus. Et dicitur de inesse seu de simplici inhærentia, quia prędicatū denotatur inesse simpliciter subiecto: vel quia copula non est modificata: vt homo est albus, denotatur prędicatum simpliciter inesse subiecto: sed cum dico hominem possibile est esse albū, denotatur albū possibiliter inesse homini. Supponitur secundo, quòd isti modi, scilicet possibile impossibile contingens & necesse possunt capi dupliciter. Vnomodo secundę intentionaliter, prout dicunt possibilitatem contingentiā vel impossibilitatem, vel necessitatem propositionis: & sic accipiuntur in modali compo-

C sita vt dicendo, sortem currere est possibile: ibi denotatur ꝙ talis propositio est possibilis. Aliomodo capiuntur primę intentionaliter, & hoc dupliciter. Vnomodo categorematice, prout dicunt possibilitatem, contingentiā, impossibilitatem aut necessitatem entis: & isto modo non faciunt propositionem modalem: sed sunt differentiæ entis. Alimodo capiuntur syncategorematice, vt sunt propria signa solum denotantia possibilitatem aut necessitatem vnionis prædicati cum subiecto: & isto modo faciunt propositionem modalem. Sed restat vna difficultas quid sit copula in propositionibus modalibus.

Dubitatio.

Respondetur quòd duplex est modus dicendi; vnus dicit quòd aggregatum ex verbo & modo est principalis copula; D & quòd modus est pars copulæ; ita quòd si modus sit nominalis aggregatum ex modo & hoc verbo est & verbo infinitiui modi, est copula. Si vero modus sit aduerbialis, aggregatum ex modo & isto verbo est, est copula. Et dicit iste modus, ꝙ aliquę sunt propositiones cōtradictoriæ quæ non sunt de synonymis copulis. Alius est modus magis probabilis, qui tenet quòd sicut signum vniuersale, vel particulare additum subiecto, vel prędicato non est pars subiecti, sed determinatio eius: sic in modalibus diuisis modus est determinatio copulæ se tenens ad copulam; sicut huiusmodi syncategoremata omnis, nullus ad subiectum; & quòd non sunt partes copulæ, sed solum determina-

mina-

B minationes earum. Et sic copula in modalibus quando modus tenetur nominaliter, est aggregatum ex isto verbo est & verbo infinitiui modi, & hoc si modus sumatur in concreto. Sed si modus teneatur aduerbialiter, vel modus nominaliter in abstracto, tunc istud verbum est, est copula; & sic secundum istum modum omnes propositiones contradictoriæ & æquipollentes adinuicem habēt copulas synonymas,

An ꝓpō modalis, & ꝓpō de inesse distinguantur. SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidūt aliquæ difficultates. Primo: an propositio modalis, & propositio de inesse distinguantur specie. Ad quam potest probabiliter respōderi ꝙ sic: quia propositiones modales & de inesse magis differunt quàm affirmatio, & negatio, F sed affirmatio & negatio differunt specie; igitur propositio modalis, & propositio de inesse differunt specie.

Dubitatio. Secunda difficultas; vtrum propositiones modales diuisæ in eadem linea positæ æquipolleant. Et arguitur quòd nō: quia istæ propositiones, sortem impossibile est esse, & sortem necesse est non esse, ponuntur in eadem linea: & tamen non æquipollent: quia vna est affirmatiua & alia negatiua. Nam illa de impossibili est affirmatiua, cum in ipsa nulla ponatur negatio. Secundo sic: Istæ non æquipollent, sortes contingenter nō est currens, & sortes non necessario est currens: cum ad istam, sortes contingenter non est currens, sequitur ista, sortes contingenter est currens: quæ non sequitur ad illam de necessario: & tamen sunt in eadem linea: igitur. Tertiò sic: G Istæ non æquipollent omne ens non possibiliter non est ens: & ens necessario est ens: ex quo vna est vera, & altera falsa; & tamen sunt in eadem linea, puta in quarta: igitur. Ad hoc respondetur, ꝙ propositiones modales diuisæ de diuersis modis in eadem linea dummodo sint similium subiectorum & prædicatorum & obseruentur proprietates logicales requisitæ ad æquipollentias: æquipollent. Vnde modales diuisæ de diuersis modis in eadem linea ordinatæ debent esse similium qualitatū & quantitatum, similium subiectorum & prædicatorum similiter se habentium quo ad proprietates logicales terminorū. Hoc supposito respondetur ad rationes. Ad primam negatur H minor, & ad probationem negatur, quòd illa de impossibili sit affirmatiua: & etiam negatur, quòd negatio non addatur verbo: quia impossibile, est modus negatiuus includens negationem. Ad secundum distinguitur maior; vel capiendo ly contingens specialiter: vt disperate se habet ad necessarium ad quod bene sequitur contingens non esse, & tale ponitur in lineis: aut capiendo contingens generaliter, vt se extendit ad omne illud, quòd non est impossibile, & tale non ponitur in lineis: & propositio in qua ponitur tale contingens, non conuertitur in oppositam qualitatem. Ad tertiam dicitur concedendo totum argumentum: quia titulus quæstionis intelligitur: dummodo termi-

A termini eodem modo supponãt in vna sicut in altera.

TERTIO sciendum, quòd licet sint plures alij modi facientes propositionem modalem, quàm isti quatuor, posibile, impossibile, contingens & necesse: cuiusmodi sunt verum falsum & scitum: tamen communiter determinatur solum de illis quatuor; quia inter omnes illos quatuor modos per præpositionem negationis aut postpositionem: vel per præpositionem & postpositionem simul fiunt oppositiones & æquipollentiæ: nõ autem secundum alios modos. *Prop. mo dalis cur dicta.* Et aduerte quòd propositio modalis non dicitur ideo modalis, eo quòd à parte subiecti vel prędicati, vel copulæ ponatur modus: quia tunc istæ essent modales, sortes albus currit, sortes B currit velociter, sortes heri fuit: quod est falsum: sed dicitur modalis: quia à parte copulæ ponitur modus determinans verbum gratia compositionis copulæ & actus complexi: sicut sunt isti modi posibile, impossibile. Ex quo sequitur, quòd illi qui dicunt, quòd propositio modalis dicitur ideo modalis: quia à parte copulæ ponitur modus verificabilis de tota propositione inquantum propositio, non bene dicunt: quia tunc ista non esset modalis, sortem posibile est currere: quia ille modus posibile, qui ibi ponitur: non est verificabilis de tota propositione: quia posibile qui verificatur de tota propositione, capitur secundæ intentionaliter & non capitur primæ intentionaliter: quemadmodum capitur in ista, sortem

C posibile est currere. Ideo dixerunt aliqui, quòd modalis dicitur; ideo modalis: quia à parte copulæ ponitur modus inclusus in diffinitione modi verificabilis de tota propositione inquantum propositio. Vnde posibile primæ intentionaliter captum includitur in diffinitione de posibili secundæ intentionaliter capto, qui verificabilis est de tota propositione. Nam posibile secundæ intentionaliter captum est propositio sic se habens quòd qualitercunq; per ipsam significatur esse posibile est ita esse: ecce ibi quo in ista diffinitione includitur posibile primæ intentionaliter captum: & debet intelligi dummodo illi modi habeant ꝓportionabilitatem adinuicem. Et per hoc remouetur qualitercunq;, qui ponitur in diffinitione de posibili. Sed restat vna D difficultas vtrum ista sortes potest esse sit modalis vel de inesse. *Dubitatio.* Respondetur breuiter, quòd talis in propria eius significatione est de inesse, & non modalis: quia eius copula est merè simplex: vt patet resoluendo: resoluitur enim in istam, sortes est potens esse: ibi ly est, est copula: & potens esse, est prædicatum. Ex quo sequitur quòd in aliqua propositione ponitur iste modus posibile vel potest, quæ non est modalis, neque diuisa, neque composita; vt patet de ista sortes est posibilis: & de ista, sortes est potens esse. Et si dicatur ista propositio, sortes potest esse, communiter conceditur modalis. Dico quòd quando conceditur modalis, capitur

E capitur loco istius, sortem possibile est esse: & non in propria eius significatione.

Qvarto sciendum, quòd diuisio, qua diuiditur propositio modalis in compositam & diuisam, non est diuisio generis in species, sed æquiuoci in æquiuocata: quia propositio modalis composita non est propositio modalis: cum in ipsa sit copula simplex: ideo ipsa est simpliciter de inesse. Et aduerte quod inter modalem compositam & diuisam multiplex solet assignari differentia. Prima, in modalibus compositis hoc verbum est vel aliquod verbum sibi æquiualens sine aliquo modo determinante ipsam est copula principalis: vt in ista animal esse hominem est possibile: ly est, est copula principalis, sed in diuisis hoc verbum est, vel hoc aggregatum est esse, determinatū aliquo modo est copula: vt iā superius visum est. Secunda differentia: in modalibus compositis modus est subiectum, vel prædicatum, in diuisis vero modus est determinatio copulæ. Tertia differentia: quia in modalibus compositis vnum extremorum sumit materialiter, vel saltem principalior pars extremi; in diuisis vero non. Vnde quando dicitur, sortem currere est possibile, totum istud extremum, sortem currere tenetur materialiter pro ista propositione sortes currit. Quarta differentia: modi in compositis nō tenētur ampliatiuè, sed secundę intentionaliter, & categorematicè: in diuisis vero ampliatiuè tenetur & syncategorematicè, & primæ intentionaliter. Ex

Differentia inter propositionem modalem compositā, & diuisam.

F

omnibus istis sequitur, quòd secundū modales compositas nō debent fieri rotulæ, neque æquipollent adinuicem saltem secundum propositionem & postpositionem negationis ad modum: licet bene adinuicem sequātur ratione aliquarum regularum logicalium. Quarum prima est: si aliqua propositio est possibilis, ipsa non est impossibilis: & econtra: quia possibile & impossibile sunt adinuicem disparata: ideo bene sequitur sortem currere est possibile: ergo sortem currere non est impossibile. Secunda regula: si aliqua propositio est possibilis, sua cōtradictoria si sit non est necessaria: ideo bene sequitur, sortem currere est possibile: ergo sortem non currere non est necesse. Tertia regula: si aliqua propositio est necessaria, sua contradictoria est impossibilis: ideo bene sequitur, sortem esse aīal est necesse: ergo sortem non esse animal est impossibile. Quarta regula: si aliqua propositio est impossibilis, sua contradictoria si sit est necessaria: ideo bene sequitur sortem esse asinum est impossibile: ergo sortē non esse asinum est necesse. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

G

H

Dvbitatvr primo qualiter accipienda sit oppositio in modalibus propositionibus. Pro cuius solutione ponūtur aliquæ regulæ: Quarum prima est: propositiones modales diuisæ de subiectis singularibus & modis contrariis, obseruatis alijs conditionibus ad oppositionem cōtrariam contrariantur saltem secundum legem: quia omnes propositio-

Art. 2.

Quō accipitur oppō in modalibus.

A positiones vtroq; termino participantes oppositæ quæ non opponuntur subcontrariè, neque contradictoriè, nec subalternæ opponuntur contrariè, sed tales sunt huiusmodi: igitur. Minor patet: quia possunt simul esse falsæ: igitur non opponuntur nec contradictoriè nec subcontrariè. Antecedens patet de istis sortem imposibile est currere, sortem necesse est currere. Et siquis dicat, huiusmodi propositiones sunt singulares: igitur nõ opponuntur contrariè. Ad hoc respondetur, quòd licet sint singulares ex pte subiecti, sunt tamen vniuersales ex parte modi. Secunda regula: propositiones modales diuisæ de subiectis singularibus & de modis contradictoriis, obseruatis conditionibus requisitis ad oppõnẽ contradictoriam, sunt contradictoriæ. Et de modis subcontrarijs obseruatis conditionibus ad oppositionem subcontrariam, sunt subcontrariæ, & de modis subalternis subalternæ. Et potest hęc regula probari sicut prima. Tertia regula, propositiones modales diuisæ habentes subiecta communia diuersæ qualitatis, & quantitatis tam ex parte subiecti, quàm modi, obseruatis cõditionibus ad oppositionem cõtradictoriam, siue vna sit vniuersalis tam ex parte subiecti q̃ modi: & alia particularis ex pte vtriusque: siue vna sit vniuersalis ex parte subiecti, & particularis ex parte modi, & talia contradictoriè se habeant sunt contradictoriæ gratiæ formæ: quia non possunt simul esse veræ, neq; falsæ. Quarta regula, propositiones modales diuisæ de subiectis cõmunibus de modis contrarijs, obseruatis conditionibus requisitis ad contrariã oppõnem sunt contrariæ &c. C Et aduerte, quòd ad dandũ contradictionem in modalibus diuisis de similibus modis oportet negationem ferri ad modũ, licet non oporteat in alijs de diuersis modis: positio tamen negationis ad modum nõ sufficit, sed requiruntur conditiones ad contradictorias. Quinta regula & vltima: propositiones modales diuisæ vniuersales ex parte subiecti & particulares ex parte modi: similiter particulares vel indefinitæ ex parte subiecti, & vniuersales ex parte modi non opponuntur gratia formæ: quia tales sunt aliquando simul veræ & aliquando simul falsæ. Ex omnibus patet, quòd propõnes modales diuisæ a tertia & quarta lineis, obseruatis conditionibus ad oppositionem contrariã sunt contrariæ. Et de prima & secunda lineis sunt subcontrariæ: & de prima & tertia lineis contradictoriæ: similiter de secunda etiam quarta: de prima & quarta subalternæ: similiter de secunda & tertia. D

DVBITATVR secundo; Vtrum isti modi necessarium & impossibile amplient ad quodlibet tempus: & possibile & contingens solum ad præsens & futurum. Pro solutione supponitur, q̃ sicut signa vniuersalia videlicet omnis & nullus quando adduntur subiectis vel prædicatis, denotant ipsa accipi pro omnibus suis suppositis sibi conuenientibus pro tempore verbi; dũmodo aliunde non impediantur, ita quòd distribuunt terminos

An necessariũ, & impossibile ãpliẽt ad quodlibet tps.

E nos quibus adduntur & faciunt eos stare vniuersaliter: ita etiã isti modi necesse & impossibile se habent circa copulam distribuendo ipsam pro quolibet tẽpore importato per eam: faciunt enim copulam cui addũtur, accipi vniuersaliter ꝓ quolibet tempore importato, vel connotato per ipsam copulam. Et sicut quoddam est signum particulare non distribuens terminum cui additur, sed facit ipsum teneri pro suis suppositis disiunctiuè, sic isti modi possibile, & contingens se habent circa copulam quo ad tempus importatum per ipsam: ita quòd denotant copulam cui adduntur, accipi pro omni tempore importato, vel connotato per ipsam disiunctiuè; ita F quòd quãdo dicitur sortem possibile est currere, ly possibile denotat ly est accipi pro quolibet tẽpore importato per ly est. f. ꝓ tempore præsenti disiunctiuè. Supponitur vlterius, quòd isti modi possibile impossibile contingens & necesse ampliant terminos: puta subiectum & prædicatum ad æquales differẽtias temporum, aliàs enim propositiones constitutę ex ipsis non opponerentur, neque æquipollerent. Et per hoc patet solutio ad dubium. Sed restat adhuc vna difficultas, vtrum istæ propositiones sint affirmatiuæ, vel negatiuæ, sortẽ possibile est non esse, sortem possibile est nõ currere. Et arguitur primo, ꝙ sint affirmatiuæ, quia contradictoriæ earum sunt negatiuæ; vnde cõtradictoria primæ est ista, sortem non possibile est non esse: quæ est negatiua cum in ipsa ponatur negatio. Secundo sic; omnis propositio in qua copula vel principalis pars copulæ non negatur non est negatiua: ista est huiusmodi, quod patet, quia copula est totum hoc possibile est esse: & principalis pars copulæ est ly est verbum pręsentis temporis: igitur non sunt negatiuæ. In oppositum arguitur, quia ad veritatem istius, sortem possibile est non esse, sufficit subiectum ꝓ nullo supponere: igitur ipsa est negatiua. Antecedens probatur quia ista est vera, chimerã possibile est non esse: cum sua contradictoria sit falsa. f. omnẽ chimerã necesse est esse: & tñ si ipsa esset affirmatiua ipsa esset falsa; cum subiectũ possit ꝓ nullo supponere. Secundo sic; Contradictoria istius, sortem possibile est non esse, est affirmatiua: vt patet; quia sua contradictoria est ista, sortem necesse est esse, quæ est affirmatiua. Item æquipollet negatiuæ; ergo ipsa est negatiua. Antecedens probatur, quia ipsa æquipollet huic, sortem non necesse est esse, quæ est negatiua; igitur talis est negatiua. Ideo breuiter respondetur, ꝙ tales propositiones sunt simpliciter negatiuę, & ad rationes prius factas. Ad primam negatur quòd ista sit negatiua sortem non possibile est non esse, sed est simpliciter affirmatiua, cum in ipsa ponantur duæ negationes cadentes supra eandem copulam. Ad secundam negatur, quòd copula sit totum hoc possibile est esse, negatur etiam, quòd ly est sit pars principalis copulæ, sed tota co-

Possibile, impossibile, contingens, etc. quo ampliant terminos.

Dubiũ.

G

H

A ta copula est ly est esse, & principalis pars est infinitiuus.

Quo ordinatur ꝓpones de contingēti cum alijs.

DVBITATVR tertio, Vtrum propositiones de contingenti debeant ordinari cum alijs propositionibus aliorum modorum secundum æquipollentias. Pro cuius solutione supponitur, quòd contingens potest capi dupliciter. Vnomodo large, vt conuertitur cum possibili; puta pro illo quod non est impossibile, & sic propositiones de contingenti non ordinantur cum alijs secundum æquipollentias, & propositiones de tali contingenti non conuertuntur in oppositam qualitatē. Aliomodo capitur strictè pro illo quod non est impossibile, neq; necessarium, & tunc ꝓpōnes de tali contingenti bene ordinantur cum alijs secundum B æquipollētias, & propositiones de tali contingenti conuertunt in oppositam qualitatem, vt sortes contingenter currit, si sit de cōtingenti specialiter capto tūc conuertitur in istam, sortes contingenter non currit. Et aduerte, quòd ad conuertendum tales propositiones in oppositā qualitatem, nunquam oportet ponere negationem ad modū. Et si quis quærat vlterius. Vtrū propositiones de contingenti specialiter capto ordinentur ad inuicem secundum oppositionem, vel etiam cum alijs. Vnde aduerte, quòd dicunt aliqui, quòd propositiones de contingenti specialiter capto sunt hypoteticæ, quia inferunt hypoteticas & æquipollent hypoteticis, vt ista sortes contingenter currit, æquipollet isti sortes possibiliter currit, & sortes possibiliter non currit, vel isti sortes C non necessario currit, & sortes non impossibiliter currit. Et sic in ipsis sumitur oppositio contradictoria, sicut in alijs hypoteticis. Alij dicunt, & magis probabiliter, quòd sunt categoricæ, & est verum, & dicunt quòd propositiones de contingenti specialiter capto quibus conueniunt conditiones requisitæ ad oppositionem contradictoriam sunt contradictoriæ, ad contrariā contrariæ: ad subcontrariā subcontrariæ, ad subalternam subalternæ. Et diligenter aduertendum, quòd cum dicitur, quòd propositiones de contingenti specialiter capto sunt contrariæ, vel subcōtrariæ, debet accipi oppositio cōtraria & subcontraria largè, vt se extendit ad oppositionem cōtrariam secundum modum enū- D ciandi, & subcontrariam ſm modum enunciandi, & non secundū legem; quia duæ contrariæ de cōtingenti specialiter capto sunt aliqñ simul veræ, vt omnis deus non contingenter non est deus, & oīs deus non contingenter est deus, & aliqñ simul falsæ vt omnis homo non contingenter non est currens, & oīs homo non contingenter est currens. De subcōtrarijs patet: nam istæ sunt simul falsæ, deus cōtingenter est deus, & deus cōtingenter nō est deus, & aliquæ simul veræ, vt homo contingenter est currens, homo contingenter non est currens. Et aduerte, quòd omnis propositio de contingenti specialiter capto, in qua negatio nō ponitur ad contingens, æquiualet vni hypoteticæ copulatiuæ, cuius prima

E prima pars est affirmatiua de possibili, & secũda negatiua, in qua possibile non negatur: vt ista, sortes contingenter currit: æquiualet illi, sortes possibiliter currit, & sortes possibiliter non currit. Vel (vt dicunt aliqui) æquiualet copulatiuæ, cuius prima pars est negatiua de necessario, & secũda negatiua de possibili, vt prædicta æquiualet isti, sortes non necessario currit, & sortes nõ impossibiliter currit. Sed si negatio ponatur ad contingens, tunc æquiualet disiunctiuæ compositæ ex partibus cõtradicentibus partibus copulatiuæ: vt sortes non contingenter currit: æquiualet isti, sortes impossibiliter currit, vel sortes necessario currit. Sed pro quantitate modalium diuisarum supponitur ꝙ tripliciter potest attendi. s. ex parte subiecti: & sic accipiatur sicut in illis de inesse. Secundo ex parte modi, & sic illæ de istis modis necesse, & impossibile sunt vniuersales: & illæ de possibili & contingenti sunt particulares. Tertio potest attendi ex parte vtriusque. Sed de quantitate modalium compositarum, Respondetur quòd debet addi signum sicut in illis

F


de inesse, & attendi eodem modo quantitas. Et aduerte, quòd talia signa debent accipi in neutro genere cum ista particula ly. Aduerte vlterius, quòd omnis modalis composita est indefinita, nisi ponatur signũ in neutro genere, quia tunc illa posset distingui: vnde ista, sortem currere est possibile, est indefinita: quia sensus eius est: talis propositio sortes currit est possibilis. Et si debeat esse vniuersalis, debeo dicere, omne ly sortem currere est possibile, & est sensus, omnis talis ꝓpositio sortes currit est possibilis: & proportionabiliter dicatur de aliis, vt omnem hominem currere est possibile, est indefinita. Et siquis dicat, ibi ponitur signũ vniuersale: ergo est vniuersalis. Respondetur negando consequentiam: quia tale signum accipitur materialiter & non vniuersaliter seu significatiuè. Aduerte, ꝙ ad hoc ꝙ aliqua propositio modalis sit composita requiritur, ꝙ copula non modificetur: ideo ista non est modalis composita, deum esse deum, possibile est esse necessarium. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit.

G

H

CON-

A C



B D

Arti. 3. Conclusio responsalis: Ad dandum contradictionẽ in modalibus de eodem modo, oportet ponere negationem ad modum: seruatis tamen alijs cõditionibus requisitis ad contradictorias. Ad rationes ante oppositum. Ad primam negatur maior: & ad probationem dr̃, quòd licet in illis de inesse singularis affirmatiua, & singularis negatiua similium subiectorum contradicant: non tamen oportet in modalibus: quia hoc non sufficit. Ad secundam patet solutio. Ad tertiam conceditur totum argumentum: nec hoc est contra dicta: quia conclusio intelligitur in modalibus de similibus modis: non sic autem est in prædictis igitur. Ad quartam conceditur totum argumentum: non enim sufficit, dato quòd requiratur, sed oportet quòd negatio feratur ad totum aggregatum ex verbo, & modo. Ad quintam negatur consequentia: non enim obseruantur aliæ conditiones requisitæ ad oppositionem contradictoriam: quia ly ens, in neutro distribuitur, quòd tamen requiritur ad dandas contradictorias.

E VTrum autem cõtraria est affirmatio negationi,& oratio orationi, quæ dicit quoniam omnis homo iustus est.

ISTE est tertius & vltimus tracta. huius libri cõtinens vnicum capitulum, in quo mouet talem quæstionem. Vtrum propositioni affirmatiuæ contrarietur propõ de modo enunciandi cotrario, aut propositio affirmatiua de prædicato cõtrario: vt vtrum huic propositioni, omnis hõ est iustus cõtrarietur ista, nullus homo est iustus: aut ista, omnis homo est iniustus. Respondet, ꝙ postquam illa, quę sunt in voce, sequuntur illa quæ sunt in anima: ideo si opiniones. i. propositiones mentales cõtrarientur mentalibus de modo enun-
F ciandi, vel de extremis contrarijs: ita etiam & vocales: sed mẽtales contrariantur mentalibus de modo enunciandi; quod probat octo rationibus. Prima: opiniones contrariæ nõ possunt simul esse veræ, sed opiniones de extremis contrarijs possunt simul esse veræ: vt istę bonum est bonum, malum est malum: igiẽ non sunt contrariæ. Secunda ratio: huic propositioni, bonum est bonum, contrariatur bonum non est bonum: ergo nulla alia sibi contrariatur: quia vni tantũ vnum cõtrariatur. Tertia ratio: propositiones in quibus primo est veritas & falsitas, maximè contrariantur: sed sic est de illis quæ sunt de contrarijs modis enunciandi & nõ de alijs: igiẽ. Quarta rõ: propõni ꝭm se veræ opponitur propõ ꝭm se falsa, & non ꝭm accñs: sed illa, bonũ est bonum est ꝭm se vera: & illa bo- G
num nõ est bonum ꝭm se falsa: igitur opponitur primæ, & non illa bonum est malum, quæ est secũdum accñs falsa. Quinta rõ: opiniones cõtrariæ debent plurimum distare: sed opiniones de cõtrarijs modis enunciandi magis distant quàm illæ, quæ sunt de extremis contrarijs: igr̃. Sexta rõ opinioni veræ, & simplici contrariatur opinio falsa & simplex, sed ista propositio bonum est bonum, est vera & simplex, ergo sibi contrariatur ista bonum non est bonum: & non ista, bonum est malum, quæ implicat aliam, & non econtra. Septima ratio: contrarietas debet vniformiter sumi in omnibus oppositionibus: sed pœnes contrarietatem extremorũ non potest vniformiter sumi, cum multa sint extrema, quæ nõ ha- H
bent contraria. Octaua ratio: sicut se habet ista, bonum est bonum, ad istam nõ bonum est bonum: ita ista bonum non est bonum, ad illam non bonum, non est bonum: ergo per locum à transmutata proportione, sicut se habent istæ duæ, non bonum est bonum, & non bonum nõ est bonum, ita se habent istæ duæ bonum est bonum, & bonũ non est bonum, sed duæ primæ contrariantur: igitur duæ secundæ. Et subdit ꝙ nihil refert: si tales propõnes sint vniuersales vel indefinitæ: quia æq; bene in illis sumitur oppõ pœnes modum enunciandi & non pœnes extrema contraria. Et subdit finaliter, ꝙ enunciatio vera non contrariatur enunciationi veræ: Quia omne verum omni vero consonat.

Tenet

A *Pœnes quod sumitur contrarietas in enunciationibus.*

QVAERITVR Vtrum cō trarietas in enunciationibus sit sumenda pœnes contrarietatem extremorum, aut pœnes modos enunciandi contrarios. Arguitur primo sic: Nullæ sunt enunciationes contrariæ: ergo in eis non est sumenda contrarietas, nec pœnes contrarietatē extremorum, nec pœnes modos enunciandi contrarios. Antecedens patet, quia omnis enū ciatio vocalis est vox, sed nulli voci est alia vox contraria: ergo &c. Secundo sic: Omnes enunciationes contrariantur adinuicem, aut aliquæ, & aliquæ non: non omnes. vt notum est, nec aliquæ, quia non videtur maior ratio de aliqui-

B bus quàm de omnibus. cum nō magis repugnent aliquæ propositiones ad esse simul in eodem subiecto quàm aliæ: ergo nullæ propositiones sunt contrariæ. Tertio sic: Dicit philosophus in postprædicamentis quòd istæ sunt contrariæ, sortes est languidus, sortes est sanus: ergo contrarietas est sumenda pœnes extrema contraria & non pœnes mòdos enunciandi. Quarto sic: Ille propositiones magis debent dici cō trariæ, quæ contrarietate rerum magis sunt repugnantes, sed enunciationes de extremis contrarijs sunt huiusmodi: igitur. Quinto sic, enunciationes, quæ sunt de extremis contrarijs habent maiorem distantiam & magis opponuntur, quàm illę quæ sunt de cōtrario modo enunciā-

C di: quia plus requiritur ad verificandū affirmatiuā de prædicato cōtrario q̄ ad verificandū negatiuam: igitur. In oppositū est philosophus in textu. In quæstione sicut in cæteris erūt tres art. Quantum ad primum.

Artic. I.

PRIMO sciendum, ꝙ ꝓ declaratione qōnis supponitur primo ꝙ opinio pōt capi dupliciter. Vnomodo pro ꝓpōne mentali, cui subordinatur propositio vocalis: & sic accipitur in textu opinio. Aliomodo accipitur pro assensu, vel dissensu; quo assentimus, vel dissentimus alicui complexo, siue talis assensus, vel dissensus sit cum formidine de opposito siue non. Aliomodo capitur pro assensu, vel dissensu, quo assentimus alicui complexo cum formidine de opposito: qui quidem assensus non est nisi notitia adhæsiua vel iu-

Opinionis acceptiones.

D dicatiua, qua iudico affirmatiuè de aliquo cōplexo: & dissensus qua iudico negatiuè de aliquo cōplexo, & hoc respectu eiusdē subiecti. Secūdo supponit, ꝙ capiendo opinionē primomodo. s. ꝓ propōne mentali, dupliciter pōt intelligi vnā opinionem cōtrariari alteri. Primo quo ad eē simul in eodē subiecto: & hoc mō opiniones non cōtrariant̄ et de modis enūciādi cōtrarijs: q2 tales pn̄t simul esse in intellectu: nā intellect⁹ p̄t formare ꝓpōnē hypotheticā cōpositā ex cōtrarijs, vel cōtradictorijs. Aliomō p̄t intelligi ꝙ cōtrarient̄ quo ad hoc ꝙ nō pn̄t simul eē veræ: & hoc mō opiōnes de cōtrario mō enūciandi pn̄ cōtrariant̄. Tertio supponitur, ꝙ si capiatur opinio secundo modo. s. pro assen-

E ſu vel diſſenſu, tunc opiniones contrariæ, quæ non ſunt niſi aſſenſus, vel diſſenſus contrariantur quantum ad hoc, quod eſt eſſe ſimul in intellectu: & quo ad hoc quod eſt veræ ſimul enũciari. Vnde non poteſt intellectus ſimul de eodem complexo habere aſſenſum & diſſenſum.

SECVNDO ſciendum, ꝙ propoſitiones poſſunt dici contrariæ dupliciter. Vnomodo ex parte materiæ.i.ex parte extremorum: & ſic illę propoſitiones dicuntur contrariæ, quæ ſunt de contrario extremo vel contrarijs extremis: vt ſortes eſt ſan⁹, ſortes eſt languidus: bonum eſt bonum, & malum eſt malum. Vnde extrema contraria ſunt, quæ ſimul de eodem verificari non poſſunt & ſe habent poſitiuè vt album nigrum, ſanum &

Propõnes quot modis dicũtur cõtraria.

F languidum. Secundomodo propoſitiones poſſunt dici contrariæ gratia formæ.i.ratione modi enunciandi contrarij, cuiuſmodi ſunt vniuerſalis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua vt q̃libet homo currit, nullus homo currit. & de iſtis eſt dubitatio textus, Vtrum magis opponantur tales propoſitiones: ſeu vtrũ ab ipſis magis ſit ſumenda contrarietas quàm a propoſitionib⁹ de extremis contrarijs. Pro cuius declaratione eſt vlterius aduertendum, quòd aliqua dicunt̃ contrariari adinuicem dupliciter. Vnomodo contrarietate incomplexa ſeu terminorum: & ſic propoſitiones de extremis contrarijs magis cõtrariantur. Aliomodo contrarietate cõplexa, quæ ſe tenet ex parte copulæ: & ſic propoſitiones de contrarijs modis enunciandi dicuntur magis contrariari: ex parte ipſarum magis debet attendi cõtrarietas, quàm ex parte aliarũ: quia magis repugnant ad eſſe ſimul veras, cum nunquam poſſint ſimul eſſe veræ: & tamen illę de extremis contrarijs poſsũt ſimul eſſe veræ: vt iſtæ ſunt ſimul veræ: bonum eſt bonum, malum eſt malum: quæ ſunt de extremis contrarijs. G

TERTIO ſciendum, ꝙ q̃n dicitur in textu, ꝙ iſtæ duæ ſunt contrariæ: bonum eſt bonum, & bonum non eſt bonum: ibi accipit Ariſt. contrarietatem largè, vt ſe extendit ad propoſitiones quæ participant legem contrariorum: & illud ſibi ſufficit ad ſuum propoſitum. Pro cuius declaratione eſt aduertendum, ꝙ propoſitiones poſſunt dici cõtrariæ dupliciter. Vnomodo ſecundum legem & modũ ſimul: quæ ſic ſe habent, quòd vna eſt vniuerſalis affirmatiua, & alia vniuerſalis negatiua conſimiliũ ſubiectorum & prædicatorum: obſeruatis tamen alijs conditionibus requiſitis ad contrarias. Et ſic iſtæ non ſunt contrariæ: bonum eſt bonum: & bonũ non eſt bonum. Aliomodo dicuntur propoſitiones contrariæ ſecundum legem, puta quæ ſunt diuerſæ qualitatis & conſimilium terminorum, quæ non poſſunt eſſe ſimul veræ. Et ſic illæ propoſitiones bonum eſt bonum: & bonum non eſt bonum, ſunt cõtrariæ. H

QVARTO ſciendum, quòd adhuc circa textum incidũt aliquæ difficultates. Prima: an iſtæ duę omnis homo eſt iuſtus, omnis

A omnis homo est iustus, sint de prædicatis contrarijs, vt videtur dicere textus. Pro solutione supponitur, quòd omnis terminus compositus ex ista præpositione in, & termino positiuo, potest capi tripliciter .s. contrariè priuatiuè & negatiuè. Et ideo iste terminus iniustus, potest capi tripliciter. Vnomodo contrariè, vt importat habitum contrarium iustitiæ: & sic illæ propositiones: omnis homo est iniustus, omnis homo est iniustus: sunt bene de extremis contrarijs. Alio modo capitur priuatiuè, pro illo, qui non habet iustitiam, nat⁹ est tamen habere: & sic puer dr̃ iniustus. Aliomodo negatiuè: & sic tantum valet sicut nõ iustus: quemadmodum lapis dicitur iniustus. Secunda difficultas, quomodo intelligitur, ꝙ propositiones de modo enunciandi contrario sint primo veræ q̃

Dubia de ꝑpõnib⁹ cotrarijs.

Iniustus quotupliciter.

B propositiones de extremis contrarijs. Respondetur, quòd ratio est; quia propositiones de modo enunciandi contrario magis appropinquant ad primum principium, quàm propositiones de extremis contrarijs: quia in ipsis propositionibus de modo enunciandi contrario semp idem affirmatur & negatur de eodem, quod non fit in propositionibus de extremis cõtrarijs. Tertia difficultas quomodo intelligitur, quòd ista propositio, bonum est bonum est secũdum se vera: & ista bonum, non est bonum, secundum se falsa: & ista bonum est malum, secundum accidens falsa. Respondetur, quòd ideo dicitur secundum se vera, vel secundum se falsa: quia manifestius est vera, vel manifestius

C falsa. Vnde ista est manifestius falsa: bonum est non bonum: quàm ista, bonum est malum: ideo dicitur secundum se falsa. Et hæc de primo articulo. Quãtum ad secundum.

DVBITATVR primo, Vtrum enunciationes vocales, & scriptæ eodem modo contrarientur sicut mentales. Pro cuius solutione supponitur ꝙ sicut propositiones vocales & scriptæ, non dicuntur veræ, neque falsæ; nisi quia subordinantur mentalibus veris, vel falsis: ita quòd veritas & falsitas primo conueniunt propositioni mentali, quàm propositioni vocali, vel scriptæ: sic etiam propositiones vocales vel scriptæ non dicunẽ contrariæ: nisi quia subordinãtur mentalibus contrarijs. Ex quo sequitur, quòd contrarietas primo conuenit mentalibus, q̃

Dubitatio.

D vocalibus & scriptis: & quia cõuenit mentalibus secundum cõtrarios modos enunciandi: vt probant octo rationes in textu: ideo conuenit vocalibus & scriptis secundum modos enunciandi. Sed restat alia difficultas, quomodo intelligitur, quòd propositiones de contrarijs modis enũciandi magis distant, quàm propositiones de extremis contrarijs; vt istæ magis distant: bonum est bonum, bonum nõ est bonum: quàm istæ, bonum est bonum, bonum est malum. Respondetur ꝙ sic intelligitur: qa affirmatio, & negatio magis distãt quàm affirmatio, & affirmatio. Sed propositiones de modis contrarijs enunciandi se habent sicut affirmatio & negatio: non autem propositiones de contrarijs extremis. Sed ad huc est

Dubitatio.

E alia difficultas, quomodo intelligitur ꝙ ista bonum non est bonum, est simplicior q̃ ista bonũ est malum, cum in ista bonum non est bonum, sint plures termini q̃ in ista bonũ est malũ, fal tẽ officialiter. Respõdetur ꝙ ista bonum est malũ, dr̃ minus simplex, q̃a implicat istã propõnẽ, bonum non est bonum: ideo dr̃ magis composita q̃ ista bonum non est bonum, quia ista bonũ nõ est bonum non implicat, istã bonum est malum: ideo dicitur esse simplicior.

Dubitatur secundo. Vtrum argumentum à trãsmutata ꝓportione, quo Ari. vtitur in octaua rõne teneat vniuersaliter in omnibus terminis. Pro cuius solutione supponitur ꝙ proportio est habitudo vnius quantitatis ad aliã, vt habitudo duo-

F rum ad quatuor dicitur proportio. Sed proportionabilitas, est habitudo vnius ꝓportionis ad aliam: vt sicut se habent octo ad quatuor, ita sex ad tria. Sed transmutata proportio, est quando facta proportione primi ad 2m, & tertij ad quartum, trãsmutatur primũ ad tertium, & secundum ad quartum, vt sicut se habent sex ad tria, ita duo ad quatuor, sed sex excedunt quatuor in tertia parte. ergo tria excedũt duo in tertia parte. Hoc supposito dr̃ ꝙ argumentum à trãsmutata proportiõne propriè tenet in quãtitatibus. Dico etiam quòd bene tenet in terminis cõtradictorijs & terminis cõuertibilibus, & hoc est quod cõiter dr̃. ꝙ istud argumẽtum tenet in omnibus quantum ad contradicere & cõuerti. i. in terminis cõtradictorijs & conuertibilibus,

Sco. li. 4. d. 36. q. vnica in sol. argu.

sed in alijs nõ oportet ꝙ teneat, G sed magis committitur fallacia consequentis, vt patet arguendo sic, sicut se habet homo ad non hominem, sic animal ad nõ animal, ergo per locum à transmutata proportione, sicut se habet homo ad animal, ita non homo ad nõ animal, sed omnis homo est animal, ergo omnis non homo est non animal. Similiter nõ sequitur, sicut se habet superficies ad hanc superficiem, sic color ad hunc colorem, sed superficies non potest esse sine colore: ergo hæc superficies nõ põt esse sine hoc colore. Similiter non sequitur, sicut se habet corpus ad hoc corpus, ita locus ad hunc locum, sed corpus non p̃t esse sine loco, ergo hoc corpus non potest esse sine hoc loco. Similiter non sequitur: sicut se habet ens & non ens sic possibile ad impossibile, sed omne ens est possibile, ergo omne non ens est impossibile. H

Vide Sc. libr. 4. d. 43. q. 3. in respõ. cuiusdã argum.

Dubitatur tertio circa illud dictum, ꝙ omne verum omni vero consonat, & nullum uerum repugnat vero, vtrum sit verum. Et vr̃ ꝙ non, quia si omne verum omni vero consonaret, sequeretur ꝙ omne verũ sequeretur ad omne verum. i. ꝙ quælibet propõ vera sequeret̃ ad propõnem veram, quod est falsum, nõ. n. sequitur sortes ẽst homo, ergo sortes bibit, & tñ ambæ propõnes possunt simul esse veræ. Et ꝙ non sequatur patet, quia añs potest esse verũ cõsequente existente falso. Et ꝙ sequatur probatur per aliud dictũ cõe. Quodlibet cũ quolibet vel eius oppositum stat, si. n. ad propositionem veram, non sequeretur

A tur propositio vera, tunc oppositum eius quod erit falsum stabit cum illo, quod non videtur probabile. Pro responsione supponitur ꝙ qñ dicitur, omne verum omni vero consonat sic intelligitur .i. ꝙ nulla propositio vera repugnat propositioni veræ sed pt cum ea stare. Et siquis dicat duæ ꝓpōnes veræ possunt opponi adinuicem, vt patet de duabus subcontrarijs & subalternis, & etiam de duabus contrarijs de contingenti specialiter capto. Respondetur ꝙ non sequitur istæ propositiones opponuntur adinuicem, ergo repugnant, quia propōnes repugnare non est eas non posse esse simul veras, quia tunc ista propō, nulla ꝓpō est negatiua, vel ista omnis propō est particularis repugnarent cuilibet propōni, eo
B non possent esse simul veræ cũ alijs propōnibus, & ita opposita earum sequerentur ad quodlibet: quod est falsum, non enim sequitur, chimera non est, ergo aliqua propositio est affirmatiua. Sed dñr propositiones repugnare quæ sic se habent ꝙ impossibile est ita eẽ sicut adæquatè significatur per vnã, dum ita est sicut sigñatur per aliam. Etiã quando dr̃, quodlibet cum quo libet, vel eius oppositũ stat, non
C est idem stare sicut sequi. Vnde propōnes simul stare non est aliud ꝗ adinuicem non repugnare. ideo non sequitur, ista propositio stat cum illa: ergo sequitur ad illam. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Artic. 3. CONCLVSIO responsalis: In enũciationibus vocalibus & scriptis sumenda est cõtrarietas pœnes modos enunciandi cõtrarios, quia taliter sumitur in mẽtalibus, vt probatũ est in textu. Ad rationes ante oppositũ. Ad primam dr̃, ꝙ enunciationes nõ dicuntur contrariæ intrinsecè, & formaliter, vel ex eo ꝙ non possunt simul esse in eodem, sed quia non possunt simul esse veræ. Similiter dicatur ad secundam. Ad tertiam dicitur, ꝙ philosophus non intellexit eas esse
D simpliciter contrarias, sed intellexit ꝙ sunt enunciationes de ꝓdicatis contrarijs. Ad quartam dicitur, ꝙ licet propositiones de prædicatis contrarijs magis repugnent ex parte materiæ seu terminorum, tamen contrariæ de modo enunciandi magis repugnant repugnantia, quæ se tenet ex parte formæ seu in veritate. Et similiter dicatur ad

PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS LIBER PRIMVS.

RIMVM Oportet dicere circa quid, & de quo est intẽtio. Quoniã circa demonstrationem, & de demonstratiua disciplina. Deinde determinare quid est ꝑpositio, & quid terminus, & quid syllogismus, & quis perfectus, & quis imperfectus.

Diuisio istius lib. ISTE est primus liber Priorũ Analyticorum Aristo. in quo determinatur de syllogismo simpliciter dicto. Et diuiditur in duos libros partiales. In primo determinat de syllogismo simpliciter dicto. In secundo determinat de potestatibus, seu de proprietatib⁹ ipsius syllogismi: & etiam de speciebus argumentationis. Primus diuiditur in duas partes. s. in partẽ procemialem: & partem executiuam. In parte procemiali sic procedit. Oportet primum. i. primo dicere circa quid est, & de quo est intẽtio huius libri: quoniam est circa demonstrationem, & de disciplina demonstratiua. Deinde oportet dicere, quid est propositio, quid terminus, quid syllogismus, quid syllogismus perfectus, quid syllogismus imperfectus, quid de omni, quid de nullo. Pars autem executiua diuiditur in septem tractatus. In primo determinat de principiis materialibus ipsius syllogismi, & etiam formalibus. Et diuiditur in quatuor capitula. In primo determinat de pricipiis materialibus ipsius syllogismi, quæ sunt propositio & terminus. Et primo de propositione: dicens quòd propositio est oratio affirmatiua, vel negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo. Deinde diuidit eam: dicens, ꝙ propositionum alia est vniuersalis, alia particularis, & alia indefinita. Propositio vniuersalis est illa, quæ omni aut nulli inesse significat. Particularis, est illa, quæ alicui aut alicui non inesse significat mediante signo particulari. Indefinita est, quæ inesse aut non inesse significat sine signo vniuersali, aut particulari: vt contrariorum eadem est disciplina. Deinde incidentaliter ponit conuenientiam & differentiam inter propositionem dialecticam & demõstratiuam: dicens, quòd propositio demonstratiua est altera pars contradictionis

A ctionis .s. vera & necessaria. Quod probat, quia demonstrator non interrogat respõdentẽ: sed sumit sibi alteram partem contradictionis, quæ est vera & necessaria. Sed propositio dialectica, est interrogatio contradictionis: est enim altera pars contradictionis, quæ est probabilis: modo stat bene vtraque partem contradictionis esse probabilẽ & apparere veram: ideo vtraq; pars contradictionis põt dici propositio dialectica: ideo communiter dr̃, ꝙ propositio dialectica, est quæ interrogat vtranq; partem contradictionis. Deinde ponit conuenientiam: dicens quòd ex vtraq; parte fit sollogismus. Nam qui demonstrat, & etiam qui interrogat, syllogizat. Deinde diffinit termi-
B num: dicẽs Terminus est in quẽ resoluitur propositio vt in prædicatum & subiectum, apposito esse, vel non esse. i. mediante copula affirmata, vel negata.

Syllogismus vero est oratio, in qua positis aliquibus, aliud quidem à positis ex necessitate consequitur ex ipsis esse.

In hoc secundo capitulo philosophus tria facit. Primo diffinit syllogismũ: dicens: Syllogismus est oratio, in qua quibusdã positis, aliud quidem ab his, quæ posita sunt ex necessitate accidit, eo quòd hæc sunt, id est eo ꝙ præmissæ sunt totaliter dispositæ. Deinde innuit diuisionem syllogismi in syllogismum perfectum, & syllogismũ imperfectum. Et diffinit membra huius diuisionis. Vnde syllogismus perfectus, est qui nullius alterius indiget præter ea, quæ sumpta sunt, vt appareat necessarius. Sed syllogismus imperfectus est, qui indiget vnius aut plurium quæ quidem sunt necessaria per sumptos terminos & non per sumptas propositiones. Deinde determinat de principijs regulatiuis syllogismi dicens, quòd dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur p̃dicatum. Sed dici de nullo est quãdo nihil est sumere sub subiecto, à quo non remoueatur prædicatum. C

An syllog. termini, & propõnis diffinitiones sint à philosopho sufficienter assignatæ.

D Quaeritur Vtrum diffinitiones syllogismi, termini & propositionis sint à philosopho sufficienter assignatæ. Arguitur primo contra diffinitionem propositionis: quia ipsa nõ conuenit soli propositioni, neq; omni: igitur non est bene assignata. Antecedens patet: quia conuenit isti orationi deum nõ esse: & etiam conclusioni, quæ non est propositio: quia ipsa nõ ponitur pro alio. Quod autem non conueniat omni, patet: quia non conuenit propositioni hypoteticæ: etiam isti, chimera est chimera. Secundo sic arguitur contra diffinitionem termini: copula est terminus: & tamen sibi non conuenit diffinitio termini: igitur. Similiter termini simplices sunt termini: & tamen ipsis non conuenit prædicta diffinitio. Tertio sic arguitr si diffinitio termini esset bona, seque-

E sequeretur ꝙ propositio solum cõponeretur ex subiecto & prædicato: consequens est falsum: quia etiã cõponitur ex copula. Quarto sic contra diffinitionem syllogismi: nullum complexum diffinitur: sed syllogismus est quid complexum: igitur. Item conclusio contingenter sequitur ex præmissis: ergo male dicitur, ꝙ de necessitate sequitur. Quinto sic arguitur: ipsa non conuenit omni syllogismo, cum non conueniat enthymemati quod est vere syllogismus vt dicitur .j. posteriorum. In oppositum est phylosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli.

Tex. 1.

Artic. 1. PRIMO sciendum ꝙ hic solum diffinitur propositio cathegorica de simplici copula: cuius ratio est quia solum hic philosophus determinat de syllogismis categoricis: ad quorum compositionem sufficiunt propositiones cathegoricę, licet tamen ipse syllogismus simpliciter sit vna propositio hypothetica. puta cõditionalis vel rationalis: nec tamẽ sequitur quilibet syllogismus est propositio hypothetica: ergo quilibet syllogismus est hypotheticus. Nam syllogismus non dicitur hypotheticus, eo ꝙ sit propositio hypothetica: sed quia cõponitur ex pluribus hypotheticis, cuiusmodi sunt argumentationes quibus arguimus a tota copulatiua, a tota disiunctiua, a tota conditionali & sic de alijs cõsequentijs hypotheticis: similiter syllogismus non dicitur ideo categoricus eo quòd sit propositio cathegorica: sed quia componitur ex pluribus categoricis. Aduerte vlterius quòd ly vel, in diffinitione propositionis

Propõ categorica de simpli F et copula quid.

debet capi vt coniungit inter terminos & non vt coniungit inter propositiones. Nam si coniungeret inter propositiones, esset disiunctiua falsa: cum quælibet pars eius esset falsa: partes eius essent istę, omnis propositio est affirmatiua alicuiꝰ de aliquo vel omnis propõ est negatiua &c. modo notũ est ꝙ quælibet pars est falsa. Diffinitur etiam propositio indicatiua, & per hoc remouetur ista, hominem esse currentem: & in eius diuisione diuiditur ꝓpositio de subiecto simplici & non de subiecto mixtę quantitatis. Vnde phylosophus sub indefinita comprehendit propositionẽ singularem, quæ significat aliquid inesse vel non inesse sine signo vniuersali aut particulari. Vnde sicut propositio particularis aut indefinita sit apta intrare syllogismum: ita & singularis: ideo debet intelligi dictum commune quòd de particularibus indefinitis & singularibus idẽ est iudicium, quantum supple ad syllogizandum de medio communi. Ex his patet quòd diffinitio propositionis sic est intelligenda: propositio cathegorica supple indicatiui modi de copula simplici & simplicis quantitatis est oratio affirmatiua alicuius prædicati & non plurium de aliquo subiecto & non de pluribus: vel negatiua alicuius prædicati & non plurium de aliquo subiecto & non de pluribus. Et dicitur alicuius de aliquo, ad differentiã ꝓpositionis hypotheticę, in qua plurima prædicantur: & etiam ad differentiã ꝓpositionis in qua enunciantur plura de vno, vel vnum de pluribus vel plura de pluribus inconiunctè. Aduerte G H

quòd

A ꝙ in diffinitione propositionis magis ponitur affirmatiuum & negatiuum quàm verum vel falsum: quia syllogismi magis dicũtur variari pœnes affirmatiuum & negatiuum quàm pœnes verũ & falsum, cum ibi determinetur de syllogismo simpliciter, ꝗ non respicit veritatem propositionum.

Vtrũ propõ possit simul eẽ affirmatiua & negatiua. SECVNDO sciendum circa diffinitionem propõnis incidit talis difficultas: an eadẽ propositio simul sit affirmatiua & negatiua vniuersalis & particularis: sicut ista propõ, chimera est vel nõ est: vtrum sit affirmatiua vel negatiua. Respondent aliqui, ꝙ est affirmatiua. Quod probant, qa istius propõnis principalis pars copulæ non negat: igitur est affirmatiua. Antecedens patet, quia in illa propõne B ly, vel, quod principalior pars copulæ non negatur. Secundo sic: omnis propõ est affirmatiua vel negatiua, sed talis non est negatiua: igitur est affirmatiua. Alij respondent & probabilius, quòd talis propositio non est affirmatiua, nec negatiua: sed affirmatiua & negatiua simul. Et quòd non sit affirmatiua tantum patet, quia nulla affirmatiua contingens est vera, subiecto eius pro nullo supponente: sed illa est vera, chimera est vel non est. Nec est dicendum ꝙ sit hypotetica; quia volo quòd ly, vel, coniungat inter terminos, & non inter propositiones. Quod autem non sit negatiua patet, quia nulla categorica merè de inesse simpliciter negatiua sequitur ad propositionẽ categoricam merè de inesse affirmatiuam, quæ est similis subiecti & prædicati cum illa, sed C illa est huiusmodi, quia bene sequitur: chimera est asinus, ergo chimera est vel non est asinus: cum oppositũ consequentis non possit stare cum antecedente. Et ꝙ sit affirmatiua & negatiua simul patet, quia talis propositio habet copulam, cuius sunt duæ partes æq; principales, quarum vna est affirmatiua, & altera negatiua, modo non est maior ratio ꝙ denominetur affirmatiua, quàm negatiua. Secundo nulla categorica de est secundo adiacente quæ solum est affirmatiua potest indifferenter affirmari tam de ente existente, quàm de ente non existente: sed ista potest indifferenter affirmari: igitur. Minor patet: quia verũ est dicere, quòd chimera est, vel non est. Et similiter de forte qui est, verũ est dicere quòd D sortes est vel non est. Ex quibus sequitur quòd potest esse aliqua propositio mixtæ quantitatis, & aliqua mixtæ qualitatis, quæ simul erit affirmatiua & negatiua. Ad rationes alterius opinionis. Ad primam negatur, quòd principalior pars copulæ non negetur, & negatur quòd hæc coniunctio vel, sit copula principalis: quia non coniungit propositiones, sed solum terminos. Ad secundam negatur maior, quia ipsa solum habet veritatem de propositionibus categoricis simplicis qualitatis: modo talis est mixtæ qualitatis.

Sco. 1. d. 2. q. 2. in solu. arg.

Termini acceptiones. TERTIO sciendum, ꝙ pro declaratione diffõnis termini, supponit ꝙ terminus pt capi dupliciter. Vnomõ large. s. indiffe renter pro subiecto, prædicato,

E & copula propositionis, vel pro parte vel determinatione alicuius illorum. Et hoc modo copula, signa vniuersalia, & particularia, & adiectiua adiectiuè, tenta sunt termini: immo breuiter omne illud, ex quo constituitur propositio siue sit categorema, siue syncategorema: dicitur terminus. Aliomodo capitur strictè pro extremis terminantibus propositionem .s. pro subiecto, & prædicato: & sic capitur hic: Et debet sic intelligi, terminus ē illud, in quod tanquam in extremum propositio categorica est immediatè resolubilis mediante copula verbali; & hoc modo capitur hic terminus. Et dicit̄ immediatè ad remouendum literas & syllabas: quia licet propositio resoluatur mediatè in literas & syllabas, non tamen im-
F mediatè: ideo literæ, & syllabæ non dicuntur termini. Etiam licet propositio hypotetica resoluatur in terminos mediatè non tamen immediatè, sed resoluit̄ immediatè in propositiones, seu in proportionabilia propositionibus. Et aduerte quòd licet terminus ordine naturæ præcedat propositionem, non tamen ordine doctrinæ: immo ipsa propositio præcedit, quia in diffinitione termini ponitur propositio: ideo prius oportet scire ꝓpositionem quàm terminum, cū diffinitio debeat esse notior suo diffinito.

QVARTO sciendum, ꝙ pro declaratione diffinitionis syllogismi, supponitur primo, ꝙ in eius diffinitione ponitur oratio loco generis: & licet nō sit oratio categorica, est tamen oratio hypotetica; & in hoc cō-

Oratio quæ ponitur in diffinitione syllogismi.

uenit cum alijs speciebus argu- G mentationis: Et ponitur in qua quibusdam, ad differentiam enthymematis, in quo non ponit̄ nisi vna propositio: Et ponitur positis, quod tantum valet sicut dispositis, ad differentiam inductionis & exempli, in quibus ꝓpositiones non sunt ordinatæ in modo & figura. Per hoc etiam excipiuntur combinationes inutiles: Et ponitur de necessitate accidit, quod non debet capi primæ intentionaliter, sed secundæ intentionaliter, vt tantum valet sicut hoc complexum in consequētia bona & necessaria: ita ꝙ sit sensus. Syllogismus, est oratio, in qua quibusdam positis .i. dispositis, aliud .s. conclusio sequitur de necessitate in consequentia bona & necessaria. Et aduerte, ꝙ (vt iā visum est) syllogism⁹ categoricus non est propositio H categorica, sed est propositio hypotetica rationalis, vel conditionalis: vt si omnis homo est animal, & Petrus est homo: ergo Petrus est animal. Vnde stat aliquando esse bonum syllogismum, & esse falsam rationalem: vt omnis homo est lapis, Petrus est homo: ergo Petrus est lapis: ibi est bonus syllogismus: & tamen est falsa rationalis: cum ad veritatem eius requiratur vtranque partem eius esse veram: aliquando etiam est vera rationalis vbi est malus syllogismus. Ex istis sequitur, ꝙ non omnis syllogismus est constitutus ex propositionibus, vt si omnis homo curreret, & Petrus esset hō: ergo Petrus curreret: ibi est bonus syllogismus, & non constituitur ex propositionibus, cum nulla præmissarum eius sit vera vel

A vel falsa. Ex quo sequitur ꝙ dabilis est bonus syllogismus cuius nec aῆs nec consequens est propositio: & per consequens tales propōnes non sunt cōcedendæ, neq; negandæ. Aduerte finaliter ꝙ syllogismus pōt dici perfectus dupliciter. Vnomodo perfectione essentiali: & sic omnis syllogismus bonus, siue primæ figuræ, siue secundæ, siue tertiæ figuræ est perfectus: cum cuilibet tali conueniat diffinitio syllogismi: & sit cōsequentia bona & formalis. Aliomodo dr̄ perfectus, seu dici pōt perfectus perfectione accidentali, quæ est perfectio euidentiæ: ita ꝙ ille dicatur pfectus, qui euidenter & manifeste concludit cōclusionem, seu qui immediatè regulatur ꝑ dici de omni, vel per dici de nullo: & sic soli syllogismi primæ figuræ sunt perfecti: & ille dicitꝰ imperfectus, qui immediatè nō regulatur per dici de omni aut per dici de nullo. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secūdum articulum.

Syllog. perfectus dupliciter.

B

DVBITATVR primo. Vtrum syllogismus simpliciter dictus sit subiectum scientiæ librorum Priorum Et videtur ꝙ nō: quia subiectum alicuius sciētiæ, debet partialiter causare notitiam suam: sed syllogismus simpliciter dictus, non potest causare notitiam suam, cum non sit: igitur non est subiectum huius sciētiæ. Item vel per syllogismū simpliciter intelligis syllogismū demōstratiuum dialecticū & sophisticum, vel aliquid aliud: sed nullum istorum est dicendum, non primum, quia talis syllogismus est subiectū totius logices: vt patet per communiter loquē-

Syllogismus simpliciter dictus an sit subiectū librorū Priorum.

C tes: nec secundum, quia non videtur, quis syllogismus esset cū sibi debeat conuenire diffinitio syllogismi quæ conuenit omni syllogismo. Pro solutione supponitur primo, quòd syllogismus potest capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter: & sic non est aliud quàm syllogismus mentalis, vocalis vel scriptus. Aliomodo capitur secundæ intentionaliter, & sic non est nisi quoddam intētionale, quod per intellectum attribuitur supple ꝑ denominationē syllogismo mentali, vocali, vel scripto: & tūc est subiectum huius scientiæ. Supponitur secundo ꝙ quando dicitur syllogismus simpliciter, ibi ly simpliciter potest capi, vt tantum valet sicut vniuersaliter, vel indeterminatè seu incontractè: vniuersaliter quia est commune ad omnes alios syllogismos: indeterminatus, vel incontractus, D quia postquam est cōmune ad omnes alios syllogismos, quantum est de se non est determinatus ad aliquam materiam illorū: puta neq; ad materiam probabilem.i. ad propositiones probabiles, neq; ad ꝓpositiones veras, neq; necessarias, neq; contingētes, sed indifferenter potest fieri ex omnibus talibus propositionibus, siue sint veræ, siue falsæ, siue necessariæ, siue contingētes vel impossibiles, & ad hoc ostēdendum Arist. syllogizauit per terminos non significatiuos puta per literas: respicit tamen ꝙ tales propositiones sint disposi tæ in modo & figura. Supponitur tertiò, ꝙ in syllogismo duo inueniuntur, s. modus & figura: quæ dicuntur principia formalia syllogismi: inueniuntur. etiā pro-

E propositiones ex quibus fit talis syllogismus, qui dicuntur principia materialia syllogismi. Et secundum hoc potest dici probabiliter quod syllogismus potest determinari & diuidi per duplices differentias. s. per differentias: que consequuntur formam syllogismi seu principia formalia syllogismi: & sic dico probabiliter quod syllogismus secundum tales differentias diuiditur in Barbara Celarent, Darij, & Ferio. Vnde sicut syllogismus vniuersaliter captus non respicit, vtrum propositiones ex quibus fit sint veræ vel falsæ: ita neq; barbara, neq; celarent: sed solum dispositionem propositionum. Potest etiam diuidi per differentias materiales & consequentes materiam syllogismi seu propositiones. Et sic dico quod syllogismus diuidit in syllogismum demonstratiuum dia-

F lecticum & sophisticum saltem peccantem in materia tantum: quia syllogismus sophisticus peccans in forma non est syllogismus. Et sic patet quomodo syllogismus potest habere plures species: quasdam quæ constituuntur per differentias formales. i. consequentes formam syllogismi seu dispositionem propositionum: & quasdam quæ constituuntur per differentias materiales. i. consequentes propositiones: quælibet tamen talis differentia potest dici differentia essentialis. Aduerte tamen quod species quæ constituuntur per differentias materiales, includunt seu presupponunt alias species formales; & non potest esse syllogismus demonstratiuus quin sit in modo & in figura: nec etiam dialecticus. Et per hoc potest responderi ad rationes. Ad primam dicitur quod non oportet in scientijs rationalibus quod subiectum causet suam notitiam vt aliàs iam visum est. Ad aliam dicitur quod syllogismus communis ad syllogismum demonstratiuum & dialecticum: & etiam ad barbara, celarent, darij. & sic de alijs, est subiectum huius scientiæ. Et quando dicitur quod talis est subiectum totius logicæ. Dicitur quod non est verum vt aliàs visum est; sed modus sciendi est subiectum totius logicę.

G

An omnis syllogismus reguletur per dici de omni: uel de nullo.

DVBITATVR secundo, vtrum omnis bonus syllogismus reguletur per dici de omni vel per dici de nullo. Et videtur quod non; quia syllogismus expositorius est bonus syllogismus: & tamen non regulatur, neq; per dici de omni, neq; per dici de nullo: quia in syllogismo expositorio medium debet esse singulare singulariter tentum, sub quo nihil potest subsumi. Secundo sic: multi sunt syllogismi hypothetici boni, quorum nullus regulatur per dici de omni, aut per dici de nullo. Item syllogismi concludentes conclusionem de modo loquendi inconsueto sunt boni syllogismi: & tamen non regulantur, neq; per dici de omni, neq; per dici de nullo. Item syllogismi secundę & tertię figurę sunt boni syllogismi & consequentię formales: & tamen non regulantur per dici de omni neq; per dici de nullo: igitur. In oppositum videtur esse Arist. Pro cuius solutione est aduertendum quòd dici de omni dupliciter accipitur. Vnomodo pro propositione vniuersali, in qua subiectum complete distribuitur: & sic in quolibet bono syllogismo categorico de medio communi in quacunq; figura fuerit dummodo sit modus vniuersalis affirmatiuus, reperitur dici de omni, & in negatiuo reperitur dici de nullo captum pro propositione vniuer-

H

A vniuersali, in qua subiectum distribuitur distributione completa & perfecta. Alio modo capitur dici de omni aut dici de nullo pro principijs regulatiuis seu probatiuis consequentię & eius euidentię: vt dici de omni pro isto principio Quicquid dicitur de subiecto distributo in maiore dicitur de quolibet contento sub eo in conclusione. Et dici de nullo pro isto principio Quicquid remouetur a subiecto distributo in maiore remouetur a quolibet contento sub eo in conclusione. Et sic dico, quod capiendo dici de omni & dici de nullo isto modo, quatuor modi primæ figuræ regulantur per dici de omni vel per dici de nullo. Vnde syllogismum regulari per dici de omni non est aliud quam de ipso verificari istud principium Quicquid dicitur de subiecto distributo in maiore dici-

B tur de quolibet contento sub eo in conclusione. Sed syllogismũ regulari per dici de nullo nõ est aliud quam de ipso verificari istud principium Quicquid remouet a subiecto in maiore, remouetur a quolibet contento sub eo in cõclusione. Et aduerte quòd differẽtia est inter propõnem vniuersalem & propositionẽ esse de omni: quia ad propositionẽ vniuersalem sufficit prędicatum dici de quolibet cõtẽto essentialiter sub subiecto. Sed ad propositionem esse de omni requiritur quod prædicatum dicatur de quocunque dicitur subiectum, siue illud contineatur essentialiter sub subiecto siue non. Et istud exprimitur per istud complexum de quocunque verũ est dicere Vnde ista propositio omnis essentia diuina est pater: si sit vniuersalis est vera: quia prædicatũ scilicet pater, dicitur de quacunque essentia diuina cum non sit nisi vna. Si autẽ ipsa sit de omni, est falsa: & est sensus: de quocũque verum est dicere quòd est essentia diuina verum est dicere quòd est pater: & illa est falsa, cum de filio sit verum dicere quòd est essentia diuina. Et dico vlterius quòd ad hoc quòd sit bonus syllogismus affirmatiuus, nõ sufficit alteram præmissarum esse vniuersalem; sed requiritur quòd sit de omni. C Ex hoc dicitur primo quòd syllogismi primę figurę directè concludentes manifeste & immediate regulantur per dici de omni & per dici de nullo: quia de ipsis verificantur principia supra dicta. Dicitur secundo quòd syllogismi primæ figuræ indirectè concludentes nõ regulantur immediatè per dici de omni, vel per dici nullo: sed solum mediatè & reductiuè. Dicitur tertio D quòd syllogismi secundæ & tertiæ figurarum non regulantur immediatè per dici de omni, vel per dici de nullo: sed solum mediatè, puta reducendo eos ad modos primę figurę. Et aduerte quod quando tales syllogismi reducũtur, semper debent manere consimiles termini: sed non oportet quòd maneant consimiles propositiones: ideo dicitur in textu: quòd syllogismus imperfectus est qui unius aut plurium indiget quæ sunt necessaria per sumptos terminos; & non per sumptas propositiones.

DVBITATVR tertio an syllogismus expositorius siue affirmatiuus, siue negatiuus teneat in qualibet figura: & an conclusio sit de essentia syllogismi,

Contra

F Contra primã partem arguitur: istc syllogismus est expositorius in tertia figura, ista essentia diuina est pater, ista essentia diuina est filius: ergo filius est pater: & tamen non valet, cum antecedens sit verum & consequens falsum igitur: secundo sic: nõ sequitur, iste homo vel asinus est asinus: & iste homo vel asinus est homo: ergo hõ est asinus. Tertio sic: non sequitur, istius hominis oculus est dexter: & istius hominis est oculus sinister: ergo oculus sinister est oculus dexter: & tamẽ arguitur expositorie: igitur. Quarto sic: non sequitur sortes est animal & asinus non est sortes: ergo asinus non est animal. Quinto sic: nõ sequitur animal est sortes, & asinus non est sortes: ergo asinus non est animal: ergo syllogismus expositorius non est bonus. In oppositũ arguitur auctoritate omnium logicorum dicẽtium syllogismum expositorium esse bonum. Pro solutione est aduertendum ꝙ syllogismus, expositorius est syllogismus, cuius medium est terminus singularis singulariter & vniuoce tentus. Et est duplex scilicet affirmatiuus & negatiuus. Affirmatiuus cuius q̃libet pars est affirmatiua. Negatiuus cuius vna præmissarum est negatiua. Et aduerte ꝙ ad hoc ꝙ syllogismus expositorius sit bonus, tres conditiones requiruntur. Prima: est ꝙ medium sit terminus singularis singulariter & vniuoce tentus: defectu cuius non sequitur, iste homo vel asinus est asinus: & iste homo vel asinus est homo: ergo homo est asinus: quia singularizatur solum prima pars disiuncti. Si autem totum disiunctum singularizetur vel æquiuoce capiatur in præmissis: tunc consequentia non valet: vel capitur vniuoce: & tunc consequentia est bona. sed sicut conclusio est falsa ita & alterá præmissarum. Secunda conditio: ꝙ medium in altera præmissarum sit totale extremum: defectu cuius in tertio argumẽto ante oppositum non est syllogismus expositorius. Tertia est, ꝙ a præmissa affirmatiua, in qua ponitur huiusmodi terminus singularis ad vnam de omni valeat consequentia: vel ad vnam de nullo, si sit negatiua: defectu cuius in primo argumẽto ante oppositum non est syllogismus expositorius. Vnde duo sunt principia relatiua syllogismorum expositoriorum, vnũ pro affirmatiuis: & est istud. Quæcunq; vni & eidem sunt eadem, ista inter se sunt eadem: pro negatiuis est istud: Quęcunq; negantur de eodem tertio, illa negantur de seinuicem. Aduerte vlterius ꝙ istę propositiones multum differũt: syllogismus expositorius valet in qualibet figura: & in qualibet figura valet syllogismus expositorius. Nam prima est falsa cum nullus sit syllogismus, qui fiat in tribus figuris: & tamen secunda est vera. Ex istis dicitur, ꝙ in qualibet figura valet syllogismus expositorius, tã affirmatiuus quàm negatiuus, seruatis tribus conditionibus prius dictis. Et etiam saluando, quod quando arguitur expositorie in syllogismo negatiuo non arguatur a non distributo ad distributum: quia tunc nõ bene argueretur: sed ad bene cõcludendũ, debet concludi conclusio de modo loquendi in consueto:

An syllogismus expositorius teneat in qualibet figura. Et an cõclusio sit de essẽtia syllogismi.

G

Regula.

H

Regula.

A sueto: vt sic arguendo, sortes est animal, asinus nō est sortes: ergo asinus animal non est: & non sic, ergo asinus non est animal. Et per hoc patet solutio ad duo vltima argumenta ante oppositum: & per consequens ad omnia argumenta. Ad secundam partem questionis respondetur ꝙ syllogismus pt capi dupliciter. Vnomodo pro præmissis tantum quemadmodum capit Arist. in secūdo Priorum. Et sic dico ꝙ conclusio non est de essentia syllogismi. Aliomodo capitur pro aggregato ex præmissis & conclusione simul: & tunc dico ꝙ conclusio est bene de essentia syllogismi cum sit vna ps ipsius syllogismi. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sic.

Syllog. quot modis capitur.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: ꝙ diffinitiones ꝓpositionis, B termini, & syllogismi: & ēt diuisio propositionis sunt sufficienter asignatę a phylosopho: vt patet in primo articulo. Ad rationes ante oppositum questionis. Ad primam, secūdam, tertiā, & quartam patuit solutio in primo articulo. Ad quintam dicitur quòd enthymema esse syllogismum potest intelligi dupliciter. Vnomodo formaliter: & tunc non est verum. Aliomodo virtualiter puta per appositionem vnius præmissę; & sic bene verum est.

Diuisio ꝓpōnū. Quoniam autem omnis ꝓpositio est aut de inesse: aut necessario inesse: aut contingenter inesse.

ISTVD est tertium capitulū huius tractatus, in quo determinat de conuersione propositionum de inesse. Et diuiditur in C tres partes. In prima ponit tres diuisiones propositionum. Prima: propositionum categoricarum alia de inesse alia de necessario & alia de contingenti. Et sub propositione de contingenti comprehendit propositionem de possibili: & per propositionem de necessario propositionem de impossibili; ex eo ꝙ necessariū & impossibile cōtrariātur adinuicē. Secunda diuisio: propositionum categoricarum de simplici copula, siue sint de inesse siue de necessario siue de contingenti, alia est affirmatiua, & alia negatiua. Tertia diuisio: propositionum categoricarum simplicis quantitatis, alia est vniuersalis, alia particularis, & alia indefinita. In secūda parte ponit quatuor regulas conuersionum propositionū D de inesse. Quarum prima est talis; vniuersalis negatiua conuertitur vniuersaliter in vniuersalem negatiuam; vt nulla voluptas est bonum; ergo nulllum bonum est voluptas. Secunda regula: vniuersalis affirmatiua conuertitur in terminis in particularem affirmatiuam: vt si omnis voluptas bonū est: quoddam bonum est voluptas. Tertia regula: particularis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam: vt si quædam voluptas est bonum; quod dā bonum est voluptas. Quarta regula particularis negatiua non conuertitur in terminis: quia non oportet quòd si animal non sit homo, quòd homo non sit animal. In tertia parte probat prædictas regulas. Et primo primam: quia

Secunda pars. S ex op-

E ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis: nā si aliquod bonum est voluptas: aliqua voluptas est bonū quod est oppositum antecedentis scilicet istius:nulla voluptas est bonum, Secundam regulam probat: quia si non sequatur, tunc contradictorium consequentis, scilicet ista nullum bonum est voluptas stabit cum antecedente. Et ad istam nullum bonum est voluptas, sequitur ista nulla voluptas est bonum:quæ est cōtraria istius,omnis voluptas est bonum; & per consequens duo contraria erunt simul. Tertiam regulam probat; quia si non sequatur, tunc duo cōtradictoria erunt simul vera; quia tunc contradictorium consequentis scilicet nullum bonum est voluptas F stabit cum antecedente & ad ipsam sequitur ista nulla voluptas est bonum; quæ est contradictoria istius quædam voluptas est bonum. Quartam regulam probat; quia non oportet quòd si animal non sit homo quòd homo non sit animal.

Eodem autem modo habetur & in necessario propositionibus: nam vniuersalis quidem priuatiua vniuersaliter conuertitur.

Propōnes de necessario quę cōuertuntur. ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus, in quo phylosophus determinat de cōuersione propositionum modaliū. Et diuiditur in duas partes principales. In prima determinat de conuersione; propositionum de necessario: dicens, ꝙ propositiones de necessario eodem modo conuertuntur sicut propositiones de inesse puta vniuersalis negatiua in vniuersalē G negatiuā; vniuersalis affirmatiua in particularē affirmatiuā;& particularis affirmatiua in particularem affirmatiuā. De vniuersali negatiua ꝓbat; q̄a bene sequitur, nulum b, esse a, est necesse: ergo nullum a, esse b, est necesse; quia si non sequatur oppositum contradictorium cōsequentis, scilicet aliquod a, esse b, est necesse stabit cum antecedente. Et vltra sequitur aliquod a, esse b, est necesse; ergo aliquod b, esse a, est necesse; quod est oppositum contradictorium antecedentis. Deinde ꝓbat de vniuersali affirmatiua & particulari affirmatiua: q̄a ex opposito cōtradictorio cōseq̄ntis sequiť oppositū antecedētis; nam si nō sequať oē b, esse a, est H necesse; vel aliquod b, esse a, est necesse; ergo aliquod a esse b est necesse; tunc cōtradictoriū cōsequentis stabit cū antecedēte; & ad ipsū sequiť cōtradictoriū antecedentis; igť. Et aduerte ꝙ in propō non loquiť Ari. de modalibus diuisis, q̄a aliter conuertūtur: vt videbitur in qōne; sed solum loquiť de modalibus compositis. Et adhuc non loquitur de conuersione taliū quę est mutatio principalis ꝓdicati in subiectū & econtra: sed de conuersione quæ attendiť ex parte dicti. In secunda parte determinat de conuersione propōnū de contingenti. Et dicit primo ꝙ *Contingēs capitur tripliciter.* cōtingens capiť tripliciter. Primo mō vt est necessarium. Secūdo modo quod non est necessariū, neq; impossibile. Tertio modo pro omni illo quod non est impossibile. Et dici primo ꝙ affirmatiuę de continenti: vtroq; modo

A modo capto, scilicet de cõtingenti primo & tertiomodo capto eodem modo conuertunť sicut ille de inesse; vt bene sequitur omne b, esse a, est cõtingẽs: ergo aliquod a, esse b, est contingens; qa ex opposito contradictorio consequentis infert oppositũ antecedentis: nam bene sequiť nullũ a esse b est cõtingẽs: ergo b non esse a est contingens, qđ est contradictorium antecedentis. Deinde determinat de negatiuis; dicens, ꝙ negatiuæ de contingenti saltem de primo & tertio modis: similiter conuertuntur sicut ille de inesse vel sicut de necessario: vt bene sequitur nullum hominem esse equum est contingens: ergo nullum equũ esse hominem est contingens: quia ex opposito contradictorio consequentis sequiť oppositũ cõtradi B ctoriũ antecedẽtis: sed negatiuę de contingẽti secundo mõ dicto nõ similiter cõuertunť sicut ille de necessario: sed magis cõuertunť in oppositã qualitatẽ. Consequenter remouet vnũ dubiũ: dubitaret enim aliquis: vtrũ ista esset negatiua nullũ b esse a est contingens. Respondet ꝙ tales non sunt negatiuæ: sed habent figurã affirmatiuã: hoc est sunt simpliciter affirmatiuæ: quia copula principalis non negatur. Et ꝙ sint affirmatiuę probat; qa sicut se habet esse in illis de inesse: ita modus in modalibus; sed propõ de inesse est affirmatiua si copula eius non negetur; ergo modalis de cõtingenti erit affirmatiua si modus non negetur. Vnde si phylosophus per ly contingit intelligat modum, & loquatur de modalibus compositis; tunc ratio sua non valet; quia modus in modalibus compositis non se habet sicut esse in illis de in esse, cũ semper sit subiectum vel prædicatum materiale; dicitur ergo ꝙ per ly contingit intelligit modum & cum hoc verbum quod vnit prædicatum materiale cum subiecto; vult enim dicere ꝙ in modalibus compositis si verbum quod vnit prædicatum materiale cũ subiecto non negetur; hoc est si negatio non feratur ad modũ & ad verbũ propositio non erit negatiua, sed affirmatiua. C

An regulæ pro conuersione propositionum de inesse bene assignentur.

QVAERITVR vtrum regulę de conuersione propositionum de inesse sint a phylosopho sufficienter assignatę. Et D arguitur primo ꝙ non; conuersio non est posibilis; igitur: Antecedens probať; quia conuersio est quando de subiecto fit prędicatum & econtra; sed de subiecto nunquam potest fieri prædicatum, nec econtra; igř. Secundo sic argř: in cõuertente & cõuersa nõ manent idẽ termini; ergo nulla est conuersio. Antecedens ꝑbatur: qa voces ꝑlate semel non possunt iterũ ꝑferri: igitur. Tertio sic arguẽdo cõtra primã regulã; quia non sequitur nullus homo est oẽ animal; ergo nullum animal est hõ; nec sequiť oĩs hõ subiecta nõ est: ergo oĩs subiecta hõ nõ est. Similiter nõ sequiť nullus hõ est mulier; ergo nulla mulier est homo. Similiter non sequitur nullus homo est species; ergo nulla species est homo. Similiter non

E sequitur nullus murus est in lapide: ergo nullus lapis est in muro. etiam non sequitur, nulla essentia diuina est generans: ergo nullum generans est essentia diuina: cum in omnibus istis antecedens potest esse verum sine consequente. Quarto sic contra secundam & tertiam regulam. Primo contra secundam: quia quotiens arguitur a termino supponente confuse tantum ad ipsum supponentem determinate non valet consequentia: sed sic arguitur secundum secundam regulam: igitur. Secundo sic contra tertiam regulam: ista est particularis affirmatiua aliquis homo est mortuus; & tamen non conuertitur in istam: ergo aliquod mortuum est homo: quia conuertens est falsa.

F Quinto sic arguitur cótra quartam regulam: quia bene sequitur: homo non est asinus: ergo asinus non est homo: ergo particularis negatiua conuertitur in particularem negatiuã. Etiã bene sequitur, homo nõ est animal: ergo homo animal non est. In oppositum arguitur auctoritate philosophi in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. I. PRIMO sciendum quòd cõuersio potest capi dupliciter. *Conuersio quod modis capitur.* Vnomodo prime intentionaliter quemadmodum dicimus malum conuerti in bonum: aquam in vinum. Aliomodo capitur secundę intentionaliter: & hoc dupliciter. Vnomodo vt attribuitur terminis: quemadmodum dicimus quòd homo & risibile conuertuntur. Vnde illi termini dicuntur conuerti adinuicem qui de seinuicem vniuersaliter affirmantur: vt homo & risibile. Aliomodo vt attribuitur propositionibus: & hoc tripliciter secundum quòd propositiones dicuntur conuerti ad se inuicem tripliciter. Vno modo; quia componuntur ex terminis conuertibilibus: quęadmodum diceremus quòd istę duæ propositiones conuertuntur, omnis homo est albus, & omne risibile est album. Secundo modo propositiones dicuntur conuerti in oppositam qualitatem, sicut sunt propositiones de contingenti ad vtrumlibet: de quibus satis uisum est in secundo Perihermenias in secũdo tractatu dubita. tertia. Aliomodo propositiones dicuntur conuerti in terminis; quia de subiecto fit prædicatum & de prædicato subiectum: vt homo est animal: ergo animal est homo. **G** **H** Et aduerte quòd prædicatum mutari in subiectum vel econtra potest intelligi dupliciter. Vnomodo capiendo subiectum & prædicatum secundę intentionaliter. Aliomodo capiendo subiectum & prędicatum primę intentionaliter: & tunc subiectum mutari in prædicatum vel econtra potest intelligi dupliciter. Vnomodo quòd terminus qui ponitur ante copulam fiat terminus qui ponitur post copulam & sic non est intelligendum. Aliomodo quòd terminus qui denominabatur subiectum quando ponebatur ante copulam, denominetur prædicatum vel eius synonymum: & sic est intelligendum. Et diffinitur sic communiter. Conuersio est duarum propositionum vtroq; termino parti-

A participantium ordine econuerso vnius ad alteram formalis cõsequentia. Ex quo patet ꝙ per hoc quòd dicitur formalis consequentia: ꝙ tantum sunt duę conuersiones scilicet simplex & per accidens: quia conuersio ꝑ contrapositionem non est formalis consequentia: quia non sequitur: omnis homo est existẽs: ergo omne non existens est nõ homo: cum antecedens sit verum, & consequens falsum. Nam Antichristus est non existens: & tamen non est non homo: & propter hoc Ari. non enumerauit eam inter alias cõuersiones. Et aduerte ꝙ ad talem conuersionẽ tria requiruntur scilicet conuersa quę est antecedens: & conuertens quæ est consequens; & nota illationis quæ denotat vnã sequi ad aliã.

Diffinitio cõuersionis.

B SECVNDO sciendũ ꝙ soluendę sunt aliquæ difficultates. Prima: vtrum conuersio sit possibilis. Et videtur ꝙ nõ: quia ibi est bona cõuersio: homo est asinus, ergo asinus est homo: & tamen talis non est possibilis: qa tã antecedens q̃ cõsequens sunt impossibilia: etiam qualitercũq; per ipsam significatur esse, impossibile est ita esse. Respondẽt aliqui ꝙ aliqua conuersio est necessaria: vt ista homo est animal: ergo animal est homo. Aliqua contingens, vt hõ currit: ergo currens est homo. Et aliqua impossibilis, vt hõ est asinus: ergo asinus est hõ. Aliter tñ dr̃ ꝙ conuersio est possibilis & necessaria: & ꝙ nulla est impossibilis neq; cõtigens: quia qualitercũq; per conuersionẽ significatur significatione totali & ꝓportionali, possibile & necesse est ita esse. Vñ per cõuersionẽ significatione totali significatur ꝙ hitudo sequelæ antecedentis ad consequens est necessaria: ideo ista hõ est asinus: ergo asinus est hõ nõ significat hoĩem esse asinũ significatione totali: sed significat talem habitudinem antecedentis ad consequens esse neccessariã, queadmodũ siniĝficant alię cõsequẽtię. Alia difficultas quõ debent conuerti propositiones in quib⁹ ponunẽ ꝓnomina primę & secundæ personæ. Rñdet per aliquas propõnes. Prima prõ põ: propõ in qua subiicit pronomẽ primę vel secundę personę, a proferente ipsam ꝑt eodẽ modo conuerti sicut quęcunq; alia: vt ista ego sum Ioannes: ergo Ioannes est ego. Secunda propositio, ꝓpositio in qua subiicitur pronomen primę vel secundæ personæ manente identitate categorematum vocalium non potest a quocũq; alio quàm a proferente eodem modo conuerti sicut & alię. Si tamen non maneret identitas categorematum mentalium posset a quocunq; alio eodem modo couuerti: vt patebit in practica. Posset tamen poni vnus modus subtilis, supponẽdo quòd antecedens & consequens semper debeant fieri ab eodem: ita quòd si aliquis petat alicui conuerte istam, ego sum Ioannes: alter non debet respondere, Ioannes: est ego: quia tunc vnus faceret antecedens & alius consequens. Sed debet respondere, tu petis nunc quòd ego conuertam istam ego sum Ioannes: sic debet conuerti ego sum Ioannes: ergo Ioannes est ego, & tunc est bona consequentia: sed

An conuersio sit possibilis.

C

Quõ conuertũtur propõnes in qb⁹ ponuntur ꝓnoĩa primæ, uel secunda ꝑsona.

D

E sicut consequens est falsum: ita & antecedens.

Quo conuertuntur ppones, i qb' ponu tur termini obliqui. Tertio sciendum, quòd incidunt aliæ difficultates. Prima qualiter debeant conuerti propositiones in quibus ponuntur termini obliqui. Pro cuius solutione supponitur ꝙ propositiones de terminis obliquis sunt in multiplici differentia: quædam enim sunt de verbis impersonalibus, & aliæ de verbis personalibus. Item illarum quę sunt de verbis imper sonalibus: quædam sunt de ver bis impersonalibus actiue vocis: & quędam passiue vocis. Vnde tenēdū est ꝑ regula, ꝙ omnes ꝑpōnes de terminis obliqs & verbis impersonalibus, siue actiue vocis, siue passiue vocis, antequam conuertantur debent

F resolui in propositiones de verbis personalibus & terminis rectis: & postea con uerti: vt ista tedet animā meam vitę meæ: debet sic resolui: anima mea habet tedium de vita mea: & tunc sic conuertitur: ergo habens tedium de vita mea est anima mea. Similiter ista me pęnitet peccati: sic resoluitur: ego doleo de peccato: & tunc sic conuertit̄ dolēs de peccato est ego: regis interest benefacere: sic resoluitur: aliquod spectans ad regem est benefacere: ergo benefacere est aliquid spectans ad regem. Si vero tales sint de ver bis impersonalibus passiue vocis etiam sunt resoluendę: vt campana pulsatur: sic resoluitur campana pulsatur ab aliquo: & sic conuertitur: ergo quòd pulsatur ab aliquo est cāpana. Similiter ista, lectionem legitur: sic resoluitur lectio legitur ab aliquo: ergo quòd legitur ab aliquo est lectio. Si

G vero sint de verbo personali & huiusmodi obliquus ponatur in principio dictionis: & sit determinatio non accepta vnica acceptatione: vt ista cuiuslibet hominis asinus currit, tūc obliquus debet mutari in rectum: & rectum debet poni pro prædicato: & totum residuum cum hoc addito aliquid cuius a parte subiecti: vt ista sic conuertitur aliud cuius asinus currit est homo: vel potest dici & clarius quòd etiam tales propositiones debent conuerti sicut ille de rectis: vt ista sic debet conuerti: ergo currens est asinus hominis. Secunda difficultas quomodo conuertitur ista nulla essentia

H diuina est generans: non potest dici, quòd conuertatur in istam: ergo nullum generans est essentia diuina: cum antecedens sit verum & consequens falsum. Respondetur quòd ly generans potest capi dupliciter scilicet substantiuè, & adiectiuè. Si capiatur substantiuè: tunc bene conuertitur: sed sicut consequens est falsum, ita & antecedens. Si capiatur adiectiuè, tunc dat intelligere subiectum scilicet essentia: ita quòd totum prædicatum est essentia generans: & tunc non bene conuertitur: nullum generans est essentia diuina, sed debet sic conuerti: ergo nulla essentia generans est essentia diuina. Et si quis quærat quomodo conuertitur ista, nullus homo falsę est animal. Dico ꝙ non debet conuerti in istā; ergo nullū aīal falsę est hō: cū aīs sit verum & con-

E consequens falsum: sed sic: ergo nihil quod est falsæ: animal est homo. Et si quis dicat de præciso prædicato nõ fit præcisè subiectum: ergo non bene conuertitur. Respondetur ꝙ duplex est conuersio: quædam est propria quando de præciso subiecto fit præcisè prædicatum; & econtra nihil addendo, neq; remouẽdo. Alia est impropria seu reductiua quando subiecto, vel prædicato additur aliquid.

QVARTO sciendum, ꝙ tertia difficultas est de conuersione aliquarum propositionũ. Et primo de ista, nullũ à est prædicatum: posito casu, ꝙ à non sit prædicatum in aliqua propõne: si dicatur ꝙ conuertitur in istã, nullum prædicatum est a, contra, quia antecedens est verum, & consequens falsum: cũ in consequente a sit prædicatum. Respondetur negãdo quòd consequens sit falsum: & etiam quòd consequẽs sit: q̃a hoc repugnat casui: ideo repugnat, ꝙ ista propositio sit nullũ p̃dicatum est a. Et si dicatur ista, nullũ a est prædicatum conuertitur in istã nullum prædicatum est a: ergo illa conuersio est: & per consequẽs tã antecedens, quàm consequẽs erunt. Respondetur in ueritate, ꝙ tam añs quàm cõsequẽs sunt: tñ quia repugnant casui: ideo vtrunq; debet negari. secundo de ista ad æquitandum requiritur equus. Dicunt aliqui quòd primo debet resolui in istam: impossibile est ęquitare sine equo: & tunc sic conuertitur: ergo ęquitare sine equo est impossibile. Alij dñt ꝙ ex quo istud verbũ requiritur cõfundit terminũ ꝙ in ipso includit aliquod syncategorema quòd non est pars, neq; p̃dicati, neq; subiecti: ideo oportet ipsam resoluere in vnã in qua ipsum ponat: ideo resoluitur in istã, ad equitandũ cõueniens est equ⁹: ergo cõueniẽs ad eq̃tandũ est equ⁹. Tertio de ista ꝓ fuit hõ. Rñdetur ꝙ debet sic resolui: oĩ t͞pe fuit hõ, & posteà sic conuertit; ergo aliquo t͞pe exñs fuit hõ. Et siquis dicat, illę ꝓpõnes non participãt ordine ęconuerso. Rñdeo quòd immo, cuius rõ est; quia illud quod est subiectum in vna est simile p̃dicato alterius; ideo participãt ordine ecõuerso; q̃a ad hoc quòd ꝓpõnes participent ordine ecõuerso; non oportet quòd illud quòd ponit ante copulã in vna ponatur præcisè in alia, sed q͞d illud quod est subiectũ in vna, sit simile prædicato alterius. Similiter dicatur de ista propõne: omnem equum videt homo; ergo aliquid quod ęst videns oẽm equum est homo, & non in istã, homo videt aliquem equũ; quia tales sunt similium subiectorũ, & p̃dicatorum. Sed ista, p̃teritũ est p̃teritum: sic conuertitur, q͞d fuit p̃teritum est uel fuit p̃teritũ. Similiter ista, hõ est generãdus: sic conuertitur; ergo quod erit generandum est vel erit homo; similiter ista, nullus senex erit puer; sic conuertitur, nihil quod erit puer est, vel erit senex. Sed difficultas est quomodo debeat conuerti ista a, est risibile; posito quòd à parte subiecti significet hominem; & a parte p̃dicati significet asinũ. Respondetur quòd sic cõuertitur: ergo risibile est hõ: vbi licet de subiecto vocaliter nõ fiat p̃dicatum, tamen bene mentaliter. Et ad uerte

Dubium de aliquarũ propõnum conuersione. F

H

Ista ppõ, a, est risibile q̃no conuertitur.

uerte etiam quòd quando dr̃, ꝙ vniuersalis negatiua cõuertitur simpliciter: debet intelligi de vniuersali negatiua de modo loquendi consueto: quia de modo loquendi inconsueto non conuertitur: vt non sequitur: omnis sol planeta non est: ergo omnis planeta sol non est: cum antecedens sit verum & consequens falsum. Sed ista, homo est pictꝰ: sic conuertitur, pictum est hõ pictus: & non in istam, pictum est homo: quia in ista homo est pictus, homo restringitur ad standum pro hominibus pictis. Sed ista, bis cantaui missam: sic conuertitur: ergo bina vice cantans missam est vel fuit ego. Et ista Parisijs & Romæ venditur piper: sic conuertitur: ergo quod venditur altero istorum locorũ est piper. Dicunt tamen aliqui ꝙ debet sic conuerti: quod vendit Parisijs & Romæ, est istud vel istud piper. Sed hoc non videtur verum: cum ista videatur falsa: cum subiectum pro nullo supponat: nam de nullo verum est dicere: hoc venditur Parisijs & Romæ. Sed ista, neuter istorum est albus; conuertitur sic: nullum album est alter istorum. Et sic per tales possunt cõuerti fere omnes aliæ propositiones: vnum tamen cauendum est ꝙ non arguatur a magis amplo ad minus amplum sine distributione magis ampli. Etiam quòd nõ arguatur a minus amplo ad magis amplum cum distributione magis ampli. Vñ magis amplum se habet sicut superius: & minus amplum sicut inferius: ideo in ipsis proportionabiliter debent fieri consequentiæ: sicut fiunt à loco à superiori ad inferius & ecõtra. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Arti. 2. *Quo conuertendæ sunt põnes modales.*

DVBITATVR primo qualiter conuertendæ sunt propositiones modales. Respondetur ꝙ propositiones modales sunt duplices: quædam sunt compositæ: quædam sunt diuisę. Vnde compositæ possunt dupliciter cõuerti. Vnomodo quo ad se totas, scilicet faciendo de subiecto prædicatum, & de prædicato subiectũ: vt hominem esse animal est possibile, ergo possibile est animal hominem esse. Et istomodo modales compositæ omnino eodẽ modo conuertuntur sicut illę de inesse: quia sunt mere de inesse; sed istum modum non docuit Arist. Aliomodo conuertuntur quo ad partes dicti. s. transponẽdo partes dicti modo similiter se habente: vt hominem esse animal est possibile: ergo animal esse hominem est possibile. Pro quo tamen est aduertendum ꝙ modalis composita de isto modo falsum & impossibile non cõuertuntur ex parte dicti eodem modo sicut illæ de inesse: quia non sequitur: omne animal esse hominem est falsum vel impossibile: ergo hominẽ esse animal est falsum vel impossibile. Et si quis dicat, propositiones correspondentes dictis istarum propositionum inferunt seinuicem: ergo & illę propositiones. Antecedens patet: quia bene sequitur: omne animal est homo, ergo homo est animal: quæ est propositio necessaria, quæ sequitur ad quamlibet. Respondetur, negando consequentiam: & ratio est: quia non oportet ꝙ si ad aliqđ antecedens sequitur consequẽs; quòd

A ꝙ ad illud antecedēs esse falsum cōtingēs vel impossibile sequatꝰ consequēs esse falsum uel impossibile. Aduerte vlterius, ꝙ ꝓpōnes modales cōpositę de isto modo possibile & necessario cōuertuntur eodem modo ex parte dicti sicut illę de inesse: dummodo ponatur in antecedente constantia propositionis pro qua supponit dictum consequentis: quia aliàs non sequeretur: vt non sequitur omnem hominem esse animal est possibile: ergo aliqđ animal esse hominem est possibile, nam posito casu, ꝙ ista propositio sit homo est animal: & non ista animal est homo, antecedens est verum & consequēs falsum: quia subiectum consequentis pro nullo supponeret.

Dubitatio.

Sed quæritur quomodo conuertit ista, sortes est possibilis: vbi B ly possibile capitur primæ intētionaliter vt est dr̄ia entis. Dico ꝙ sic conuertitur: ergo possibile est vel potest esse sortes. Ex quo patet, quòd quando possibile capitur primæ intentionaliter vt ē differentia entis, ampliat subiectum pro illo quod est & potest esse: sed quando dr̄ia propōnis & capitur secundæ intentionaliter, non habet aliquam vim ampliandi: sicut in ista sortem currere est possibile: ibi ly possibile nullam vim habet amplian di. Sed diceret aliquis, ista propō est indefinita, omnem hominem esse animal est possibile: & etiam ista est affirmatiua, nullū b esse a est necesse cum propō quam facit in sensu sit affirmatiua: nam sensus est: nulla talis propositio b est a, est possibilis. Respōdetur ꝙ verum est, quòd talis est indefinita omne animal esse hominem est possibile: sed quia hn̄t figuram vniuersalium negatiuarum Arist. vtebatꝰ ac si essent vniuersales, vel negatiuę. C

Quō conuertenda sunt ꝓpōnes modales diuisa.

Dubitatur secundo quomodo conuertantur propositiones modales diuisæ. Pro cuius solutione supponitur, quòd isti modi possibile, impossibile, contingens & necesse facientes propōnes modales diuisas, ampliant extrema ad omnem dr̄iā temporis: vel saltem ad illud qđ est, & potest esse. Et si quis dicat, prædicatum alicuius propōnis debet præcisè accipi secūdū exigentiam copulæ: ergo tales modi non ampliant prædicatū. Respondetur, quòd illa regula est vera quādo non ponitur aliqđ syncategorema habens vim ampliandi terminum positum à parte post. Et si quis dicat si ne D cesse, ampliaret prædicatum sequeretur quòd ista esset vera, deum necesse est esse creantem: quia sensus eius est: deum necesse est esse illud quod est, vel potest esse creans: & illa est vera. Respondetur, quòd ampliatio prædicati non debet sic explicari: sed sic deum necesse est esse creans quod est vel potest esse: ita quòd necessitas non feratur in suppositum prædicati, sed in formam quæ significatur per illud prædicatum vel cōnotatur. Supponitur vlterius ꝙ ad hoc ꝙ prædicti termini amplient extrema: tres cōditiones requiruntur. Prima, ꝙ talia extrema supponant: ideo dicendo chimeram possibile est esse: ibi ly chimeram non ampliatur, cū non supponat. Secunda, quòd talis terminus qui dicitur ampliari habeat significatum vel significata

gnificatā correspondentia pro diuersis differentijs temporum diuisim: ideo dicendo, Antichristum possibile est esse; ly Antichristum non ampliatur. Tertia quòd talis terminus non restringatur ad stādum p̄cisè pro vna dr̄ia temporis; ideo dicendo q̄d est homo possibile est esse, ibi ly homo non ampliatur, cum restringatur ad vnam dr̄iam tp̄is. Istis suppositis ponūtur aliqua dicta. Primum dictum; propositiones affirmatiuè de necessario diuisæ in quibus nulla ponit̄ negatio, non conuertuntur formaliter in propositiones de necessario. Patet; quia nulla vniuersalis affirmatiua conuertitur gratia formæ in vniuersalem affirmatiuā, sed propositiones affirmatiuè de necessario in quibus nulla ponitur negatio sunt vniuersales ex parte modi: igit̄. Etiam danda est instantia; vt nō sequitur creans necessario est deus; ergo deus necessario est creans; sed debet sic conuerti; ergo deus possibiliter est creās, cum debeat conuerti in particularem de modo siue illa de necessario sit vniuersalis siue particularis siue singularis ex parte dicti. Secundum dictum; propositio de necessario diuisa in qua ponitur duplex negatio; vna ad verbum & alia ad modum; debet omnimode conuerti sicut illa de possibili in qua nulla ponitur negatio; vt ista, omnem deum non necesse est non esse creantem; conuertitur eodem modo sicut ista; omnem deum possibile est esse creantē; sic valet, creantem non necesse est non esse deum. Tertium dictum; propositio de necessario negatiua; in qua negatio ponitur ad verbum tantum, conuertitur sicut illa de impossibili in qua non ponitur negatio explicita; vt ista, omnem deum necesse est non esse creantem conuertitur sicut ista, omnem deum impossibile est esse creantem cum tali æquipolleat; & cum talis sit vniuersalis negatiua saltē de modo conuertetur simpliciter in vniuersalem. Quartum dictum: propositio de necessario in qua negatio ponitur ad modum non conuertitur in terminis cum talis sit particularis negatiua, vt ista, quendam deū non necesse est esse creantem; non conuertitur cum sit particularis negatiua cum æquipolleat vni de possibili nō negato.

G

DVBITATVR tertio qualiter conuertendæ sunt propositiones modales diuisæ de impossibili, & possibili. Pro cuius solutione ponuntur aliqua dicta. Primum: propositiones de impossibili in quibus nulla ponitur negatio conuertuntur per conuersionem simplicem: cum tales sint vniuersales negatiuè ex parte modi; vt ista omnem hominem impossibile est esse asinum sic conuertitur; ergo omnem asinum impossibile est esse hominem. Secundum dictum; propositiones de impossibili in quibus negatio ponitur ad modum tantū conuertuntur sicut ille de possibili quibus æquiualent; vt ista, hominem non impossibile est esse asinū: conuertit̄ sicut ista hominē possibile est esse asinū; sic valet, asinum non impossibile est esse hominem. Tertium dictū; propōnes de impossibili in qui-

Propositiões modales diuisa de impossibili quō cōuertūtur.

H

A in quibus negatio ponit ad modum & ad verbum non conuertuntur: cum tales sint particulares negatiuè saltem ex parte modi: vt ista, hominem non impossibile est non currere, non couertitur, cum æquiualeat isti hominem possibile est non currere, quæ non conuertitur. Quartum dictum: propositiones de impossibili in quibus negatio explicitè ponitur ad verbum, conuertuntur sicut ille de necessario in quibus nulla ponitur negatio: sed sic est vt visum est, quòd propositiones de necessario in quibus nulla ponitur negatio non conuertũtur in seipsas, sed in illas de possibili. Etiam tales de impossibili conuertuntur in propões de possibili: vt ista creantẽ impossibile est non esse deũ; conuertitur in istã, deum possibile est esse creãtem. Sed pro alijs de possibili ponũtur quatuor dicta. Primũ: propões de possibili in quib9 nulla ponitur negatio conuertuntur simpliciter sicut ille de inesse: vt hominem possibile est currere: ergo currẽtẽ possibile est esse hominem. Secundum dictum: propões de possibili in quibus negatio ponitur tantum ad verbum, non conuertuntur in terminis: cũ tales sint particulares negatiuè ex parte modi. Tertium dictum: propões de possibili in quibus negatio ponitur ad modum tantum conuertuntur sicut ille de impossibili, cũ æquiualeant illis: vt ista, hominem non possibile est currere; conuertitur sicut ista, hominem impossibile est currere. Quartum dictũ, propositiones de possibili in quibus ponitur negatio tam ad modum, quàm ad verbum: conuertuntur in propositiones de possibili in q. bus nulla ponitur negatio: vt ista, omne creans non possibile est non esse deum: conuertitur sic deum possibile est esse creãtem. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

B

C

CONCLVSIO responsalis. Regulæ conuersionum propositionum tam de inesse quàm modalium sunt sufficienter assignatæ à philosopho: vt satis patet in primo articulo, & in secundo. Ad rationes ante oppositũ. Ad primam & etiam ad secundam patet solutio ex dictis. Ad tertiã dr quòd illa nullus homo est oẽ animal; conuertitur in istam nihil qđ est omne animal est homo: sed de alijs satis patet qualiter debeant conuerti. Ad quartam respondetur ꝙ arguendo a termino supponente confusæ tãtum ad ipsum supponente determinatè, non valet consequentia: & hoc signo cõfusiuo remanente: quia si signum confusiuũ mutetur, bene potest valere consequentia. Ad quintam dicitur ꝙ bene sequitur gratia materię, sed non gratia formæ

D

HIS vero determinatis dicendum est iam per quæ, & quando, & quomodo fit omnis syllogismus.

ISTE EST secundus tractatus huius libri in quo docet formare syllogismos ex propositionibus de inesse: & diuiditur in quatuor capitula. In primo docet formare syllogismos primæ figuræ diffiniens: primã figurã dicẽs: Prima figura, est quã- *Prima figura.*

tres

tres termini sic se habent ꝙ postremus est in toto medio, & medius in toto primo sic, vel nõ sic necesse est esse syllogismnm perfectum. Vnde per postremum intelligitur minor extremitas: quę est in toto medio .i. subijcitur respectu medij. Deinde diffinit medium primæ figuræ dicens, ꝙ medium primæ figuræ est, quod est in alio, & aliud in ipso .i. ꝙ subijcitur in vna & prædicatur in alia. Et maior extremitas est in qua aliud est tantum .i. quod tantum prędicatur. Et minor extremitas, est quod est in alio tantum .i. tantum subijcitur. Deinde ponit modos primæ figuræ. Et primo modos vniuersales tam vtiles quàm inutiles: dicens quòd quando ambæ præmissæ sunt vniuersales affirmatiuæ inferentes vniuersalem affirmatiuam, est bonus syllogism⁹, & vocatur Barbara. Secũdus modus est maiore vniuersali negatiua & minore vniuersali affirmatiua, sequitur cõclusio vniuersalis negatiua, & vocatur Celarent. Deinde ponit modos inutiles. Primus est maiore vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, non sequitur aliqua conclusio gratia formæ: quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni .s. animal homo equus: & in quibus nulli .s. animal homo lapis. Secundus modus inutilis, quando ambæ præmissę sunt vniuersales negatiuę, tunc non fit bonus syllogismus: cum ibi sint reperibiles termini in quibus omni: vt scientia, linea medicina: & etiam in quibus nulli, vt scientia, linea, vnitas. Deinde determinat de modis particularibus: dicens ꝙ quãdo maior est vniuersalis, siue affirmatiua, siue negatiua, & minor particularis affirmatiua, est bonus syllogismus: & valet ista regula pro Darij & Ferio & subdit quòd si maior sit particularis, & minor vniuersalis: vel ambæ particulares nõ erit bonus syllogismus. Ex quo passu eliciũtur duæ regulæ. Quarum prima est maiore existẽte particulari in prima figura, nihil sequitur directè concludendo. Secunda: ex puris particularibus nihil sequitur, & syllogizat Arist. in prima figura istis literis a, b, c, capiendo b, pro medio a, pro maiori extremitate: & c, pro minori extremitate: & subdit quòd si minor fuerit indefinita æq; bene erit bonus syllogismus sicut si ipsa esset particularis. Ex quo passu elicitur ista auctoritas: de particularibus & indefinitis idem est iudicium quãtum supple ad syllogismum. Deinde ponit modos particulares inutiles. Primus: maiore existente particulari siue affirmatiua, siue negatiua, & minore vniuersali siue affirmatiua, siue negatiua, non est bonus syllogismus: q̃a ibi sunt dabiles termini in quibus omni: vt bonus habitus & prudentia: & termini in quib⁹ nulli, vt sunt bonus habitus, & disciplina. Secundus modus inutilis est, q̃a maior est vniuersalis, siue affirmatiua, siue negatiua: & minor particularis negatiua, non valet syllogismus: quia ibi sunt reperibiles termini in quibus omni, & in quibus nulli: in quib⁹ omni, vt homo animal & album: in quibus nulli, vt animal homo nix. Probat etiam istos modos esse inutiles ex indefinito. Vnde pro

A ꝓbare aliquid ex indefinito est ostendere quòd illud quod non sequitur ex vniuersali non sequitur ex particulari: modo maiore vniuersali affirmatiua & minore vniuersali negatiua nihil sequitur : ergo nec ex maiore vniuersali & minore particulari. Tertius modus inutilis, ambabus præmissis existẽtibus negatiuis : quarum vna est vniuersalis & alia particularis, nihil sequitur : quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni, & in quibus nulli. Quartus modus : si ambæ præmissæ sint particulares siue affirmatiuæ siue negatiuę, siue una affirmatiua, & alia negatiua, nihil sequitur, quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli. Ex istis infert quòd in prima figura concluditur omne genus ꝓpositionis, puta vniuersalis affirmatiua, vniuersalis negatiua, B particularis affirmatiua, particularis negatiua.

Quando autem idem huic quidem omni, illi vero nulli inest: vel vtriq; omni vel nulli: figuram quidem huiusmodi voco secundam.

Secunda figura. ISTVD est secundum capitulum huius tract. in quo docet formare syllogismos secundæ figuræ. Et diffinit primo secundã figuram: dicens, ꝙ secunda figura est quando idem huic quidẽ omni, huic vero nulli inest, vel vtrique omni, vel vtriq; nulli. Et conuenit hæc diffinitio, tam combinationib⁹ vtilibus, quàm inutilibus. Deinde diffinit medium, dicens : Medium in hac figura est, quod prædicatur de vtraq; extremitate. Sed maior C extremitas, est quæ posita est iuxta medium : ipsa enim conuenit cum medio in hoc quòd aliquando prædicatur. Sed minor extremitas, est quæ posita est lõgius à medio ; quia nunquã prædicatur. Ex quo sequitur ꝙ nullus syllogismus secundæ figuræ regulatur immediatè per dici de omni, vel per dici de nullo. Deinde docet formare syllogismos : & primo vniuersales : dicens, quòd ex ambabus vniuersalibus si vna sit affirmatiua, & alia negatiua sit bonus syllogismus: & per hoc habẽtur Cęlare, & Camestres q. sunt boni syllogismi: de cesare probat reducendo ipsum ad celarent maiore cõuersa simpliciter : de camestres probat reducendo ipsum ad celarent minore conuersa simpliciter, & per transpositionem præmissarum: probat etiam eos per D impossibile. Deinde ponit duos modos inutiles vniuersales. Primus: est quando ambæ præmissę sunt vniuersales negatiuę. Deinde determinat de particularibus : dicens quòd quando maior est uniuersalis & minor particularis, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua, fit bonus syllogismus : & per hoc habentur duo modi. f. Festino, Baroco de Festino probat reducendo ipsum ad Ferio minore, conuersa simpliciter: de Baroço probat reducendo eum per impossibile ad Barbara, & syllogizat Aristot. per istas tres literas n, m, p. Consequenter ponit modos particulares inutiles : quorum primus est : maiore existente particulari, siue fuerit affirmatiua, siue negatiua, siue minor fuerit

vniuer-

E vniuersalis, siue particularis, nihil sequit; cũ ibi dandi sunt termini in quibus omni, & in quibus nulli. Secundus est: quãdo ambæ præmissæ sunt affirmatiuè, vel negatiuè, siue vna sit vniuersalis, & alia particularis, non fit bonus, syllogismus, quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli. Et ex isto habetur ꝙ ex puris affirmatiuis in secunda figura, nihil sequitur. Tertius modus est qñ ambæ præmissæ sunt particulares, siue sint affirmatiuè, siue negatiuè, siue vna sit affirmatiua, & alia negatiua, non fit bonus syllogismus: quia dabiles sunt termini in quibus omni, & in q̃bus nulli. Ex istis infert duo correlaria. Primum: syllogismi secundæ figuræ sunt imperfecti, sed perficiuntur per conuersionem, vel per impossibile. Secundum correlarium; nullus syllogismus secundæ figuræ est affirmatiuus. i. concludens affirmatiuè, sed solum negatiuè.

Correlaria de eisdem.

F

Si autem eidem hoc quidẽ omni illud vero nulli inest, vel ambo omni vel nulli figuram quidem huiusmodi voco tertiam &c.

Tertia figura.

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus docet formare syllogismos in tertia figura. Et describit tertiam figurã dicens: Tertia figura, est quando idẽ hoc quidem omni illud vero eidem, nulli vel ambo omni vel nulli inest. i. tertia figura est quando medium vnitur, cũ extremitatib⁹ vniuersaliter, vel p̃ticulariter, vel cũ vna vniuersaliter & cũ alia p̃ticulariter affirmatiuè, vel negatiuè: vel cum vna affirmatiuè, & cũ altera negatiuè. Et per hoc tangit tã cõbinationes vtiles quàm inutiles. Deinde describit mediũ, dicens: Medium est de quo ambo extrema p̃dicant: maior extremitas ẽ q̃ longius sita est à medio: quia nunq̃ subijcitur sicut mediũ: & minor extremitas est q̃ propinquius sita est cũ medio: q̃a subijcitur in cõclusione. Deinde docet formare modos vniuersales: dicens, ꝙ qñ ambæ p̃missæ sunt vniuersales affirmatiuè valet syllogismus ad cõcludendũ particularem affirmatiuam. Et vocatur talis modus darapti, & syllogizat istis literis. s. s. pro medio, x pro maiori extremitate r, p̃ minori. Et istũ modũ probat tripliciter. Primo per conuersionem, quia minore conuersa per accidens fit bonus syllogismus in Darij. Secundo per impossibile: quia ex opposito contradictorio conclusionis pro maiore & minore, pro minore infertur oppositum maioris. Tertio probat per syllogismũ expositoriũ: sumendo sub medio aliquod singulare. Deinde ponit secundã cõbinationem vtilem: dicens, ꝙ qñ maior est vniuersalis negatiua, & minor vniuersalis affirmatiua, sequitur conclusio particularis negatiua, & vocatur Felapton, & p̃bat ipsum tripliciter. Primo per conuersionem reducendo cum ad Ferio minore cõuersa per accidens. Secũdo per impossibile. Tertio expositorię: Deinde ponit modos inutiles vniuersales, quorum primus est qñ ambæ p̃missæ sunt vniuersales & minor est negatiua, nõ fit syllo-

G

H

A syllogismus in tertia figura. Secundus qn ambæ præmissæ sunt vniuersales negatiuè non fit syllogismus in tertia figura, qa ibi sunt dandi termini in quibus oi, & in quibus nulli. Consequēter docet formare syllogismos ex altera vniuersali, & altera ꝑticulari dicens, ꝙ quando vna ꝑmissarum est vniuersalis, & altera particularis, & ambæ sunt affirmatiuè, tunc est bonus syllogismus, & per hoc tanguntur duo modi.s. Datisi & Disamis: quos docet reducere ad Darij per conuersionem. Deinde tāgit alios modos particulares: dicens, ꝙ maiorē existente particulari, & minori vniuersali, affirmatiua fit bonus syllogismus, & vocatur Bocardo quem probat reducēdo per impossibile. Alius modus est quādo maior est vni-
B uersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua valet syllogismus, & vocatur iste modus Ferison, qui reducitur ad Ferio minore conuersa simpliciter.

Consequēter ponit modos inutiles, quorum primus est; ambabus præmissis negatiuis, qualitercunq; disponitur non fit bonus syllogismus. Secundus est, quādo ambæ præmissæ sunt particulares, qualitercunq; disponātur non fit bonus syllogismus; quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni, & in quibus nulli. Tertio est, maiore particulari affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, non valet syllogismus: etiā vniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua, non fit bonus syllogismus in tertia figura: quia ibi sunt dādi termini in quibus omni, & in quibus nulli. Ex isto infert, ꝙ minore negatiua in tertia figura nihil sequitur. Secundo infert ꝙ oēs syllogismi huius figuræ sunt imperfecti, sed perficiuntur, scilicet per conuersionem per impossibile & expositorie. Secundum correlarium in tertia figura nunquam concluditur vniuersaliter. C

PALAM aūt est quoniam in omni figura quando nō fit syllogismus &c.

ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus in quo phylosophus ponit quædā correlaria. Primum; ex puris indefinitis particularibus, & singularibus non fit bonus syllogism⁹ de medio cōi. Secundū correlarium; maiorem affirmatiua, siue vniuersali, siue particulari, & minore negatiua fit bonus syllogismus in qualibet figura indirectè, D concludendo particularem negatiuam. Tertium correlarium. de particulari & indefinita idē est iudicium quo ad syllogizandum. Quartum correlarium: omnes syllogismi imperfecti ꝑficiunt per reductionem ad modos primæ figuræ directè cōcludentes. Ex quo sequitur, ꝙ omnes syllogismi secūdę & tertię figurę, & etiam primę indirectè concludētes reducuntur ad modos primæ figuræ.

An quatuor modi primæ figuræ sint consequentiæ formales.

QVAERITVR vtrū quatuor modi primę figurę sint cōsequentiæ formales. Arguitur primo contra tertium modum: quia non sequitur cuiuslibet cōtradi-

E tradictionis altera pars est vera: sed falsum est altera pars contradictionis: ergo falsum est uerum. Item non sequitur vtrūq; animal est asinus, vterq; homo est animal: ergo vterq; hō est asinus. Item non sequitur omne currens est asinus, omnis homo est currens: ergo omnis homo est asinus: cum cōsequens sit impossibile: & antecedens possibiles: cum quęlibet pars sit possibilis. Itē omnia animalia sunt rationalia: vel irrationalia: omnis homo & equus sunt animalia: ergo omnis hō & equus sunt rationalia vel irrationalia. Secundò sic cōtra eundē modum. Non sequitur quicunq; dicit te esse animal dicit verum: sed quicunq; dicit te esse asinum dicit te esse animal: ergo quicunq; dicit te esse asinum dicit verum.

F Item non sequitur, nihil quod viuit obiit: omnis homo viuit: ergo nullus homo obiit: cum antecedens sit verū & consequens falsum. Tertio sic contra secundum modum: Non sequitur nullum animal dum dormit vigilat, omnis homo est animal dum dormit: ergo nullus homo vigilat, cum antecedens sit verum & cōsequens falsum. Itē nō sequitur nulla aqua bibit vinū, omnis homo bibit aquam: ergo nullus homo bibit vinum. Quarto sic contra tertium modum: Non sequitur, omnes apostoli Dei sunt duodecim, Petrus & Paulus sunt Apostoli Dei: ergo Petrus & Paulus sunt duodecim. Item non sequitur, omne quod fuit est, Adam fuit: ergo Adam est. Quinto sic arguitur contra quartum modum: Nō sequitur nullum animal est species, quidam homo est animal: ergo homo non est species; In oppositū est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum. G

Arti. 1. PRIMO. sciendum pro declaratione illorū quæ dicta sunt quòd Arist. non enumerat omnes modos primæ figuræ: nam syllogismus expositorius est bonus syllogismus primę figuræ: vt sic arguendo, sortes est homo: quoddam animal est sortes: ergo quoddam animal est homo. Etiam syllogismi reducibiles ad eum sunt boni syllogismi. vt homo currit: sortes est idem homo: ergo sortes currit. Similiter modi concludentes cōclusionem de modo loquendi incōsueto: vt asinus est animal: homo non est asinus: ergo homo animal non est: sed solū enumerat modos supple non expositorios: neq; ad eos reducibiles, neq; concludentes conclusionem de modo loquendi incō sueto; neq; distinguēdo si in minore subsumatur particularis, indefinita vel singularis. Ideo solum enumerat quatuor directe concludentes & duos indirecte, scilicet fapesmo & frisesomorum. Et si quis dicat quare ipse non enumerat baralipton, celantes, & dabitis: cum sint ēt modi primę figurę indirecte cō cludentes. Respondetur ꝙ ratio est: quia solum enumerat modos, qui distinguūtur ex parte præmissarum cum aliis modis directe concludentibus: cuiusmodi non sunt isti tres. Ex quo patet ꝙ quinq; sunt modi indirecte concludentes primę figuræ: licet Arist. non enumeret nisi duos propter causam prædictam H

An philosophus enumerauerit omnes modos primæ figuræ.

A dictam. Vnde concludere directe est maiorem extremitatem prædicari de minori extremitate in conclusione. Sed indirecte concludere est minorem extremitatem prædicari de maiori extremitate in cōclusione. Et aduerte vlterius ꝙ aliquis syllogismus dicitur dupliciter esse in aliqua figura. Vnomdo directe & proprie; valet quando mediū & extremitates sunt totalia extrema præmissarum. Aliomodo improprie & reductiuè, quando in tali syllogismo medium & extremitates non sunt totalia extrema. Ex quo sequitur ꝙ omnis syllogismus categoricus constitutus ex termīs simplicibus finitis, & rectis est proprie in aliqua trium figurarum. Dicitur notanter cathegoricus: quia syl B logismi hypothetici non sunt in aliqua trium figurarum. Dicitur notāter compositus ex terminis simplicibus & rectis: quia si componeretur ex terminis cō plexis non oporteret quòd esset proprie in aliqua trium figurarum: vt iste: cuiuslibet hominis oculus est dexter sortes est homo: ergo sortis oculus est dexter. Si etiam componatur ex obliquis, non est proprie in aliqua triū figurarum: vt omnem hominem videt equus: sortes est homo: ergo sortem videt equus.

Modi primæ figuræ indirecte cōcludentes q. SECVNDO sciendum, ꝙ quinq; modi indirecte concludentes primæ figuræ & etiam modi secundæ & tertiæ figurarum sunt modi imperfecti & de se ineuidentes: ideo indigent reduci ad alios modos. Vnde syllogismum reduci ad alium syllogismum; non est de vno syllogismo facere alium, sed est ipsum probari per alium syllogismum: seu ostendere illam conclusionem sequi ex præmissis per præmissas alterius syllogismi.: vt Cæsare reducitur ad celarent maiore conuersa simpliciter: nam quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequitur ad eius antecedens. Sed de præmisis de Cæsare maiore conuersa simpliciter, sequuntur præmissę de celarent: & ad præmissas de celarent, sequitur conclusio de Cæsare: ergo de primo ad vltimum ad præmissas de celarent, sequitur conclusio de Cæsare: & similiter dicatur de alijs. Et aduerte quòd Arist. ponit quatuor modos reducendi syllogismos imperfectos ad perfectos, scilicet ꝑ conuersionem, per transpositionem præmissarum, per impossibile: qui modus debet dici proprie conuersiuus, & per sylogismum expositoriū. Vnde aliquē syllogismum reduci per impossibile non est aliud quam ex opposito contradictorio conclusionis cum altera præmissarum inferre oppositum alterius præmissę; vnde quando reducimus syllogismos secundæ figuræ per impossibile ad modos primæ figurę debemus accipere maiorem pro maiore; & oppositum contradictorium conclusionis pro minore inferendo oppositum maioris. Sed quando reducimus modos tertiæ figuræ debemus accipere oppositum contradictorium conclusionis pro maiore: & minorem pro minore inferendo oppositum maioris. Aduerte quòd talis reductio dicitur reductio per

impoſsibile:quia impoſsibile eſt oppoſitum contradictorium cõcluſionis ſtare cum vtraq; præmiſſarum.

Conſequẽtia bona quotuplex eſt. Tertio ſciendum ꝙ conſequentia bona eſt duplex.ſ. materialis & formalis. Cõſequentia formalis, eſt bona conſequentia quæ ſic eſt bona quòd quælibet ſibi ſimilis in forma etiam eſt bona. Ex quo ſequitur ꝙ illi male diffiniũt cõſequentiam formalem, qui dicunt ꝙ conſequentia formalis, eſt quæ tenet in omnibus terminis conſimili forma arguendi retenta: cum nulla ſit conſequentia quæ teneat in omnibus terminis, quia illa quæ ſit in aliquibus terminis, non eſt illa quæ ſit in aliis terminis. Et quia conſequentia de barbara & etiam conſequentiæ aliorum modorum tam primæ quam ſecundæ quam tertiæ figuræ ſunt conſequentiæ bonæ, quæ ſic ſunt bonæ quòd quælibet ſimilis ipſis in forma eſt bona: ideo ſunt cõſequentiæ formales non addẽdo medio iſtud aggregatum quod eſt, quod tamen volunt aliqui: dummodo tñ altera præmiſſarũ ſit de omni, ſeu cuius ſubiectũ diſtribuit diſtributione completa & perfecta: quæ ſit in termino & extra terminum in numero & extra numerum. Et per hoc ſoluitur iſte paralogiſmus, omnis eſſentia diuina eſt pater: omnis filius in diuinis eſt eſſentia diuina: ergo omnis filius in diuinis eſt pater. Vnde ſi maior ſit de omni, eſt bonus ſyllogiſmus: ſed ſicut concluſio eſt falſa, ita & maior: quia ſenſus maioris eſt, de quocunq; verum eſt dicere: quòd eſt eſſentia diuina de illo verum eſt dicere quòd eſt pater: modo illud eſt falſum, cum de filio in diuinis ſit verũ dicere ꝙ eſt eſſentia diuina: & tamen non eſt verum dicere ꝙ ſit pater. Et ſi quis dicat ſubiecto attribuitur ſignum vniuerſale: ergo eſt de omni. Reſpondetur, negando conſequentiam: ſed bene ſequitur: ergo eſt vniuerſalis: ideo ſi maior ſit vniuerſalis & non de omni non valet conſequentia. Si quis replicet ibi eſt diſpoſitio de barbara: omne animal ſi eſt rudibile eſt aſinus: omnis homo eſt animal ſi eſt rudibile: ergo omnis homo eſt aſinus: & tamen cõſequentia non eſt bona: cum antecedens ſit verum & conſequens falſum. Reſpondetur ibi communiter præſupponendo, quòd maior ſit cathegorica de ſubiecto cõditionato quòd conſequentia eſt bona: quia ſicut cõcluſio eſt falſa ita & maior: quia ſenſus maioris eſt, de quocunq; verum eſt dicere ꝙ eſt animal ſi eſt rudibile, de illo verum eſt dicere ꝙ eſt aſinus: & illa eſt falſa. Dicunt tamen aliqui ꝙ maior eſt vera, ſic ſe habens ꝙ pro quocũq; ſubiectũ ſupponit ꝓ illo ſupponit prædicatũ: & eſt ſenſus: omne rudibile eſt aſinus: ſed minor eſt falſa: quia ſenſus eſt: omnis hõ eſt aĩal rudibile. Et iſtud probant: quia aliàs ſubiectũ iſtud ſupponeret ꝓ chimera & ꝓ quolibet ente mundi, cũ de quolibet verum eſt dicere ꝙ eſt aĩal ſi eſt rudibile. Rñdeo tñ ꝓbabiliter ſuſtinendo primũ modũ, ꝙ illud nõ eſt incõueniens. Dico vlterius, ꝙ iſtud conditionatũ, aĩal ſi eſt rudibile, nõ facit iſtum ſenſum, animal rudibile de ri-

A de rigore sermonis: quia frustra poneretur illa coniunctio; si immo oporteret negare aliquam esse propositionem de cõditionato subiecto.

An oẽs et soli syllog. tertiæ fig. probatur per syllog. exposit.

QVARTO sciendum, ꝙ circa textum incidunt duæ parvæ difficultates. Quarum prima est: an omnes & soli syllogismi tertiæ figuræ, posśint probari per syllogismum expositoriũ. Pro cuius solutione ponuntur aliquæ regulæ. Prima: quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequit. ad eius añs. Secunda regula: in probatione alicuius syllogismi per syllogismum expositorium sunt tres ꝓcessus. Primus est a præmissis syllogismi probandi ad pręmissas syllogismi expositorij: & tenet virtute huius regulæ: omnis propositio vniursalis aut particularis siue indefinita B infert vnam pręmissam syllogismi expositorij. Secundus est a præmissis syllogismi expositorij ad conclusionem probandam. Tertius, est a præmissis syllogismi probandi ad conclusionẽ eius: & tenet virtute huius regulę: quicquid sequitur ad cõsequẽs bonę cõsequẽtię seqꝛ ad eius antecedens: Ex istis dicitur, ꝙ soli syllogismi, & omnes syllogismi tertiæ figuræ possunt proprie probari per syllogismũ expositorium: eo ꝙ in solis illis est idem subiectum vtriusq; præmissarum.

Difficultas.

Secunda difficultas verũ omnis syllogismus posśit reduci per impośsibile; Respondetur per aliquas propositiones. Prima omnes modi secũdæ figuræ, possunt reduci p impośsibile. s. accipiendo oppositũ contradictoriũ conclusionis p minore & maiorem pro maiore, inferẽdo oppositum alterius præmissæ. Secunda propositio: omnes syllogismi tertiæ figuræ possunt reduci per impośsibile C scilicet accipiendo oppositum contradictorium conclusionis ꝓ maiore & minorẽ pro minore inferendo oppositum maioris. Tertia propositio: modi primæ figuræ indirecte concludentes possunt reduci per impośsibile. Et siquis dicat, nonne quatuor modi primæ figuræ scilicet barbara, celarent, darij, & ferio possunt reduci per impośsibile. Respondeo ꝙ sic: Nam Barbara potest sic reduci: nam ex opposito contradictorio conclusionis cum altera præmissarum infertur oppositum maioris in Bocardo. Aduerte tamẽ ꝙ non reducitur per impośsibile vt ostendatur ꝙ sit modus meridẽs: sed vt ostendatur D ꝙ consequentia est bona. Nam reductio p impośsibile est vnus modus probandi aliqnam consequentiam esse bonam, si quis eam negare vellet. Vnde siquis vellet negare consequentiam de Barbara non habeo faciliorem modum ad probandum consequentiam dicendo ex opposito contradictorio conclusionis cũ altera pręmissarum infertur oppositum alterius præmissæ: ergo cõsequẽtia est bona: sed hoc non est nisi reducere syllogismũ per impośsibile: igr. Et hæc de primo art. Quãtum ad ꝫm,

Art. 2. An detur quarta figura

DVBITATVR primo vtrum ponenda sit quarta figura distincta ab alijs figuris. Pro cuius solutione supponitur quòd prima figura capitur dupliciter. Vnomodo

E large vt est dispositio trium terminorum sic se habentium ꝙ medium subiicitur in vna præmissarum & prædicatur in alia; siue hoc sit in maiore siue in minore. Aliomodo capitur specialiter, vt est dispositio trium terminorum sic se habentium ꝙ medium subijcitur in maiore & prędicatur in minore. Hoc supposito respondetur ad dubium per aliqua dicta. Primum, capiendo figuram largè quarta figura non est distincta a prima figura, sed continetur sub ea. Secundum dictum, capiendo primam figuram specialiter ponenda est quarta figura distincta a prima: vnde quarta figura est quando medium prædicatur in maiori, & subijcitur in minori: vt omnis homo est animal: omne animal est substãtia: ergo omnis homo est substãtia. Tertium F dictũ, quatuor sunt modi quartę figurę, scilicet bamana, camene, dimari, fimeno: & reducũtur ad modos primæ figuræ per solam transpositionem præmissarum: vt bamana reducitur ad Barbara per transpositionem præmissarum: Camene ad Celarent, Dimarius ad Darij: & Fimeno ad Ferio. Et siquis dicat sola transpositio præmissarum nõ ponit diuersitatem in figuris: quia tunc sequeretur ꝙ Cæsare & Camestres essent in diuersis figuris cum differant solum per transpositionem præmissarum; sed quia modi quartæ figuræ nõ differunt a primis modis primę figuræ nisi per transpositionem præmissarum: ergo; videtur quòd non sint alterius & alterius figuræ. Respondeõ ꝙ sola transpositio præmissarum non ponit diuersitatem figurarum: sed bene transpositio G præmissarum cum alia habitudine medij ad extremitates ponit bene diuersitatem figurarũ: & quia est alia habitudo medij quartæ figuræ ad extremitates quam sit in prima figura; ideo modi quartæ figuræ dicunt esse alij a modis primę figuræ; cum ibi sit alia habitudo medij ad extremitates; Ex isto infertur ꝙ modi quartæ figuræ sunt euidẽtiores quam modi secundæ & tertiæ figuræ; quia ad reducendum eos ad modos primæ figuræ paucioribus indigent quã modi secundæ vel tertiæ figuræ; quia solum indigent transpositione præmissarum. Et qa ista figura potest sufficienter intelligi per primam: ideo Aristoteles eam non enumerauit.

DVBITATVR secundo H vtrum ex puris particularibus aliquid sequatur; & etiam ex puris negatiuis. Ad primam dicitur quòd ex puris particularibus nihil sequitur syllogisticę: exceptis quinq; casibus; prima pars patet: quia non oportet si aliqui duo termini vere vniantur cũ vno termino particulariter sumpto pro diuersis significatis eius quòd propter hoc vere vniantur inter se, eo quòd in huiusmodi combinatione stat antecedens esse verum consequente existẽte falso; quia sunt dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli .i. stante tali dispositione præmissarũ quandoq; cum præmissis stat in veritate conclusio vniuersalis affirmatiua: vt in istis terminis animal homo risibile: & stante tali dispositione præmissarum

An ex puris negatiuis, et particularibus aliqd sequatur.

A farum quandoq; cum præmiſsis ſtat concluſio vniuerſalis negatiua in veritate in iſtis terminis, animal homo aſinus. Primus caſus; quando aliquid ſequitur ex puris particularibus, eſt quã do medium eſt terminus ſingularis ſingulariter tentus, ſicut in ſyllogiſmo expoſitorio ſecundæ figuræ; vt bene ſequitur; aliquod animal eſt ſortes, aliquis homo eſt ſortes; ergo aliquis homo eſt animal. Secundus caſus eſt; quando in minori propoſitione additur medio relatiuum identitatis ſubſtãtię; vt bene ſequitur, animal eſt homo, & aſinus eſt idem animal; ergo aſinus eſt homo. Tertius caſus eſt; quando maior eſt affirmatiua, & minor negatiua & concluſio de modo loquendi in conſueto; vt animal eſt homo & B ſubſtantia non eſt animal; ergo ſubſtãtia homo nõ eſt. Quartus caſus eſt; quando in maiori aliquis terminus completæ diſtribuitur ſub quo ſubſumitur in minori: vt bene ſequitur homo videt omnem aſinum, brunellus eſt aſinus, ergo brunellum videt homo. Quintus caſus eſt, quando medium diſtribuitur in minori propoſitione: vt bene ſequitur, animal eſt homo, aſinus eſt omne animal: ergo aſinus eſt homo. Et quid dicendum eſt a d Ariſt. qui dicit quòd ex puris particularibus nihil ſequitur. Reſpondetur quòd intelligebat exceptis illis quinq; caſibus: vel poteſt dici quòd non intelligebat de particularitate propoſitionum, ſed de particularitate medij: modo in nullo tali caſu medium tenetur particulariter. Ad ſecundã partem dicitur quòd ex puris negatiuis nihil ſequitur ſyllogiſticę, niſi in tribus caſibus. Primus caſus eſt: quando medium variatur pœnes finitum & infinitum: vt bene ſequitur nullum non riſibile eſt homo, nullus C aſinus eſt riſibilis: ergo nullus aſinus eſt homo. Secundus caſus eſt: quando ambe præmiſſe ſunt de contingenti ad vtrumlibet. vt omnem hominem contingit non eſſe currentem & aliquod album contingit non eſſe hominem: ergo quoddam album contingit non eſſe currens. Tertius caſus eſt: quando vna præmiſſarum eſt de contingenti ad vtrumlibet: & alia de neceſſario negatiua ſequitur formaliter negatiua de contingenti ad vtrumlibet: vt bene ſequitur omnem hominem neceſſe eſt non eſſe aſinum: & ali D quod album contingit non eſſe hominem: ergo aliquod album contingit non eſſe aſinum. Et quare ex puris particularibus nihil ſequitur niſi in iſtis caſib⁹ ratio: eſt quia dabiles ſunt termini in quibus omni & in quibus nulli. Etiam non oportet quòd ſi aliqui duo termini vere negatiua vniantur quod vere inter ſe vniantur negatiue.

DVBITATVR tertio, Vtrum in omni combinatione inutili ſint dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli. Pro cuius ſolutione ſupponitur quòd dare terminos in quibus omni eſt dare tres terminos ex quibus conſtituuntur duę præmiſſę verę diſpoſitę ſecundum exigentiam illius combinationis ex qua volumus ſyllogizare cum quibus ſtat vna

F vniuersalis affirmatiua in veritate constituta ex extremitatibus illarum præmissarum. Sed dare terminos in quibus nulli, est dare ters terminos ex quibus constituuntur duæ præmissæ veræ, cum quibus stat vniuersalis negatiua in veritate constituta ex extremitatibus illarum præmissarum: vnde isti termini in quibus omni & nulli, sunt datiui casus: sensus enim est, termini in quibus omni, id est termini in quibus supple maior extremitas conuenit omni supposito minoris extremitatis. Termini in quibus nulli, idest termini in quibus supple maior extremitas nulli supposito minoris extremitatis conuenit. Supponitur secundo, quòd ad dandū terminos in quibus omni vel in quibus nulli ponuntur quatuor regulæ, quæ vt in plurimum sunt veræ: licet aliquando inueniatur instantia. Prima, quando ambæ præmissæ sunt affirmatiuæ, ad dandū terminos in quibus omni debent capi tres termini subordinati. Sed ad dandum terminos in quibus nulli debent capi genus, & differentia & species extranea illius differentiæ. Secunda regula, quando ambæ præmissæ sunt negatiuæ, oportet capere genus, speciem, & vnum extraneum; sicut animal homo, lapis. Sed ad dandum terminos in quibus nulli, oportet capere tria extranea: sicut lapis, equus, asinus. Tertia regula: quando maior est affirmatiua, & minor negatiua, termini in quibus omni sunt genus, & duæ species, sed in quibus nulli, sunt genus, species, & vnum extraneum, G Quarta regula: qn̄ maior est negatiua & minor affirmatiua, termini in quibus omni sunt genus species, & differentia illius speciei: sed in quibus nulli, sunt genus & duæ species. His suppositis dicitur primo ꝙ in omni combinatione inutili, dabiles sunt termini in quibus omni: & termini in quibus nulli. Sed diceret aliquis, quòd inconueniens est reperire terminos in quibus omni, & in quibus nulli. Respondetur, quòd duo sunt inconuenientia, scilicet duo contraria, vel duo contradictoria esse simul vera, vel quòd ex vero in consequentia formali sequatur falsum. Et sic possumus practicare: vt si aduersarius dicat consequentiam inutilem esse bonam, petatur ab eo vel tenet gratia materiæ, vel gratia formæ: si dicat, materiæ nihil est dicere: cum nullus dubitet de hoc: si dicat quòd tenet gratia formæ: H tunc petatur sibi: quæ conclusio sequitur, vel affirmatiua, vel negatiua: si dicat affirmatiua tunc debent capi termini in quibus nulli: & tunc dicere: ergo tenet istis terminis, cum sit consequentia formalis: & tunc debet formare combinationem: quo facto videbis, quòd ex vero sequitur falsum. Si dicat quòd sequitur negatiua, tunc debes accipere terminos in quibus omni, & eodem modo procedere sicut in terminis in quibus nulli; & si ipse concedat quòd ex vero bene potest sequi falsum: tunc habebis contra eum quòd duo contradictoria vel contraria erunt

An in oī cōbinatione inutili sint dabiles termini in qb⁹ oī, et in quibus nulli.

A simul vera: vt satis patet prædicando. Et hæc de secundo articulo. Quantũ ad tertium sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis: Modi primæ, secundæ, & tertiæ figuræ sunt cõsequentiæ formales, vt patuit in primo articulo. Ad rationes. Ad primã dr: ꝙ ibi deficit vna cõditio requisita ad bonũ syllogismum: quia plus est prædicatum minoris quam sit subiectum distributionis maioris: ideo deberet sic sub sumi, falsum est cõtradictio. Ad secundam dicitur; negando ꝙ sit barbara: quia maior nõ est de omni, cum subiectum solum distribuatur pro duobus: quia istud signum vterq;, est distributiuum tantũ duorum. Ad aliã dicitur: concedendo consequẽtiam: & ad improbationem cũ dicitur ꝙ consequens est impossibile, & antecedens possibile: respõdetur ꝙ antecedens est

B impossibile: licet quælibet pars eius sit possibilis. Ex quo sequitur ꝙ ad possibilitatem copulatiuę non sufficit possibilitas partium, sed requiritur ꝙ tales partes sint cõpossibiles adinuicẽ. i. quòd possint se simul cõpati in veritate. sed sic non est hic. Ad aliam dicitur, ꝙ consequentia est bona: sed sicut conclusio est falsa: ita altera præmissarum scilicet maior: puta ista, omnia animalia sunt rationalia vel irrationalia. Et si quis probet ipsam esse veram: quia ista est vera, omne animal est rationale vel irrationale: ergo ista erit vera, omnia animalia sunt rationalia vel irrationalia; quia si singulare de singulari vere prædicetur: ita plurale de plurali vere. Dicitur quòd illud non est vniuersaliter verũ. Primo non est verum quando singulare est terminus communis non habens nisi vnum supposi-

G tum: vt non sequitur, luna lucet: ergo lunæ sunt lucentes. Etiam non est verum quando tam singulare quam plurale supponunt confuse & distributiuè. Nec ista diuisio est sufficiens: animalium quædam sunt rationalia, quædam irrationalia: sed debet poni tertium membrum .s. q̃dam sunt aĩalia, quorum vnum est rationale, & aliud irrõale. Ad secundam dicitur: ꝙ sicut conclusio est falsa: ita & altera præmissarum puta minor: puta ista, quicunq; dicit te esse asinum dicit te esse animal: quia sensus est, quicunq; dicit istam propositionem, tu es asinus: dicit istam propositionem, tu es animal: & illud est falsum. Ad

H aliam dicitur: ꝙ arguitur a minus amplo ad maius amplũ: ideo nõ sequitur. Ad tertiam dr ꝙ maior potest esse hypotrica tẽporalis, & tunc non bene arguitur, cum celarent non constet ex propositionibus hypoteticis: vel potest esse categorematica de subiecto tpali, & tunc est falsa, qa sensus est, de nullo de quo verum est dicere ꝙ est aĩal dũ dormit: de nullo tali verũ est dicere quòd vigilat: & ille sensus est falsus. Dicunt tamen alii qui ꝙ maior est vera & est sensus: nullũ aĩal ꝙ dormit vigilat: sed tunc minor erit falsa: cũ sit sensus, omnis hõ est aĩal q̃d dormit. Ad aliã dicitur ꝙ male arguit: qa p̃dicatũ minoris ĩ plus se hẽt q̃ subiectũ distributũ maioris: qa subiectũ maioris est aqua, & p̃dicatũ minoris ẽ bibẽs

E aquã. Ad quartam dr̃ ꝙ ly omnes in maiori pōt capi distributiuè vel collectiuè: si distributiuè, bene sequitur: sed sicut conclusio est falsa, ita & maior, si tenetur collectiuè, tunc maior est vera, & tamē non sequitur, quia nulla præmissarum est vniuersalis. Ad aliam dicitur ꝙ ibi arguitur a magis amplo ad minus ãplum: vel saltem respectu copulatiuè ampliatiuè ad copulã nō ampliatiuam. Similiter dicatur de ista omne natum est: Adam est natus. ergo Adam est. Vnde natum supponit tantum pro prę sentibus & est vera, sicut diceretur de ista, omne quod erit est; vbi totum subiectum supponit solum pro præsentibus. Et si quis dicat; ly natum supponit indifferenter pro præsentibus, & præteritis; igitur erit falsa.

F Negatur antecedens, & ad probationem, quia si poneret post ly est supponeret indifferenter pro præsentibus, & præteritis; ergo quando ponitur ante, quia siue ponatur, ante siue post, semper supponit in ordine ad istud verbum est. Respondetur quòd licet supponat semper in ordine ad istud verbum est, siue præcedat, siue sequatur: tamen aliter; & aliter: nam quando præcedit, restringitur præcisè pro natis qui sunt; sed quando sequitur: licet supponat ĩ ordine ad istud verbum est, nō tamen supponit, ita restrictè. s. pro natis præcisè qui sunt, sed indifferenter ꝓ omnib⁹ natis, siue sint, siue nō sint, & tota causa est modus concipiendi, seu accipiendi terminũ in quo fundatur tota natura restrictionum & ampliationum. Ad quintam dicitur concedẽdo ꝙ non sequitur: quia fit variatio generis suppositionis à personali ad simplicem. G

QVONIAM autẽ diuersum est inesse, & ex necessitate inesse, & contingere inesse.

ISTE EST tertius tractat. huius libri: in quo determinat de formatione syllogismorũ ex propositionibus de necessario; & continet duo capitula. In primo determinat de generatione syllogismorum ex ambabus de necessario, dicens primo quòd sicut propositiones de inesse de contingenti, & necessario sunt diuersæ: ita syllogismi constituti ex ipsis. Dicit secundario ꝙ ex propositionibus de necessario fere similiter fiunt, & non fiunt syllogismi sicut ex illud inesse. Dicit notanter fere, quia ꝓpositiones de necessario addunt istum modum necesse supra illas de inesse, & intelligitur de illis de necessario diuisis, in quibus talis modus non negatur. H Et subdit philosophus quòd sicut ex illis de inesse fiunt syllogismi perfecti & syllogismi imperfecti qui perficiuntur per reductionem: ita ex ambabus de necessario fiunt syllogismi perfecti & etiam imperfecti, qui eodem modo perficiuntur sicut illi qui fiunt ex propositionibus de inesse: exceptis Baroco & Bocardo, qui nō reducuntur eodẽ modo, quia non reducuntur per impossibile, sicut quando fiunt ex illud inesse, sed perficiuntur ꝑ exponentem, vnde ꝑ exponẽtem aliqui intelligunt syllogismum expositorium. Alii intelligunt ꝙ sub subiecto particularis ne-

Quō formantur syllog. ex ambabus de necessario.

A ris negatiuè debeat aliquid sumi à quo prędicatum vniuersaliter negatiuè remoueatur: & tunc faceret syllogismũ in camestres: & tunc illa negatiua est expōnens particularem negatiuam. Sed in Bocardo, est accipere sub subiecto maioris aliquid de quo prædicatum vniuersaliter negetur, & tũc faceret syllogismum in Felapton.

ACCIDIT aũt quandoq; & altera propositione necessaria necessarium fieri syllogismum verum.

Quō formantur syllog. in prima figura ex vna de inesse, & alia de necessario.

ISTVD EST secundum capitulum huius tracta. in quo determinat de formatione syllogismorum ex vna de inesse, & alia de necessario, & diuidit in tres B partes. In prima docet formare in prima figura, & intendit quatuor conclusiones. Prima, in modis vniuersalibus primę figuræ maiore de necessario, & minore de inesse, sequitur conclusio de necessario, & exēplificat in literis, & hoc dũmodo propōnes de necessario sint diuisæ. Secunda conclusio, præmissis existētibus vniuersalibus, si maior sit de inesse, & minor de necessario non sequitur cōclusio de necessario. Hoc probat, quia non sequitur, omne animal moueť. omnis homo necessario est animal: ergo omnis homo necessario mouetur: tertia conclusio, in modis particularibus maiore de necessario & minore de inesse, sequitur conclusio de necessario, quod probat in literis. Quarta conclusio, in modis particularibus maiore de inesse, & minore de necessario, non sequitur cō C clusio de necessario, quia ex vero sequeretur falsum, vt omnis homo mouetur quoddam aīal necessario est homo, ergo quoddam animal necessario moueť, & hoc intelligitur gratia formę. In secunda parte docet formare in secunda figura: & intendit quatuor conclusiones. Prima in modis vniuersalibus secundæ figuræ negatiua existente de necessario & affirmatiua de inesse, sequitur conclusio de necessario: qui probantur per conuersionem sicut illi de inesse secunda conclusio: in modis vniuersalibus affirmatiua existente de necessario & negatiua de inesse, non sequitur conclusio de necessario: cuius duplicem rationem assignat. Prima: quia reducendo tales modos ad modos primæ figuræ, oportet maiorem esse de necessario: quod non esset D si affirmatiua esset de necessario. Secunda ratio: quia ex veris sequeretur falsum: vt omnis homo de necessitate est animal: nullum album est animal: ergo nullum albũ de necessitete est homo. Tertia conclusio, in modis particularibus secundæ figuræ vniuersali existente de necessario, & particulari de inesse sequitur conclusio de necessario, & hoc maxime in festino. Quarta conclusio: in Baroco non sequitur conclusio de necessario quæcunq; fuerit præmissa de necessario, quod probat in literis. In tertia parte determinat de tali generatione syllogismorũ in tertia figura, & intēdit quatuor conclusiones. Prima in tertia figura ex ambabus vniuersalibus affirmatiuis altera existente de neces-

B necessario, sequitur cõclusio de necessario, quod probat in literis: secunda cõclusio: qñ ambæ ꝓmissæ sunt vniuersales vna affirmatiua & altera negatiua, si negatiua sit de necessario, seqꝫ conclusio de necessario in Felapton, sed si affirmatiua sit de necessario & negatiua de ineẽ, nõ seqꝫ cõclusio de necessario, qđ probat dupliciter, qa in syllogismus negatiuis primæ figuræ affirmatiua exñte de necessario, nõ seqꝫ cõclusio de necessario: ergo nec in illis tertiæ figurę, cũ tales reducanẽ ad modos primę figuræ ꝑ conuersionẽ. Scđo probat: qa ex vero seqretur falsum: vt sic arguẽdo, nullus equus est bonus: posito casu ꝙ oĩs equus sit claudus, omnis equus de necessitate est animal: ergo quoddã animal de necessitate non est

F bonũ. Tertia conclusio: in modis particularibus affirmatiuis vniuersali exñte de necessario sequiẽ cõclusio de necessario: & si ꝑticularis sit de necessario, non oportet cõclusionẽ eẽ de necessario: qđ ꝓbat dupliciter, qa in prima figura ꝑticulari exñte de necessario, nõ seqꝫ cõclusio de necessario: ergo nec in tertia figura. Scđm, qa ex vero seqreẽ falsum vt ꝑt diligẽter videri: & hoc ꝓpriè hẽt verũ in Datisi & nõ Disamis: vt oĩs de⁹ est creãs: qdã deus necessario est eẽntia diuina: ergo eẽntia diuina necessario est creãs. Quarta cõclusio, in modis ꝑticularibus negatiuis si vniuersalis negatiua sit de necessario, cõclusio erit de necessario sicut ĩ Ferison, sed si vniuersalis affirmatiua, vel ꝑticularis negatiua fuerit de necessario, nõ oportet cõclusionẽ eẽ de necessario vt patet, qa ex vero seqreẽ falsum, vt nullum albũ vigilat: aliquod albũ de necessitate est animal: ergo aliqđ aĩal de necessitatę nõ vigilat, tñ istud exemplum vr̃ non esse bonũ. Ex isto patet ꝙ in Baroco nunq̃ sequiẽ conclusio de necessario, q̃cunq; ꝓmissa fuerit de necessario. Ex istis inferẽ tria correlaria. Primum, ad inferendũ conclusionẽ de inesse, oportet vtrãq; ꝓmissarum esse de inesse: sed ad inferẽdum conclusionẽ de necessario sufficit alterã esse de necessario. Secundũ correlariũ, in oĩ syllogismo, siue affirmatiuo, siue negatiuo: oportet cõclusionẽ esse similẽ alicui ꝓmissarũ. Tertium correlariũ: nunq̃ inferẽ conclusio de necessario, nisi altera præmissarum sit de necessario. G

An ex ambabus de necessario, vel ex vna de necessario, & alia de inesse valeat consequentia. H

QVAERITVR vtrum ex ambabus de necessario, vel ex vna de necessario, & alia de inesse valeat syllogismus in omni figura. Arguitur primo ꝙ non, quia non sequitur, oẽ album de necessitate est coloratum, oẽ albũ de necessitate est substãtia: ergo qdã substantia de necessitate est colorata, ꝓmissæ sunt verę & cõclusio falsa, igr̃. Scđo sic: qa si sic, puta ꝙ ex ambabus de necessario seqreẽ cõclusio de necessario, tunc tales syllogismi deberẽt ꝓbari sicut illi de inesse, qđ non est verum, vt patet de Bocardo & Baroco. Tertio sic: nõ sequitur, omnis hõ de necessitate est animal: omne grammati-

A maticum est homo: ergo omne grammaticum de necessitate est animal. Nec sequitur, omnis grammaticus de necessitate est grammaticus: quidam grammaticus est homo: ergo quidã homo de necessitate est grammaticus. Quarto sic: nullus homo de necessitate est asinus: oẽ currens est asinus; ergo nullũ currẽs de necessitate est homo. Quinto sic: aut illa de inesse debet esse de inesse simpliciter vel de inesse vt nunc: non primum: quia talis æquiualet vni de necessario: & tunc non esset alius modus syllogizandi ex ambab⁹ de necessario; & vna de necessario & alia de inesse. Nec potest esse vna de inesse vt nunc: vt videntur aliquæ rationes probare. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione

B sicut in cæteris erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1. *Quot sũt syllogismi categorici.* PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione quæstionis supponitur primo, quòd triplices sunt syllogismi categorici: quidam qui fiunt ex propositionibus merè de inesse: alij qui fiunt ex propositionibus merè modalibus: alij qui fiunt ex vna de inesse & alia modali, vel ex alia & alia modali: & tales vocantur syllogismi mixti. Secundo supponitur quòd duplices sunt propositiones de necessario: quædam sunt compositæ aliæ sunt diuisæ. Diuisæ adhuc sunt duplices: quædam sunt de necessario affirmato, & de illis præcisè est hic sermo: nam solum ex talibus fiunt syllogismi. Aliæ sunt de necessario negato: & de illis non est hic sermo; quia ex ipsis non debẽt fieri syllogismi. Vnde refert dicere propositionem necessariã, & propositionem de necessario: quia propositio dicitur necessaria; quia qualitercunq; per ipsam significat̃ esse, necesse est ita esse. Sed propõ dr̃ de necessario: quia eius copula determinatur per istũ modum necessario, siue talis sit vera, siue falsa. Et si obijciatur: quia philosophus in hoc primo Priorũ determinat de syllogismo simpliciter dicto; sed syllogismus simpliciter abstrahit ab omni materia.i. non determinatur ad propões necessarias neq; possibiles: igitur hic malè determinatur de syllogismis cõpositis ex illis de necessario. Rñdet̃ negando consequentiam. Et ratio est: quia tales modi capti primæ intentionaliter, & syncategorematicè: vt hic capiunt̃, non respiciunt aliquã materiã magis quàm ista signa, omnis, nullus: ideo syllogismi cõpositi ex ipsis non magis sunt determinati q̃ compositi ex alijs propositionibus.

D

Dubium de syllogizatiõe ex illis de necessario, & de inesse. SECVNDO sciendũ, quòd circa prædicta incidit hæc difficultas: an ex modalibus compositis de necessario eodem modo sit syllogizandum, sicut ex illis de inesse. Respondetur ꝙ ex compositis dupliciter possumus arguere. Vnomodo ex parte totius propositionis, & tunc ex propositionibus compositis de necessario fiunt eodem modo syllogismi sicut ex illis de inesse: vt sic arguẽdo, omne animal esse substantiam est necesse: omnem hominem esse animal est esse substantiam: ergo omnem hominem esse substãtiã est necesse. Aliud exẽplũ: oẽ impos-

B impossibile est falsum, hominē esse asinum est impossibile; ergo hominem esse asinum est falsum. Et aduerte ꝙ ad bene arguendum debet propriè poni constantia propositionis pro qua supponit dictum conclusionis, & etiam maioris, & minoris. Aliomodo potest syllogizari solum ex parte dicti, vt omne animal esse substātiam est necesse: omnem hominē esse animal est necesse: ergo omnem hominem esse substantiam est necesse. Et aduerte quòd ex talibus compositis propriæ non fiunt syllogismi, nisi addatur signum in neutro genere, cùm omnes tales de rigore sermonis sint indefinitæ; ideo propriæ talis modus arguēdi solum tenet virtute talis regulæ, ꝙ si præmissæ sint necessariæ, conclusio erit necessaria, cum
F ex necessario non sequatur nisi necessarium. Dicitur vlterius ꝙ ex propositionibus modalib. diuisis de necessario in quibus non ponitur negatio ad modū, valent syllogismi sicut in illis de inesse. Et dicitur notanter, in quibus negatio non ponitur ad modum, quia tunc non sequeretur, vt non sequitur, nullus deus necessario est creans, omnis essentia diuina non necessario est creans; ergo omnis essentia diuina non necessario est deus, cum præmissæ sint veræ & consequens impossibile. Aduerte tamen, quòd syllogismi affirmatiui qui fiunt in tertia figura de necessario nō possunt perfici per syllogismos primæ figuræ constitutos ex ambabus de necessario, cum propositiones de necessario in quibus nulla ponitur negatio, non conuertatur in illas de necessario, G sed in illas de possibili.

Tertio sciendum, ꝙ circa textum incidit talis difficultas: an ex ambabus de possibili fiant syllogismi in prima figura sicut ex illis de inesse. Respōdetur breuiter, ꝙ ex ambabus de possibili compositis: accipiēdo qualitatem, & quantitatē ex parte totius propositionis eodē modo est syllogizandum in quàlibet figura sicut ex illis de inesse, quia non reperitur instantia, & etiam tales sunt merè de inesse: igitur, vt omne possibile est hominē esse currentem, sed verum est possibile: ergo verum est hominem esse currentem. *Dubium de formatione syllogismorum ex illis de possibili, & necessario.* Secundo dicitur quòd ex ambabus de possibili compositis: accipiendo qualitatem & quantitatem ex parte dicti, videtur cōsequentia non valere, vt non sequitur, omne currēs esse asinum H est possibile; omnem hominem esse currentem est possibile; ergo omnem hominem esse asinū est possibile. Dicunt tamen aliqui quòd bene sequitur, sed sicut consequens est impossibile, ita totale antecedens: cùm partes sint in toto similes adinuicem. Dicitur tertio quòd ex ambabus de possibili diuisis in prima & tertia figuris, valet syllogismus; vt bene sequitur, omne currens possibile est esse asinum; omnem hominem possibile est esse currētem: ergo omnem hominem possibile est esse asinum. Et aduerte, quòd ista propositio, omne currens possibile est esse asinum, debet sic manifestari virtute dici de omni: de quocunque verum est dicere ꝙ potest esse currens de illo

A de illo verum est dicere ꝙ potest esse asinus: modo illud est falsum immo impossibile. Et ad uerte ꝙ omnes modi tertiæ figuræ possunt probari sicut illi de inesse, excepto Bocardo: tamen omnes tam Bocardo quam alij possunt probari per expositionem .i. per syllogismum expositorium: si .n. in affirmatiuis dico, oẽ c, potest esse a, & omne c, potest esse b: igitur quoddam b, potest esse a: necesse est in virtute præmissarum concedere, quòd idem c, potest esse a, & potest esse b. Et isto modo seruato arguitur sic: hoc c, potest esse a: hoc idem c, potest esse b: ergo b, potest esse a. In secũda autem figura non sequitur: vt in Cæsare non sequitur, omnem essentiã diuinam possibile est non creare: omnem patrem

Quo probatur modi tertia figura.

B in diuinis possibile est creare: ergo omnẽ patrem in diuinis possibile est non esse essentiam diuinam. Considerandum est tamen: ꝙ si subiecta propositionũ de possibili prohibeantur ampliari per ly quod est: tunc syllogismi nõ valent in barbara. Est .n. instãtia: quia posito ꝙ omne currens esset equus. tunc verum est dicere ꝙ omne currens potest esse equus: & omne quod est homo potest esse currens: & tunc non sequitur, omne quòd est homo potest esse equus. Similiter posset dari exemplum in celarent: vt posito ꝙ sol non sit super nostrum hemisperium: istę præmissę sunt verę omne ꝙ est planeta super nostrum hemisperium potest non esse sol: omne quod est maximus planeta potest esse planeta super nostrum hemisperium: non sequitur omne quod est maixmus planeta potest non esse sol. Et similiter posset dari instantia in alijs modis.

C QVARTO sciendũm ꝙ circa textum incidit tali difficultas, vtrum ex vna de possibili & vna de inesse valeant syllogismi. Pro solutione supponitur quòd posse cõmunius est quam esse: sequitur .n. ad esse tam in propositione affirmatiua quam negatiua: bene enim sequitur est: ergo potest esse. Aduerte tamen ꝙ ad vniuersalem de inesse non sequitur vniuersalis de possibili: quia subiectum in illa de inesse est minus amplum q̃ in illa de possibili modo arguere a minus amplu ad magis amplum cum distributione magis ampli, non valet cõsequentia: vnde si nullum animal curreret nisi equus, ista esset vera: omne

An syllogismi ex vna de possibili & altera de inesse sũt boni.

D currens est equus: & ista falsa, omne currẽs potest esse equus, quæ valet istam, omne quod potest esse currẽs põt esse equus, q̃ est manifeste falsa nisi forte prohibeatur ampliatio: quia tunc bene sequeretur: vt bene sequitur, omne currens est equus: ergo omne, quod est currens potest esse equus. Ex isto sequitur quòd quando arguimus ex minori de inesse, & conclusio debeat esse de possibili debet addi subiecto conclusionis quod est saltẽ in modis vniuersalibus: quia alias argueremus a minus amplo ad magis amplum cum distributione magis ampli. Hoc supposito respondetur per aliqua dicta. Primum in prima figura maiore existentę diuisa de possibili & in minore de inesse valet syllogismus ad dire-

B directè concludendum conclusionem diuisam de possibili obseruatis conditionibus generalibus requisitis ad bonum syllogismum: patet: quia in tali modo arguendi non reperitur instantia. Et dicitur notanter ad concludendum diuisam: quia ad concludendam compositam non valet, vt non sequitur, omnem hominem possibile est esse album: & nigrum est homo: ergo nigrum esse album est possibile. Dicitur notanter, directè cōcludendo, quia indirectè nō valet, nisi talis conclusio de possibili possit cōuerti simpliciter: vt non sequitur, omnem deum possibile est non esse creantem, essentia diuina est deus: ergo creantem possibile est non esse essentiam diuinam. Aduerte tamen ꝙ dicunt aliqui, ꝙ ex vna

F de inesse & alia de possibili, nō sequitur conclusio de possibili, nisi illa de inesse sit de inesse simpliciter. Et hoc debet intelligi quando maior est de inesse. Scdm dictū, in secunda figura. non valet mixtio ex vna de possibili, & altera de inesse, et obseruatis cōdōnibus generalib⁹: quia in tali mō arguendi reperitur instantia, vt nō sequitur, omnem essentiam diuinam possibile est non esse creantē, oīs pater est creans: ergo omnē patrem possibile est non esse essentiam diuinam. Tertium dictum: in tertia figura, ex vna de possibili, & altera de inesse ad concludēdum diuisam de possibili valet syllogismus: dūmō illa pmissa q̄ sit maior in prima figura p reductionē, sit de possibili diuisa. Et hoc quo ad modos qui reducantur ad primam figuram p conuersionē: quia in tali mō arguēdi non est dabilis instātia. G Aduerte tamē quòd in Bocardo maiore de possibili, & minore de inesse, sequitur conclusio de possibili, sed non si maior sit de inesse & minor de possibili. Sed restat alia parua difficultas vtrū in qualibet figura valet mixtiō ex vna de possibili & altera de necessario. Respondetur per tria dicta. Primum, in prima figura ex vna de possibili, & altera de necessario diuisis sequitur conclusio directè concludendo diuisam, quæ est similis maiori. Et dicitur notanter ad concludendum diuisam: quia ad concludendam compositam non valet, vt non sequitur, omnis essentia diuina necessario est deus: & omne creans potest esse essentia diuina: ergo omne creans esse deum est necesse. H Secundum dictum: in secunda figura valet mixtio ex vna de possibili, & altera de necessario diuisis ad inferendum diuisam de necessario, quomodocunque præmissæ disponantur. Tertium dictum: in tertia figura in quolibet modo ex vna de possibili, & altera de necessario diuisis sequitē conclusio similis maiori. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Dubitatio.

Arti. 2.

DVBITATVR primo. Vtrum eodem modo sit syllogizandum ex vna de necessario, & altera de inesse in prima figura. Pro cuius solutione supponitur quòd ad oēm propōnē de necessario sequitur propō de possibili, seruata eadē qualitate & q̄titate subiecti: sequit.n. necesse esse: ergo possibile est, vel necesse

Dubium de mixtione aliquarum propōnum.

A necesse est non esse: ergo possibile est non esse: quia ibi est sub alternari quantum ad modos: vt alias visum est. Aduerte vlterius ꝙ modi facti ex illis de necessario sic resoluuntur, omne b, necesse est esse a: omne c, necesse est esse b: ergo omne c, necesse est esse a: sic resoluitur omne quod posset esse b, necesse est esse a: & omne quod potest esse c necesse est esse b: ergo omne ꝙ potest esse c necesse est esse a. Et aduerte ꝙ ista maior omne b necesse est esse a: virtute de omni significat ꝙ de quocũque potest dici b, de illo necessario dicitur a. Et minor non solum significat ꝙ b, necessario dicatur de c, sed de omni illo de quo potest dici c. Similiter posset dici de ista in celarent: omne b, necessario est non esse a: significat ꝙ a necessario negandum est de omni illo, de quo potest dici b. Hoc supposito ponuntur aliqua dicta. Primũ dictũ: maiore existente de necessario diuisa & minore de inesse sequitur gratia formæ conclusio de necessario directe concludendo in prima figura: & hoc tam in modis vniuersalibus quam particularibus, conditionibus generalibus obseruatis: quia in tali modo arguendi non est dabilis instãtia; siue illa de inesse sit de inesse simpliciter siue de inesse vt nunc. Pro cuius declaratione est aduertendum ꝙ duplex est propositio de inesse scilicet de inesse simpliciter, quæ non potest falsificari sicut est propõ necessaria: sed propositio de inesse vt nunc est, q̃ pro aliquo tẽpore est vera: vel potest esse vera: vt omnis homo currit. Et

Quotuplex est propõ de inesse.

C quòd Aristo. intelligat de omni propositione de inesse patet: quia si solum intelligeret de illis de inesse simpliciter, tunc malè diceret, quòd maiore existẽte de inesse & minore de necessario, non sequitur conclusio de necessario: quia si maior sit de inesse simpliciter, & minor de necessario, sequitur cõclusio de necessario, ac si maior esset de necessario. Et dicitur notãter, diuisa: quia maiore de necessario & minore de inesse, non sequitur conclusio de necessario composita, vt nõ sequitur, omnem deum necesse est esse essentiam diuinam: omne creans est deus, ergo omne creans essẽtiam diuinã est necesse, quia pręmissæ sunt verè & conclusio falsa. Secundũ dictum: maiore de inesse & minore de necessario, non sequitur conclusio de necessario gratia formæ in prima figura; quia dabilis est instantia: vt in barbara non sequitur, omne animal est coloratũ: oĩs homo necessario est animal: ergo oĩs homo necessario est coloratus. Etiam non sequitur in celarent, nullum animal currit, hoc posito omnis homo necessario est aĩal: ergo oĩs homo necessario non currit: cum pręmissę possint esse veræ & cõclusio falsa: cũ ęquipolleat isti, omnis hõ impossibiliter currit, & sic de aliis. Aduerte tamen, quòd si maior esset de inesse simpliciter, tunc bene sequeretur conclusio de necessario, sed hoc non esset gratia formæ, cum non sequatur conclusio de necessario maiore existente de inesse vt nunc: nisi forte diceretur quòd propositiones de inesse simpliciter,

B (margin letter beside "ficat ꝙ a necessario")

D (margin letter beside "sario gratia formæ")

& de

E & de inesse vt nunc, nō sunt eiusdem formæ: quod non videtur multum probabile.

Dubium de cōclusione propōne de inesse & necessario in prima figu.

DVBITATVR secundo. Vtrum ex vna de necessario, & alia de inesse in secunda figura sequatur cōclusio de necessario. Pro cuius solutione ponitur talis regula in modis vniuersalib⁹ secundæ figuræ negatiua existēte de necessario, & affirmatiua de inesse, sequitur conclusio de necessario diuisa: dùmodo semper caueatur quòd negatio non ponatur ad modum: quia si sic, non oporteret consequentiam valere, cum ille propositiones æquiualeant aliquibus alijs propositionibus, quæ non essent de necessario. Etiam ista regula est vera in festino: nā maiore existente de necessario, & minore de inesse, sequitur conclusio de

F necessario: quia in tali modo arguendi non est dabilis instantia. Secunda regula: in modis secundæ figuræ affirmatiua existente de necessario, & negatiua de inesse, nōn sequitur conclusio de necessario: nisi forte illa de inesse esset de inesse simpliciter: sed tunc non sequeretur nisi gratia materiæ: quia si ipsa esset de inesse vt nunc, non sequeretur, vt patet in cessare, nullum creās est essentia diuina: posito q de⁹ nihil creat omnis deus de necessitate est essentia diuina: ergo omnis deus de necessitate non est creans: præmissæ sunt verè & conclusio falsa, cum æquiualeat isti omnis deus impossibiliter est creans. Similiter in camestres nō sequitur, omnis deus de necessitate est essentia diuina, nullum creans est essentia diuina, posito priori casu; ergo

G omne creans de necessitate non est deus. Tertia regula, in Baroco nunquam sequitur cōclusio de necessario quæcunq; et præmissa fuerit de necessario. Exēplum quando maior est de necessario, vt non sequitur, omne creans de necessitate est deus; quoddam creans non est deus, posito q deus nihil creet; ergo creans de necessitate non est creans. Exemplum quando minor est de necessario, vt posito q modo nulla sit substantia, nisi actu intelligens, & q omnes aīæ sint annihilatæ, sed possint cras creari & creabuntur animæ plantarum, tunc non sequitur omnis substantia est intelligens, quandam substantiam necesse est non esse intelligentem, s. animam plantæ; ergo quādā substantiam necesse est non esse substantiam, præmissæ sunt verè & conclusio falsa: igitur. H

Dubium de mixtione aliquarum ppōnū in tertia figu.

DVBITATVR tertio. Vtrum in tertia figura valeat mixtio ex vna de necessario & alia de inesse. Ad quam respondetur ponendo aliquas regulas. Prima regula, in istis quatuor modis. s. Darapti, Felapton, Datisi, & Ferison, maiore de necessario, & minore de inesse sequitē conclusio de necessario, quia in tali modo arguendi non est dabilis instantia, vt visum est in textu. Secunda regula: in talibus modis maiore de inesse, & minore de necessario, non sequitur conclusio de necessario gratia formæ. Exemplum in Darapti, vt non sequitur omnis deus est creans, omnem deum necesse esse primam causam: ergo primam causam necesse est esse creantem præmissæ sunt veræ, & con-

A & conclusio falsa. Et si quis dicat; dicit Ari. in textu quod quęcunque præmissa fuerit de necessario in darapti, sequitur conclusio de necessario. Respondetur quòd intelligebat si illa de inesse esset de inesse simpliciter. Exemplum in felapton; vt posito casu quod deus non creet sortem, quē tamen potest creare: tunc non sequitur nullum creans sortem est deus; & omne creans sortem necesse est esse primam causam: ergo primā causam necesse est non esse deum: præmissę sunt verę, & conclusio falsa. Ex isto sequitur quod etiam in ferison & bocardo maiore de inesse & minore de necessario, non sequitur conclusio de necessario: & posset dari exemplum per idē exēplum de Felapton.

B Tertia regula in Disamis & Bocardo maiore existente de necessario & minore de inesse non sequitur conclusio de necessario. Exemplum primo in Disamis non sequitur, quēdam planetam existentem in cancro necesse est esse solem; & omnis planeta existēs in cancro est luna, posito casu quod ita sit: ergo lunam necesse est esse solem. Exemplum in bocardo, quendam planetam existentem in cācro necesse est non esse solē: & omnis planeta exñs in cācro est maximus planeta; ergo maximū planetā necesse est non esse solem. Ex quo sequitur quod in bocardo nunquā sequitur conclusio de necessario grā formę. Etiam in Disamis: qa maiore exñte de inesse & minore de necessario, nō sequitur cōclusio de necessario grā formę; vt non sequitur, deus est creans, oīs deus de necessitate est prima causa: ergo prima causa de necessitate est creans; cum præmissę sint verę & conclusio falsa. C Et si quis dicat: dicit Arist. in textu quod minore de Disamis existente de necessario & maiore de inesse sequitur conclusio de necessario. Dico quod hoc intelligitur, si illa de inesse sit de in esse simpliciter; sed tunc non sequitur gratia formæ. Et hæc de secundo articulo. Qantum ad tertium articulum sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Ex ambabus præmissis de necessaria vel vna de necessario & alia de inesse fit bonus syllogismus: vt satis patet in quæstione. Ad rationes ante oppositum. Ad primā dicitur: quod sicut conclusio est falsa, ita altera præmissarū scilicet

D maior. Dicunt tamen aliqui quod non sequitur; ex eo quod illa de inesse nō est de inesse simpliciter; sed prima solutio est melior. Ad secundā dicitur quod Ari. non vult negare quod illi modi non possint reduci per impossibile: sed hoc ideo dicit: quia si reducantur, non reducentur per impossibile p illā de necessario. Ad tertiā & quartam dicitur: quod sicut conclusio est falsa: ita & altera præmissarum. Ad quinta dicitur, quod oportet accipere illam de inesse indifferentur, si debeat fieri syllogismus gratia formę.

Contingētis diffinitio. POST hoc dicemus de cōtingenti quādo & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autem contingere & cōtingens quo.

ISTE est quartus tractatus hui⁹ libri, in quo determinat de

E generatione syllogismorũ ex ambabus de contingenti: & continet quatuor capitula. In primo ponit diffinitionem contingentis dicens: Contingens est, quo non existente necessario, tamen posito inesse, nullũ sequitur impossibile. Ex quo sequitur ꝙ ibi determinat de contingenti ad vtrumlibet: quod pt tam esse q̃ nõ esse & non de cõtingenti possibili: & est superius ad necesse: de quo determinatum est in secundo Peri hermenias. Et subdit ꝙ propositiones de contingenti ad vtrumlibet conuertuntur in oppositam qualitatem: dummodo modus vniformiter se habeat: vt sortem contingit currere: ergo sortem contingit non currere. Et istud probat phylosophus: quia quod contingit esse non est necesse esse neq; impossibile: & ꝙ non est necesse esse neq; impossibile esse, contingit non esse, ergo de primo ad vltimum quod contingit esse contingit non esse. Et subdit ꝙ F talis, sortem contingit non esse habet figuram affirmatiuam. i. non est affirmatiua, sed est simpliciter negatiua. Consequenter diuidit tale contingens: dicens ꝙ tale contingens ad vtrũlibet est triplex scilicet natum, rarum, & indefinitum seu indeterminatum. Natum ꝙ magis se habet ad esse quàm ad non esse: vt hominem canescere in senectute. Et propositio de tali contingenti conuertitur in propositionem de contingenti raro: vt sortẽ contingit canescere in senectute ergo sortẽ cõtingit non canescere in senectute, quæ est de cõtingenti raro. Contingens rarũ, est ꝙ magis se habet ad non esse quàm ad esse: vt G hominem non canescere in senectute: & propositio de tali cõtingenti conuertitur in propositionem de cõtingenti nato. Sed contingens indefinitum est ꝙ tam se habet ad esse, quàm ad non esse: vt hominem currere: & propositio de tali contingenti conuertitur in propositionẽ de contingenti nato vel aliquando raro. Et subdit ꝙ licet ex talibus propositionibus non fiant demonstrationes, tamen bene fiunt syllogismi dialectici: quia circa tales ꝓpositiones possunt fieri considerationes topicæ. Et subdit finaliter ꝙ propositiones de tali contingenti possunt habere duplicem sensum. Vnus est, in quo denotatur prædicatum contingenter cõuenire subiecto. Alius est, in quo denotatur prædicatum non solum conuenire subiecto, sed omni illi q̃d H potest esse subiectum: vt omne currens contingit esse hominẽ: vnus sensus est, ꝙ omne illud quod est currens, contingit esse hominem: hoc est verum prohibendo ampliationem. Alius est ꝙ omne quod potest esse currens, contingit esse hominẽ: & iste est verus de rigore sermonis non prohibendo ampliationem.

QVANDO ergo a contingit omni b, & b omni c, syllogismus erit perfectus: qm̃ a contingit omni c.

Conclusiones de generatione syllogismorũ de cõtingẽti ad utrũlibet.

ISTVD est secundum capitulum huius tractatus, in quo philosophus determinat de generatione syllogismorum de cõtingenti in prima figura: & diuiditur

A ditur in tres partes. In prima ponit primo talem cõclusionẽ: ex ambabus præmissis vniuersalibus affirmatiuis de contingenti ad vtrumlibet diuisis, sequitur conclusio vniuersalis affirmatiua de contingenti. Secunda conclusio: maiore vniuersali negatiua de contingenti & minore vniuersali affirmatiua, sequitur conclusio vniuersalis negatiua de contingenti. Tertia conclusio: maiore vniuersali affirmatiua & & minore negatiua, nõ fit perfectus syllogismus, nisi minor conuertatur in oppositã qualitatem. Quarta cõclusio; ex ambabus vniuersalibus præmissis negatiuis non fit syllogismus perfectus, nisi minor cõuertatur in oppositam qualitatem. Alia conclusio: maiore vniuersali siue affirmatiua siue negatiua &
B minore particulari affirmatiua de contingenti, sequitur particularis affirmatiua vel negatiua de contingenti: & hoc in darij vel ferio: sed si minor sit negatiua non fit syllogismus perfectus nisi cõuertatur in oppositã qualitatem. Et si maior sit particularis & minor vniuersalis vel ambæ particulares vel indefinitæ, non fit bonus syllogismus: quia ibi sunt dabiles termini in quibus oĩ & in quib. nulli: Et ibi debet accipi contingens ad vtrũlibet, & non cõtingens necessariũ vel possibile. In secunda pte determinat de generatione mixta syllogismorũ ex vna de inesse & alia de contingenti. Et ponit aliquas regulas. Prima, maiore vniuersali de contingenti & minore de inesse fit syllogismus pfectus concludens conclusionẽ de contingenti ad vtrumlibet.

C Secunda regula: maiore de inesse & minore de contingenti in eisdem modis fit bonus syllogismus imperfectus concludens cõclusionem de contingenti possibili & non ad vtrũlibet. Consequenter ponit aliqua documẽta ad perficiendum huiusmodi syllogismos. Primum, cuiuslibet bonę consequẽtiæ si añs est possibile, consequens non erit impossibile: qa si det̃ oppositũ. s. q̃ añs sit possibile & consequens impossibile, tũc a pt esse nõ existente b, cũ sit impossibile: & sic ad añs bonæ cõsequẽtię nõ seq̃t̃ cõsequens. Deinde remouet vnã cauillationẽ: qa eo q̃ dictũ est q̃ ad a seq̃t b, q̃s posset credere q̃ per a philosophus intelligeret vnã solã propõtionẽ, q̃ debeat esse añs. Dicit q̃ non: qa ex vno nihil sequit̃ syllogistice supple.
D Secundũ documentũ: quamuis ex antecedente falso, non tñ impossibili bene sequat̃ falsũ. nõ tñ sequit̃ impossibile. Consequenter ꝓbat q̃ mixtio ex vna de inesse, & alia de contingenti in Barbara fit bona: & hoc duabus rationibus, quarum Prima est: quia ex opposito contradictorio cõclusionis cũ minore posita inesse, infertur oppositũ maioris in Bocardo. Et hoc probat in literis. Secundo ꝓbat reducẽdo ad ipsummet Barbara, mutando minorẽ de contingenti in vnã de in esse. Probat etiã de Celarẽt: quia ex opposito cõclusionis cum minore posita in esse, sequitur contradictoria maioris in Disamis. Et subdit q̃ ad hoc quòd istomodo debite arguatur, duæ conditiones requiruntur. Prima, quòd maior non sit de inesse vt nunc:

B qa tūc essent dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli. Secunda conditio ꝙ conclusio capiatur pro contingenti possibili,quod probat dupliciter: qa ex opposito huius conclusionis de contingenti nullum c,contingit esse a: sumitur hæc, quoddā c,necesse est esse a; quod nō fieret si illa de contingenti non esset de cōtingenti possibili. Secūdo probat per exemplum : vt nullum intelligens est coruus: omnem hominē contingit esse intelligentem : ergo nō omnem hominē cōtingit nō esse coruū. Tertia regula maiore vniuersali negatiua de inesse vel affirmatiua & minore vniuersali negatiua de contingenti fit syllogis-
F mus imperfectus; qui debet perfici conuertēdo minorem in oppositam qualitatem. Quarta regula quæ est de modis particularibus: maiore vniuersali siue affirmatiua siue negatiua de cōtingenti, & minore particulari affirmatiua de inesse fit bonus syllogismus in darij vel in ferio: sed si maior sit particularis negatiua de contingenti, fiet syllogismus imperfectus. In tertia parte principali determinat de formatione ex vna de necessario & alia de contingenti,ponendo aliquas regulas. Prima regula; si maior sit vniuersalis affirmatiua de necessario, & minor vniuersalis affirmatiua de cōtingenti fit syllogismus imperfectus ad concludendum conclusionem de cōtingēti possibili. Secunda regula: si maior fuerit vniuersalis affirmatiua de contingenti: & minor vniuersalis affirmatiua. fit syllogismus perfectus ad concludendum cō-
clusionem de contingenti specialiter capto. Deinde ostendit qualiter arguendum est in G
negatiuis ponens aliquas regulas. Prima: si maior sit vniuersalis negatiua de necessario: *Regula*
& minor affirmatiua de contingenti, potest sequi duplex conclusio scilicet de contingenti & de inesse. Secunda regula; ꝙ ex maiore vniuersali negatiua de contingenti; & minore vniuersali affirmatiua de necessario, fit syllogismus perfectus cōcludens cōclusionem de contingenti specialiter capto: & hoc in Celarent. Tertia regula: si in illa mixtione minor sit negatiua de contingenti, fit syllogismus imperfectus: qui perficit conuertendo minorem in oppositā qua- H
litatem: sed si minor sit negatiua de necessario non fit bonus syllogismus. Deinde docet formare syllogismos particulares ponens tres regulas. Prima: maiore vniuersali negatiua de necessario: & minore particuri affirmatiua de contingenti sequitur conclusio de contingenti large capto & etiam de inesse: Secunda regula: maiore vniuersali negatiua de contingenti; &
minore particulari affirmatiua *Regula.*
de necessario, sequitur conclusio de contingenti specialiter capto. Tertia regula; si vniuersalis affirmatiua sit de necessario & particularis de contingenti, sequitur conclusio de contingenti & non de inesse. Ex istis infert quòd maiore particulari de necessario, nón fit syllogismus directe concludendo; quia dandi sunt termini in quibus omni & in quibus nulli. Etiam non sequitur, maio-

A maiore de contingenti particulari; & minore vniuersali negatiua de necessario. Infert Tertio ꝙ in eisdem modis valet mixtio ex vna de contingenti, & altera de necessario; sicut ex vna de contingenti, & altera de inesse.

In secunda autem figura quando contingentes quidem sumuntur vtreq; propositiones nullus erit syllogismus.

Quō formantur syllog. in 2. figura. ISTVD est tertium capitulum huius tractatus: in quo phylosophus determinat de formatione syllogismorum ex ambabus de contingenti in secunda figura; Et diuiditur in tres partes. In prima ponit aliquas regulas: quarum prima talis est: ex ambabus de contingenti qualitercunq; dispositis non fit syllogismus in secunda figura gratia formæ. B Secunda regula; ex affirmatiua de inesse, & altera de contingenti in secunda figura nullus fit syllogismus: sed bene potest fieri vniuersali negatiua existente de inesse. Tertia regula: in mixtione de necessario & contingenti eodem modo syllogizandum est sicut ex vna de inesse & alia de contingēti; & infert ꝙ contingens eodem modo debet capi in hac figura sicut in prima scilicet pro contingenti specialiter dicto. Deinde probat tribus rationibus ꝙ vniuersalis negatiua de contingenti, nō conuertatur simpliciter in terminis faciendo de subiecto prædicatum, & econtra. Et debet intelligi de negatiua, vbi negatio non ponatur ad modū; C Prima ratio: quia si vniuersalis negatiua conuerteretur simpliciter in terminis, tunc et vniuersalis affirmatiua cōuerteretur simpliciter: quod est falsum; cōsequentiam probat: quia vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua de cōtingenti ad vtrūlibet æquipollent. Secunda ratio: quia tunc ex vero sequeretur falsum: nam si ista conuertatur, omnem hominem contingit non esse album. ergo omne album contingit non esse hominem, ex vero sequeretur falsum: cum antecedens est verum & cōsequens falsum. Tertia ratio: quia illa cōsequentia non est bona in qua ex opposito contradictorio consequentis non infertur oppositum antecedentis: sed ista est huiusmodi. igitur, & hoc probat in literis: quia oppositum contradictoriū istius, omne a cōtingit nō esse b. est istud D non omne a contingit non esse b: ad quod non sequitur istud, quoddam b necesse est esse a, quod est oppositum antecedentis. Consequenter in secunda parte principali determinat de generatione in speciali syllogismorum ex vna de inesse & alia de contingenti: in secunda figura ponendo aliquas regulas, quarum prima est; In *Regula.* modis vniuersalibus secundæ figuræ affirmatiua existente de inesse: & negatiua de contingenti non valet syllogismus: quia ibi sunt dabiles termini in quibus omni & in quibus nulli. Secunda regula; in eisdem modis propositione de inesse existēte affirmatiua fit bonus syllogismus. Tertia regula; ex ambabus existētibus negatiuis in

B nis in eisdē modis altera de contingenti, & altera de inesse fit syllogismus imperfectus: qui debet perfici conuertendo negatiuam de contingēti, in oppositam qualitatem. Quarta regula, ex ambabus præmissis affirmatiuis altera de contingenti & altera de inesse, nō fit bonus syllogismus. Quinta regula: eodem modo syllogizandum est in particularibus sicut in vniuersalibus: ita qp si illa de inesse sit affirmatiua, non fit bonus syllogismus. Sexta regula: si ambę præmissæ sint particulares, non fit bonus syllogismus. In tertia parte principali determinat de mixtione syllgismorum: ex vna de necessario & alia de contingēti; & intendit quatuor regulas. Prima; in modis vniuersalibus secundæ figuræ semper valet syllogismus negatiua existente de necessario ad concludendum conclusionē de cōtingenti & etiam de inesse. Secunda regula, si ambę sint negatiuę, fit syllogismus imperfectus: qui perficitur conuertendo illam de contingenti in oppositam qualitatem. Tertia regula: affirmatiua existente de necessario, nunquam valet syllogismus in secūda figura. Quarta regula; eodem modo syllogizandum est ex vna particulari & altera vniuersali in modis particularibus, siue vniuersalibus.

Regula.

In postrema autem figura & vtrisq; contingentibus vel altera erit syllogismus.

Istud est quartum capitulū huius tractatus, in quo philosohus determinat de formatione syllogimorum ex illis de contingenti in tertia figura. Et G diuiditur in tres partes. In prima docet formare syllogismos ex ambabus de cōtingēti, ponēdo aliquas regulas. Prima est: in tertia figura ambabus præmissis existentibus de contingēti aut altera tantum, erit bonus syllogismus siue sint affirmatiuæ siue negatiuæ. Secunda regula: ex ambabus de contingenti altera existente particulari & altera vniuersali, siue ambę sint affirmatiuę siue negatiuę siue altera tantū, semper fit bonus syllogismus: Tertia regula; quādo ambę præmissæ sunt particulares vel indefinitę, nunquā fit bonus syllogismus. In secunda parte determinat de formatione mixta syllogismorum ex vna de inesse & altera de contingenti in tertia figura. Et ponit tres regulas. Prima: in om H nibus modis tertiæ figuræ ex vna de inesse & altera de contingenti; dummodo illa de inesse sit de inesse simpliciter, fit bonus syllogismus. Secunda regula: si ambę sint negatiuæ, quarum prima sit vniuersalis: dummodo minor sit negatiua de contingenti, fit syllogismus imperfectus, qui perficitur cōuertendo propositionem de cōtingenti in oppositā qualitatē. Tertia regula: ex ambabus particularibus vel indefinitis nō fit bonus syllogismus. In tertia parte determinat de generatione mixta syllogismorum ex vna de necessario & alia de cōtingenti in tertia figura: & intendit quatuor regulas. Prima: in modis affirmatiuis tertiæ figuræ altera existēte de necessario & altera de cōtingenti, qp fit cōclusio de contin-

Regula.

A contingenti. Secunda: in modis negatiuis si affirmatiua sit de necessario, sequitur solum conclusio de contingenti: si vero negatiua sit de necessario, sequitur conclusio tam de inesse quã de contingenti. Tertia regula: minore negatiua de contingenti, fit syllogismus imperfectus: qui perficit per conuersionẽ in oppositam qualitatem. Quarta regula; eodem modo syllogizandum est in modis particularibus, sicut ĩ modis vniuersalib⁹.

An diffinitio contingentis & regula de formatione syllogismorum sint sufficiẽter assignata.

QVAERITVR vtrum diffinitio cõtingentis, & regulæ de formatione syllogismorum ex B ambabus vel altera de contingenti vel de necessario, sint a phylosopho sufficiẽter assignatæ. Arguitur contra primam ꝑtem; quia diffinitio contingentis conuenit sorti, ex quo sortes non est, quid necessarium: & ipso posito in esse, nullũ sequitur impossibile. Item vel ibi diffinitur contingens primę intentionaliter vel secundæ intentionaliter; sed nullum illorum est dicendum: igitur. Secundo sic cõtra aliam partem: quia non seq̃tur omne albũ contingit esse hominẽ: oẽ risibile contingit eẽ album: ergo oẽ risibile contingit esse hoiem: cum añs sit verũ & consequens falsum, cũ ex ipsa se quat̃ ista, oẽ risibile cõtingit nõ esse hoiem: quod est falsum. Tertio sic: Non sequitur omne currens est hõ. omnẽ asinũ contingit esse currentẽ: ergo omnẽ asinũ contingit esse hoiem. Quarto sic: In omni bono syllogismo C conclusio debet esse similis alicui ꝑmissarũ: ergo qñ præmissæ sunt de cõtingẽti vel de necessario, nõ potest seq̃ conclusio de inesse. Quinto: Nõ sequit̃ oẽ suppositũ in diuinis esse deũ. est cõtingens: q̃libet persona diuina necessario est suppositũ: ergo q̃libet personam diuinã esse deũ est contingens. In oppositũ est phylosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum quòd quando diffinitur contingens, diffinitur contingens captum secundæ intentionaliter & non primę intentionaliter; puta vt est differentia entis: vel vt est quoddam syncategorema determinans copulam vel compositionem prædicati cum subiecto. D Vnde contingens secundæ intẽtionaliter captum non est aliud quam propositio contingens, quæ non est necessaria neq; impossibilis. Vnde ꝓpositio cõtingens est, quæ qualitercunq; per ipsam significat̃ esse significatione totali contingit ita esse: & illud ita esse neq; est necessarium neq; impossibile neq; ad ita esse sequitur aliquod impossibile. Ex quo sequitur ꝙ ibi non diffinitur propositio de cõtingenti: quia oĩs propõ de cõtingenti est necessaria vel impossibilis. Ex siq̃s dicat: illa diffinitio implicat cõtradictionẽ: igr̃. Añs ꝓbatur; quia denotat ꝙ si nullum necessarium sit, ꝙ ipsa ꝑt poni inesse: ꝙ est falsum: etiam denotat ꝙ si nullũ sit necessariũ, nullũ sequit̃ impossibile, qđ est falsum; cũ ad impossibile sequat̃ qđliget Rñdet ꝙ non facit illum sensum,

Arti.1.

Contingẽs quo diffinitur.

E Sed facit istum : contingens .i. propositio contingens, est quæ non est necessaria : & posito ita esse sicut per ipsam significatur: nullũ sequitur impossibile. Vnde propositionem poni in esse, potest tripliciter intelligi. Vno modo propositio potest sic poni inesse, dum profertur vel scribitur, & ad ipsam sic poni inesse, non sequitur aliquod impossibile. Aliomodo ꝙ ipsa ponatur inesse vero, puta ꝙ ponatur ꝙ ipsa sit vera, &c. sic non oportet. Nam secundum aliquos multæ sunt propositiones possibiles, q̃ nunquam possunt esse veræ, vt illa nulla propositio est vera, q̃ nunquam potest esse vera, & tñ est possibilis secundum eos: q̃a qualitercunq; per ipsam significatur esse, possibile est ita esse: quia possibile est, ꝙ nulla propositio sit negatiua.

Quot modis intelligitur ꝑ ponem poni inesse.

F Aliomodo propositio dicitur poni inesse: quia ponitur ita esse sicut per propositionem significatur esse vel fuisse, vel fore: & sic capitũ hic. Vnde ad põnem eius quod significatur, per propositionem contingentem vel possibilem, nullum sequitur impossibile.

Vtrũ ex possibili sequatur impossibile.

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidũt aliquæ difficultates. Prima: an ex possibili sequatur impossibile. Et videtur quòd sic: quia bene sequitũ omnis propositio est affirmatiua: ergo nulla est negatiua: & tamen antecedens est possibile, & consequens impossibile: quia quandocunque ponetur semper significatur aliter esse quàm sit. Item bene sequitur, in istam partem continuum potest diuidi & in istam partem: & sic de alijs, ergo in omnem partem continuum potest diuidi: & tamen antecedens est possibile: & consequens impossibile: igitur. Itẽ bene sequitur, heri fuisti extra ciuitatem: ergo tunc non fuisti intra ciuitatem: posito ꝙ heri non fueris extra ciuitatem, sed in ciuitate: antecedens est possibile & consequens impossibile: cum sit vna propositio de ꝓterito falsa: cuius contradictoria est necessaria: puta ista, ego fui heri intra ciuitatem; cum omnis propõ de præterito vera sit necessaria. Item bene sequitur: nulla propositio est vera: ergo chimera est: cum oppositũ consequentis non potest stare in veritate cum antecedente, & tamẽ añs est possibile, & consequens impossibile: igitur. In oppositũ est philosophus in textu. Et posset probari ratione: nam si añs sit possibile: & consequens impossibile, poterit ita esse sicut ꝑ consequens significatur: dato ꝙ non ita sit sicut per consequens significatur, quòd est impossibile in bona consequentia, ideo respondetur ad rationes. H Ad primam dicitur ꝙ licet cõsequens sit falsum, cũ sit propõ falsificãs seipsam: tñ non est impossibile. Alij dñt & meli⁹ ꝙ ꝓpriè nõ sequitur, quia argueretũ ab vna hypotetica copulatiua ad aliã copulatiuã: q̃a ꝓpõnes falsificantes seipsas sunt hypoteticæ copulatiuę, vel saltem sunt propõnes plures. Ad secundam dr̃ ꝙ licet omnes illæ singulares sint possibiles, tamen sunt incompossibiles adinuicem: ideo copulatiua cõposita ex ipsis est impossibilis. Et per hoc hr̃, ꝙ ad hoc ꝙ ꝓpõ vniuersalis de possibili sit vera nõ sufficit oẽs ꝑtes eius esse

veras:

A veras: sed requiritur ꝙ sint com possibiles. Dicunt tamen aliqui ꝙ sufficit ꝙ illę singulares seorsum sint possibiles; ideo ad ponendum propositionem vniuersalem de possibili inesse, sufficit quòd ponatur inesse per singulares sumptas sine coniunctione; melius tamen est ꝙ ponatur inesse per singulares compossibiles adinuicē. Vnde ad ponendum aliquas propositiones inesse ponuntur aliquę regulæ. Prima; quando alicuius propositionis subiectum & prædicatum repugnant; tunc debet mutari subiectum in hoc pronomen hoc; vt album potest esse nigrum; ponitur sic inesse, hoc est nigrum; meretrix erit virgo, hoc erit virgo, & sic de aliis. Etiam quando ponit̄ aliqua determinatio repugnans illi de præsenti debet B remoueri; vt ego bibā cras sic ponitur in esse, ego bibo; & ista, sine pedibus homo potest ambulare; ponitur sic, homo ambulat. Etiam propositio de copulato debet poni per partes sumptas sine coniunctione; vt Adam & Noe fuerunt, sic ponitur inesse; Adam est, Noe est. Ad aliam dicitur ꝙ proprie cōsequentia non valet, cum antecedens in aliquo casu potest esse verum consequente existente falso; vt si deus faceret hominem in diuersis locis. Ad aliā dicitur, quòd licet consequens non possit stare in veritate cum antecedente; hoc tamē non sufficit ad bonam consequentiam; sed requiritur ꝙ repugnet antecedēti. Et si dicatur, antecedens non potest esse verum sine consequente; igitur. Respondeo: ꝙ hoc non sufficit ad bonam consequentiā; sed requiritur quòd C qualitercunq; per antecedens significatur esse impossibile est esse quin ita sic, sicut per consequens significatur.

TERTIO sciendum, quòd proprie ex propositionibus de vero & falso non fiunt aliter syllogismi quam ex illis de inesse saltem ex illis de vero; vnde ista propositio, omnē hominem verum est esse animal, potest habere istum sensum, talis propositio, omnis homo est animal est vera; & est sensus compositus. Si autem sumatur significatiuè, tunc sensus est, omnis homo est animal. Similiter de ista, hominem falsum est esse animal; talis propositio, homo est animal est falsa, vel nullus hō est animal. Ex quo sequit̄ quòd idem significatur per istā hominē verū est esse animal; & ꝑ istā, hō est animal; & per istā hoīem falsum est esse animal; & ꝑ istā, nullus hō est animal. Et sic patet ꝙ reducendo istas de vero & falso ad illas de inesse simpliciter syllogizandum est ex ipsis. Sed restat dicere de scito, opinato, & imaginato; vnde ad omnem propositionem de scito cū ista implicatione quod est sine affirmatione vel negatione, ad propositionē de inesse est bona cōsequētia; vt bene seq̄t, oē qđ est b scio esse a; ergo oē b est a; vñ iste terminus scio, ampliat subiectum ad supponendum non solum ꝑ pśentibus, sed et̄ ꝑ pteritis & futuris. Et ideo si non ponatur ly quod est, non valet cōsequentia, vñ dato ꝙ deus nunc nihil crearet; tūc ista est vera, omne creans nūc nō scio esse deū; & tūc ista esset falsa, omne creans est

Quo fiāt syllog. ex ꝓpositionib. de vero, & falso.

D

est

E est deus:ideo nō sequit, φ si ego sciā omnem hominem esse coloratum, φ omnem hominem sciā esse coloratum: sequitur.n. φ omnem hominem, siue mortuū, siue generandum scio esse coloratum. Et ideo magna est dīa inter istas duas propositiones scio omnem numerum denariorum existentium in bursa tua esse parem: & omnem numerum denariorum existentium in bursa tua scio esse parem. Ex istis sequitur, φ in qualibet figura ex ambabus de scito fit bonus syllogismus: dummodo caueatur ne varietur appellatio: quia appellat prædicatum secūdum suā propriam rationem. Sed de opinato non possunt fieri boni syllogismi: Nam pono casum, φ ego videam vnum lapidem à longè, & opinor eum esse animal,

F & cum hoc ego opinor omnē lapidem esse inanimatum, tunc ex vero sequitur falsum: sic arguendo, hunc lapidem opinor esse inanimatum, & hunc lapidē opinor esse animal: ergo animal opinor esse inanimatum.

QVARTO sciendum, φ circa textum incidūt aliquæ partuæ difficultates. Prima: vtrum à propositione de inesse ad propositionem de contingenti valeat consequentia. Respondetur, quòd à propositione de inesse indefinita particulari, vel singulari ad vnam de contingēti particularem indefinitam, vel singularem est bona consequentia: vt bene sequitur, homo est albus: ergo hominem contingit esse album, sed ab vniuersali ad vniuersalem, non valet consequentia: quia argueretur à minus amplo ad magis amplum cum distributione magis

Quæ valet cōseqñtia a ppō ne de ines se ad propōnem de cōtingēti.

G ampli: etiam ex vero sequeret falsum, sicut dictum est superius ex vniuersali de inesse ad vniuersalem de possibili: vt nō sequitur, oē albū est equus: dato φ nihil sit albū nisi equus: ergo oē albū cōtingit esse equū: quia cōsequēs est falsum, cum sensus sit, oē quod pt esse albū contingit esse equū. Alia difficultas: vtrū hominē esse sit vnū contingens. Et vr̄ φ non quia non pt non esse: igitur. Antecedens patet: qa posset non esse qñ est vel quādo non est: non quando est: quia si aliquid quando est potest non esse: ergo quando aliquid pōt esse, potest non esse: ergo aliqd simul & semel potest esse & nō esse. Dñt aliqui concedēdo totū argm̄ in sensu diuiso: sed non in sensu composito. Dñt tamen ali

Hoīem esse, an sit cōtinges.

H qui, φ non sequitur aliquid simul & semel potest esse & non esse: quia signetur illud tale & demonstretur: & demonstrato sic arguitur: hoc potest esse & non esse: ergo ista esse possibilis, hoc est non est. Patet consequentia: quia qualibet singularis cuius subiectum est nomen proprium aut pronomen demōstratiuum si est vera, habet aliq de inesse possibilem. Et isti dñt φ non sequitur quando aliquid potest esse, potest non esse: ergo aliquid simul & semel potest esse & non esse: sed bene sequitur conclusio, aliquid simul potest esse & non esse. Et hæc de primo articulo. Quantum ad 2m.

DVBITATVR primo. Vtrū propō de contingenti ad vtrūlibet posit cōuerti in oppositā qualitatē. Et arguitur primo φ nō: quia non sequitur chimeram *Art. 2.*

Vtrũ propõ de contingenti ad utrũlibet cõuertatur in oppositã qualitatem.

A ram cõtingit non esse: ergo chimeram contingit esse. Secũdo sic: Non sequitur nullum hominẽ contingit esse albũ: ergo oẽm hoĩem contingit esse albũ igit. Tertio sic: ex negatiua nunq̃ sequit affirmatiua formaliter: igr̃ ista consequentia non valet, hominẽ contingit non currere. ergo hominẽ cõtingit currere. Nã negatiua hẽt duas causas veritatis, & affirmatiua habet tm̃ vnã causam veritatis. Quarto sic: Vnum oppositorum non infert reliquum: sed ista opponuntur omnem chimerã contingit non esse, & omnem chimeram contingit esse: igitur. Quinto sic arguendo: Omnem hominem contingit esse album: ergo oẽm hominem contingit non esse album, arguitur à non distributo ad distributum: ergo consequentia non est bona.

B In oppositũ est philosophus in textu. Pro cuius responsione supponitur primo, q̃ propõnes de contingenti specialiter capto compositę quo ad se totas eodem modo cõuertũtur, sicut illę de inesse: sed quo ad dictũ non eodem mõ conuertuntur, sicut ille de inesse. Nam illæ propositiones quarũ dicta possunt cõuerti simpliciter etiã conuertuntur simpliciter posita constantia propositionis, pro qua dictum consequentis supponit, & tenet ista consequentia per istam regulam: Sicut vnum conuertibilium est contingens ita & reliquum: sed propositiones de contingenti, quarum dicta non conuertuntur simpliciter, non conuertuntur in terminos quo ad dictum: quia nõ oportet si antecedens sit contingens quòd consequens sit contingens: ideo non sequitur omne existens esse deum est contingens: & hæc propositio deus est existens est: ergo deum esse existentem est contingens; cum antecedens sit verum & consequens falsum. Vnde tales propositiones compositæ non conuertuntur in oppositam qualitatẽ, vt non sequitur, omne exñs esse deum est contingẽs: ergo nullũ existens esse deum est contingens.

C Sed diuisæ de contingenti specialiter capto conuertũtur in oppositam qualitatem: dummodo caueatur q̃ in tali conuersione modus similiter se habeat in conuertente & conuersa: vt si vna negatio, non præponatur modo nec etiam in altera: sed verbum debet se hr̃e dissimiliter: ita q̃ in vna debet immediatè p̃poni negatio & in alia non: vt deus contingenter est creãs: ergo deus contingenter non est creans: similiter nullum creãs contingenter est deus: ergo nullum creans contingenter non est deus.

D Vnde conuersio in oppositam qualitatem, est duarum propositionum categoricarum diuisarũ de contingenti ad vtrũlibet vtroq; termino participantiũ eodẽ ordine oppositarũ̃ qualitatum, in quibus modus similiter se habet, vnius ad alterã formalis consequentia. Sed quæreret aliquis: vtrum tales propõnes diuisæ de contingenti specialiter capto conuertantur in terminis. Respondetur, q̃ vniuersalis negatiua de contingenti, in qua modus non negatur non conuertitur in terminis, vt satis probat Arist. Etiam vniuersalis affirmatiua, & particularis affirmatiua non cõuertuntur in

termi-

E terminis, cum ad affirmatiuam sequatur negatiua, & econtra. Similiter vniuersalis negatiua de contingenti in qua modus negatur, non conuertitur in terminis: quia non sequitur omne creans nõ cõtingenter est deus: ergo omnis deus non contingẽter est creans: cum antecedẽs sit verum & consequens falsum: igitur. Ad rationes. Ad primam negatur antecedens, quòd non sequatur: quia sicut vna est falsa ita, & alia. Ad secundam dr̃, ꝙ non bene arguitur: quia modus non se habet vniformiter. Ad tertiam dicitur, quòd ad negatiuam non sequitur affirmatiua formaliter: tamen bene materialiter, & hoc quando negatiua & affirmatiua conuertibiliter se habent. Et similiter dicãt F ad quartam & ad quintam.

Quo sumatur syllog. ex ambabus de cõtingenti, vel altera de contingẽti, vel altera de necessario, vel de inesse.

DVBITATVR secundo. Vtrum ex ambabus de contingenti, vel altera de contingenti & altera de inesse, vel altera de necessario fiat bonus syllogismus in prima figura. Pro cuius responsione supponitur primo, quòd ex ambabus de contingẽti compositis, attendendo qualitatem & quantitatem ex parte totius propositionis valet syllogismus: sed non attendendo ex parte dicti. Prima pars patet: quia nullibi reperitur instantia: secunda patet: quia non sequitur esse currens esse asinum est contingens, & omnem hominem esse currentem est contingens: ergo omnem hominem esse asinũ est contingens, cum præmissæ sint veræ & conclusio falsa. Sed ex ambabus diuisis de contingenti valet syllogismus ad inferendum conclusionem de contingenti specialiter capto & directè concludendo: vt patet in G ducendo in omnibus modis. Et dr̃ notanter directè concludendo: nam indirectè non sequeretur: vt non sequitur omne albũ contingit esse coloratum, omnẽ hominem contingit esse album: ergo omne coloratum contingit esse hominem. Etiam tales propositiones de cõtingenti specialiter capto non conuertuntũ in terminis: ideo non oportet, ꝙ concludatũ indirectè. Supponitur secũdo, ꝙ in quolibet modo primæ figuræ maiore de contingenti diuisa & minore de inesse, sequitur cõclusio diuisa de contingenti specialiter capto directè concludendo: sed maiore de inesse & minore de contingẽti non valet consequentia ad inferendum conclusionem de contingenti specialiter capto: sed bene ad inferendum conclusionem de contingenti possibili: dũ H modo illa de inesse sit de inesse simpliciter: & hoc videtur velle Arist. quod tamen forte non est verum: vt non sequitur nullum creans est deus, & omnis essentia diuina contingenter est creans: ergo omnis essentia diuina contingenter nõ est deus: cum præmissæ sint veræ & conclusio falsa: siue capiatur cõtingẽs generaliter, siue specialiter. Videtur etiam sibi cõtradicere: quia dicit quòd illa de inesse debet esse de inesse simpliciter: & postea exemplificat per istam nullum intelligens est coruus: ideo videtur ibi solum loqui disputatiuè. Tertiò supponitur, ꝙ maiore de contingenti, & minore de necessario sequitur cõclusio de contingenti in prima figura:

A figura: & hoc de cõtingenti speciali ter capto, sed maiore de necessario & minore de contingẽti sequitur conclusio de contingenti possibili & aliquando cõclusio de inesse: sed quando sequitur conclusio de inesse, tunc est syllogismus imperfectus, qui nõ regulatur per dici de omni, sed quia conclusio non est similis alicui præmissarum: modo oportet semper cõclusionem saltem de inesse esse similem alicui præmissarum, & hoc in qualitate sed non in quantitate: quia in Darapti conclusio est particularis: & tamen nulla pręmissarum est particularis. Quarto supponitur, ꝙ ex ambabus de contingenti compositis in secunda figura attẽdendo qualitatem & quãtitatem ex parte dicti simul, ex ambabus de contingenti di-

B uisis, in quibus modus non negatur: non valet syllogismus in secunda figura, sed bene ex ambabus diuisis, in quibus modus negatur. Quinto supponitur ꝙ ex vna de contingenti & altera de inesse, siue negatiua fuerit de inesse, siue de contingenti: nõ valet syllogismus gratia formæ in secunda figura: exemplum quando negatiua est de contingenti, vt non sequitur, omnis homo contingenter nõ est albus, omnis asinus est albus: ergo oĩs asinus contingenter non est homo: cum præmissæ sint verę & conclusio falsa. Exemplum quãdo negatiua est de inesse: vt nõ sequitẽ nullus homo est currens, omnis asinus contingenter est currens: ergo omnis asinus cõtingenter non est homo. Si tñ illa de inesse esset de inesse simpliciter forsan valeret consequẽtia: ideo quando dicit philosophus in textu quòd negatiua de inesse & alia de contingẽti valet syllogismus: hoc semper debet intelligi gratia materiæ. Supponitur sexto, quòd in secunda figura vniuersali negatiua existente de necessario & affirmatiua de contingenti diuisis, sequitẽ cõclusio de cõtingenti largè capto, & etiam de inesse, sed non alio modo videtur sequi gratia formæ. C

DVBITATVR tertio. Vtrum ex ambabus de cõtingenti vel vna de contingenti, & alia de inesse, vel de necessario valeat syllogismus in tertia figura. Pro cuius solutione supponitur primo quòd ex ambabus de cõtingenti diuisis in tertia figura valet syllogismus, nec est dabilis instantia. Secundo supponitẽ, quòd maiore de contingenti & minore de inesse valet syllogismus ad inferendum conclusionem de contingenti specialiter capto, & quando maior est de inesse simpliciter & minor de cõtingenti valet syllogismus ad inferendum cõclusionem de cõtingenti possibili, quia non reperitur instantia, & reducũtur ad primam figuram per conuersionem, demptis Bocardo & Disamis, qui reducuntur per impossibile & per syllogismum expositorium. Tertio supponitur, ꝙ in quolibet modo tertiæ figurę maiore diuisa de cõtingẽti spãliter capto & minore diuisa de cõtingẽti spãliter capto: sequitẽ cõclusio diuisa de cõtingenti spãliter capto: quia nõ est reperibilis instãtia. Et reducuntur tales syllogismi per syllogismũ expositorium & per impossibile, sed quæ

Quo valet syllogismus in tertia figura, ex ambabus de contingenti, & alia de inesse & necesse, &c.

D

præ-

E præmissa, quę debet conuerti est de necessario: tunc pt reduci p cõuersionem. Sed qñ maior est de necessario & minor de contingenti sequitur conclusio de necessario; quia non est dabilis instantia. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertiũ sic.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum; Diffinitio contingentis & regulæ de formatione syllogismorum ex ambabus vel altera de contingenti de inesse vel necessario sunt à philosopho sufficienter assignatæ. Ad rationes ante oppositũ. Ad primam patet solutio, quia ibi diffinitur contingens, quod est propositio & non primæ intentionaliter. Ad secundam dicitur ꝙ bene sequitur, sed maior est falsa: quia sensus est, omne quod potest esse album, potest F esse homo. Ad tertiam & quartam patet solutio ex dictis. Ad quintam dicitur, ꝙ ibi arguitur in cõpositis ex parte dicti ideo non valet. Etiam sicut conclusio est falsa. ita & altera præmissarum.

Syllogismi quo re soluitur. QVONIAM igitur q. in his figuris sunt syllogismi, perficiuntur per eos, qui in prima figura sunt, vniuersales syllogismos.

ISTE EST quintus tractatus huius libri, in quo docet philosophus resoluere syllogismum in sua principia. Et diuiditur in quatuor capitula. In primo probat hanc cõclusionem ꝙ omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarum: sic, omnis syllogismus affirmatiuus, negatiuus, vniuersalis, particularis, ostensiuus & ex hypotesi fit in aliqua G trium figurarum, sed omnis syllogismus est huiusmodi: igitur. Maiorem declarat in syllogismo ostensiuo: sic in omni syllogismo ostensiuo ostenditur aliquod prædicatum de aliquo subiecto in cõclusione per aliquod medium sumptum in pręmissis: vel ergo illud medium subiicit in vna & pdicatur in alia præmissarum, & sic est prima figura: vel prædicatur in vtraque, & sic est in secunda: vel subijcitur in vtraque, & sic est in tertia figura: & si aliquo aliorum modorum fiat, præmissæ erunt impertinentes: ergo omnis syllogismus ostẽsiuus est in aliqua trium figurarum. Declarat consequenter in syllogismo ex hypothesi: & primo in syllogismo ad impossibile: sic, omnis syllogismus ostensiuus est in aliqua H trium figurarũ, sed syllogismus ad impossibile ſm aliquẽ sui ꝓcessum est ostẽsiuus: ergo est in aliqua triũ figurarũ. Minor ꝓbat primo in syllogismo ad impossibile: sic, sicut se hẽt diameter ad symetrũ: ita abũdãs ad perfectũ, sed diameter est symeter vt supponit, ergo abũdãs est perfectũ. Deinde declarat in syllogismo à transsumpto: nã iste syllogismus quo ad primũ sui ꝓcessum est ostensiuus: ergo oportet ipsum fieri in aliq̃ triũ figurarũ. Ex qbus infert philosophus ꝙ omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarum.

AMPLIVS autem in omni syllogismo oportet aliquẽ terminorum prædicatiuum esse & vniuersalẽ. Sine vniuersali n. aut nõ erit syllogismus.

Istud

A ISTVD EST ſm capitulũ huius tract. in quo probat philosoph⁹, ꝙ in quolibet ſyllogiſmo neceſſe eſt aliq̃ p̃miſſarum eſſe vniuerſalem & aliq̃ affirmatiuam: & primo probat primam ptẽ: q̃a ſi alicuius ſyllogiſmi nulla p̃miſſarũ eſſet vniuerſalis, ſeq̃ret aliquod iſtorũ incõuenientium. ſ. vel ꝙ non oñderetur ꝓpoſitũ, vel ꝙ fieret petitio principij. hoc probat duobus exẽplis: primum eſt morale, vt ſi quis velit probare ꝙ muſica voluptas eſt ſtudioſa, & arguat ſic, voluptas eſt ſtudioſa, muſica voluptas eſt voluptas: ergo muſica voluptas eſt ſtudioſa, vel ergo accipiebatur in maiore voluptas pro muſica voluptate: & ſic eſt petitio principij, vel pro aliqua alia voluptate, & ſic non oſtenditur propoſitum, & B per conſequens non valet ſyllogiſmus. Aliud eſt exemplum mathematicũ, & eſt tale: anguli cõſtituti ſupra circunferentiam ſemicirculi ſunt æquales, ſed anguli æquicruri ſunt huiuſmodi: ergo anguli æquicruri ſunt æquales, aut ergo anguli conſtituti accipiuntur pro angulis æquicruris, & ſic eſt petitio principij, vel pro alijs angulis: & ſic non oſtenditur propoſitum. Et quòd ex puris negatiuis nihil ſequatur, probat, quia dabiles ſunt termini in quibus omni & in quibus nulli. Ex iſtis infert duo correlaria. Primum: vniuerſale non ſyllogizatur niſi ex præmiſſis vniuerſalibus: ideo ſi concluſio ſit vniuerſalis, oportet ambas præmiſſas eſſe vniuerſales. Secundum correlarium, in omni ſyllogiſmo oportet concluſionem eſſe ſimilem alicui præmiſſarum. C

PALAM autem & quoniam omnis demõſtratio erit per tres terminos & non poſſibiles niſi per alia, & alia eadẽ concluſio fiat. *Tres termini ſyllogiſmorum.*

ISTVD EST tertium capitulum, in quo oſtendit quòd in omni ſyllogiſmo ſunt tres termini & duæ propoſitiones. Primam partem probat, quia in concluſi ne ſunt tantum duo termini, ſed ad inferendũ duos terminos in concluſione ſufficit vnus terminus, quia ſi ſumerentur plures termini, non eſſet iam vnus ſyllogiſmus, immo alter terminus ſuperflueret. ſecundam partem probat; puta quòd in ſyllogiſmo ſint tantum duæ propoſitiones; quia ex tribus terminis non fiunt niſi duę propoſitiones partim conueniẽtes & partim differentes: igitur in ſyllogiſmo ſunt tantum duæ propoſitiones. Ex quo infert, quòd numerus propoſitionum in ſyllogiſmo eſt perfectus, quia eſt numerus par, ſed numerus terminorum eſt numerus imperfectus, quia eſt numerus impar: cũ in ſyllogiſmo ſint tres termini & duæ propoſitiones. D

QVONIAM autem habemus de quibus ſyllogiſmi, & quales in vnaquaq; figura, & ꝙ modis monſtratur manifeſtum nobis eſt: & quæ propõ difficilè & quæ facilè argumẽtabilis eſt.

ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus, in quo ex præ-

E ex præcedentibus infert quæ ꝓpositio est facilis ad concludendum & quæ est difficilis, dicens, quòd illa quæ in pluribus figuris & modis potest concludi est facilis, & illa quæ in plurib⁹ modis & figuris non potest concludi est difficilis, & cum vniuersalis affirmatiua tantum concludatur in vna figura & in vno modo, sequitur ꝙ est magis difficilis ad concludendum: & cū particularis negatiua concludatur in pluribus figuris, puta in tribus & pluribus modis, sequitē quòd est magis facilis ad cōcludendum, & per oppositum magis difficilis ad destruendum, & vniuersalis affirmatiua magis facilis ad destruendum. Ex quo infert quòd facilius est construere particularia quàm vniuersalia: & difficilius est destruere
F pticulare quàm vniuersale. Ex quo infert quòd facilius est destruere quàm constituere.

QVOMODO autem idonei erimus semper syllogizare ad propositum, & per quā viam sumemus, quæ circa vnumquodq; sunt principia: nunc iam dicendum.

ISTE EST sextus tractat⁹, in quo docet inuenire medium ad syllogizandum vnamquanq; conclusionem. Et diuiditur in tria capitula. In primo ponit talem conclusionem: tradenda est ars per quam erimus prompti ad syllogizandum vnāquāq; conclusionem. i. per quam sciemus inuenire media ad syllogizandum vnamquanq; conclusionem. Secundo ponit talem diuisionē: entium quædam de
G nullo prædicātur vt indiuidua, vt sortes & Plato, nisi secūdum accidens, vt album istud est Socrates: quædam quæ de plurib⁹ prædicantur, vt genera & spēs: quædam de alijs prædicantur, & nulla de ipsis, supple prædicatione directa, vt sunt transcendētia. Secunda diuisio: eorum quę prędicantur quædam prædicantur essentialiter, vt superiora de inferioribus: & quædam accidētaliter, vt album nigrum. Deinde ponit talem considerationē: ad inueniendum medium oportet aspicere ad diffinitiones & conuertibilia terminorum: deinde ad antecedentia consequētia & extranea terminorum cōclusionis. Ex quo infert, quòd quanto aliquis magis abundat antecedentibus consequentibus & extraneis: tanto magis erit
H promptus ad inueniendum mediū. Consequenter ponit alias considerationes speciales: quarum prima est, sumendo consequens ad aliquem terminum debemus sumere tale quod sit consequens ad totum ipsum terminum. i. quòd prædicetur de eo vniuersaliter: similiter sumendum est antecedens quod vniuersaliter antecedat. Secunda consideratio, signum vniuersale non est apponendum consequēti. i. prædicato: sed antecedenti, . i. subiecto; quia talis propō esset falsa si esset affirmatiua, & ꝑdicatum haberet plura supposita, dūmodo subiectum nō supponeret confusè tantum, vt homo est omne animal, quæ est falsa. Tertia consideratio, si velimus sumere consequens subiecti, nō debemus sumere cōseqns prædi-

A prædicati,licet quicquid sequatur ad prædicatum sequatur ad subiectum. Ex qua consideratione elicitur talis auctoritas. Quidquid sequitur ad cõsequẽs bonæ consequentiæ:sequitur ad eius antecedens. Quarta consideratio;si velimus sumere extraneum; debet sumi tale extraneum quod sit propriũ vni termino conclusionis; & cum hoc maxime extraneum alteri.

Quinta consideratio;si velimus sumere antecedẽs prædicati nõ debemus sumere aũs subiecti: licet quicquid sit aũs aũtis, sit antecedẽs consequẽtis. Ex quo sumitur talis auctoritas. Quidquid antecedit ad antecedens antecedit ad consequens. Sexta consideratio;non oportet sumere illa quæ semper consequũtur:neq; sumenda sunt consequentia quæ consequuntur ad omnia: vt sunt transcendentia: quia ex talibus argueretur ex puris affirmatiuis in secunda figura. Consequenter docet alias considerationes ad inueniendũ medium specialiori modo. Prima: ad syllogizandum vniuersalem affirmatiuam, sumendum est medium quod est antecedẽs ad prædicatum conclusionis & consequens ad subiectum eiusdem, & fit dispositio primi modi primæ figuræ: & designatur per istam dictionem Secana.

B

Secunda consideratio: ad concludendum particularem affirmatiuam sumendum est mediũ quod est antecedens ad vtrumque scilicet tam ad subiectum quam ad prædicatum conclusionis: & deseruit pro Darapti, Datisi & Disamis. In Darij debet sumi sicut in Barbara: & signatur hic consideratio per istã dictionem Cageti. Tertia consideratio: ad syllogizandum vniuersalem negatiuam sumendũ est medium quod est consequẽs ad subiectũ extraneum ad prædicatum conclusionis: & hoc in Celarẽt Ferio & Cæsare:& designatur per hãc dictionem Dafenes: vel sumedum est medium quod est extraneum subiecto cõclusionis & consequens ad prædicatum eiusdem, & hoc in Camestres & Baroco: & designatur per hãc dictionem Hebare. Quarta consideratio; ad syllogizandum particularem negatiuã sumẽdum est medium quod est antecedens ad subiectum: extraneum ad prædicatum conclusionis: & hoc in Felapton Bocardo & Ferison;& designatur per hanc dictionẽ Gedaco. Quinta consideratio ad concludendũ indirecte particularem affirmatiuam sumendum est medium quod sit antecedens ad subiectum & consequens ad prædicatum,& designatur per hanc dictionem Gebali. Consequẽtur declarat istas considerationes per exempla. Et primo ponit aliquas literas quæ sunt iste a.b. c.d.e.f.g.h. Vnde hæc litera a qñ punit in fine alicuius dictionis,significat qualis & quãta sit conclusio inferenda; puta ꝙ sit vniuersalis affirmatiua: & per e vniuersalis negatiua: per i particularis affirmatiua; per o particularis negatiua. Sed quãdo a & e ponuntur in duabus primis syllabis dant intelligere subiectum & prædicatum conclusionis,per e subiectum & per a prædicatum: & sumuntur cũ alijs consonantibus; vt a cum


C

D

istis tribus b,c,d : quando ponit b denotatur, ꝙ medium debet esse consequens respectu prædicati;& quando ponitur c denotatur ꝙ debet esse antecedẽs ad prædicatum;& quando ponitur d, ꝙ sit extraneum respectu prædicati. similiter hæc litera e ponitur cum tribus consonantibus, scilicet, f. g. h. per f, denotatur, quòd medium debet esse consequens ad subiectum conclusionis: per g, quòd sit antecedens: per h, quòd sit extraneum respectu subiecti conclusionis. Deinde ponit alias considerationes medij quæ sunt inutiles. Quarum prima est, si medium sit cõsequens ad ambas extremitates: & signatur per hanc dictionem Febas per quam signatur argui ex puris affirmatiuis in secunda figura. Secunda consideratio: si medium sit antecedens ad prædicatum extraneum ad subiectũ: & signatur per hanc dictionem Hecas per quam argueretur minore negatiua in prima figura. Tertia consideratio, quando est extraneum vtrique extremitati: & signatur per hanc dictionem Hedas per quam argueretur ex puris negatiuis in qualibet figura. Vt ars inueniendi medium cunctis sit facilis plana, atque perspicua, ad manifestationẽ ponitur sequens figura, quæ communiter propter eius apparentem difficultatem pons asinorum dicitur. licet intellectis dictis in hoc passu omnibus possit esse familiaris ac intellecta.

Non pergent asini per pontē sint nisi cauti
Pontem vel caueant praetereundo cadens
Impedit hic oculos sēsus firmat das et altos
In doctis saltus est sibi nulla salus

Horret equus talē validus certe titubantē
Dum graditur cernens sit licet ire potens
Non igitur rursum dico veniant asinorum
Qui, sed eos retro nunc remanere volo.



Asinus pergens

Mutat ab omni dum pons eo parte tremit
Si nunc vadam ; labar cum cito regrediar

Asinus cadens

Heu me quid faciā nuo nec pbet mihi quisquā
Auxilium, monitor qua dedit experior.

E Eodem autem modo se habent: & qui ad impossibile deducunt syllogismis ostensiuis.

Istud est secundum capitulum huius tractatus, in quo ostendit prædictam artem inueniendi medium esse sufficientem ad omnem syllogismum: & primo probat quo ad syllogismum ad impossibile: quia ipsa est generalis ad omnem syllogismum ostensiuum; ergo ad omnem syllogismum ad impossibile: quia eadem conclusio ostensa per syllogismum ostēsiuum ex eisdem terminis ostenditur per syllogismum ad impossibile: vt probat in conclusione particulari affirmatiua & vniuersali negatiua: vt si hæc cōclusio: nullum e est a fuerit syllogizata in Camestres per medium b h: sic arguēdo: omne a est b h: nullum e est b h: ergo nullum e est: a talis autem cōclusio per eosdem terminos syllogizatur per impossibile capiendo contradictoriam conclusionis cum maiore ad inferendum oppositum minoris: & faciendo omnes processus qui requiruntur ad syllogismū ad impossibile: & tunc in vltimo talis conclusio erit syllogizata: & procedit syllogismus ex impossibili semper ex vna falsa ad concludendum vnam falsam: ideo vocatur syllogismus mendacij. Consequenter probat dictam artem esse generalē ad alios syllogismos ex hypotesi, sicut sunt syllogismi a transumpto & secundum qualitatē in subiectis; quia eodem modo inuenitur medium in ipsis sicut in syllogismis ostensiuis. Est tamen differentia: quia in syllogismo a transumpto non sumitur consequentia antecedētia & extranea terminorum: ideo talis syllogismus non ostendit suā conclusionem principalem per hanc artem: sed sumit consequētia antecedentia; & extranea terminorum conclusionis, ad quā se trāsfert. Similiter syllogismus secundum qualitatē in subiectis sumit medium conuertibile cū minori extremitate inferens ex maiore vniuersali & minore particulari cōclusionem vniuersalē in tertia figura: vt hic omnis homo est animal, hō est risibilis: ergo oē risibile est animal. Consequenter dicit istā artem esse generalem ad syllogismos compositos ex modalib⁹ vel ex vna de inesse & alia modali, qui sunt ostensiui: nam eodem modo sumitur mediū: sicut in aliis syllogismis compositis ex ambabus de inesse. Ex quo infert, ꝙ ista ars est generalis ad omnem syllogismum; etiam est generalis ad inueniendum medium circa philosophiā id est circa sciētias speculatiuas, & circa artem. i. scientias factiuas & circa disciplinā. i. circa scientias morales. Sed quæreret aliquis vtrum per istam scientiam possit syllogizari principia scientiarū. Hoc remouet; dicens ꝙ nō: quia principia sciētiarū cognoscūtur per viā sensus memoriæ & experientię: tñ ex ipsis principijs potest aliquid syllogizari & aliquid demonstrari.

G ... H

Quoniam autem diuisio per genera parua quædam particula est dictę methodi, facile est videre.

A *An syllogism⁹ sit sufficiens ad inueniendum medium.* ISTVD est tertium capitulum in quo philosophus ostendit φ diuisio.i.syllogismus non est sufficiens ad inueniendum medium, propter hoc φ non valet ad demostrandam diffinitionem de diffinito, circa quod ponit talem cōclusionem. Diuisio non valet ad inueniendum medium syllogismi: quia diuisio.i. syllogismus diuisiu⁹ est syllogismus infirmus, eo φ petit principium. Deinde ostendit φ talis syllogismus nō est vtilis ad ostēdendum diffinitionem de diffinito: quia nullus syllogismus capiens medium communius maiori extremitati syllogizat vniuersalem affirmatiuam, sed syllogismus diuisiuus est huius modi: igitur. Secundo probat quia in syllogismo diuisiuo petit principium: igitur: & φ capiat B medium communius maiori extremitati: & φ petat principium probat duobus exemplis sic arguendo: omne animal est mortale vel immortale, homo est animal: ergo homo est mortalis vel immortalis: sed nullus homo est immortalis, ergo est mortalis: in primo processu medium.s.animal est communius maiori extremitati finalis cōclusionis, & in secundo processu est petitio principij: quia deberet probare, φ nullus homo est mortalis; & illud assumit tāquam notum. Seccūdum exemplum, omne animal mortale est habens pedes & vel non habens pedes: sed omnis hō est animal mortale: igitur omnis homo est habens pedes; sed non est non habens pedes: igitur est habens pedes. Deinde ostendit diuisionem non esse vtilem ad syllogizandum accidens de subiecto: C nec aliquod aliud prædicatum; vt puta genus vel propriū: quia in tali modo arguendi non concluditur propositū, vel petitur principium: nam si aliquis dubitaret, vtrum diameter sit symeter.i.commensurabilis costæ quadrati; & arguitur, omnis longitudo est Symetra vel Asymetra; Diameter est longitudo: ergo Diameter est Symetra vel Asymetra: sed non est Symetra; ergo est Asymetra: ibi est petitio principij cum æque ignotū sit Diametrū esse symetram sicut Asymetram. Ex quo infert, quòd per diuisionem non potest syllogizari diffinitio de diffinito.

An Aristot. sufficienter probarit omnē syllog. esse alicuius figuræ, & an satis tradiderit artem inueniendi medium. D

QVAERITVR vtrū Ari. sufficienter docuerit omnem syllogismum esse alicuius figuræ: & sufficienter tradiderit artem inueniendi medium. Arguitur primo quòd non: quia iste est bonus syllogismus: nullum risibile est, homo nullus asinus est risibilis: ergo nullus asinus est homo: & tamen non est in aliqua figura, cum non reducatur ad aliquem modum primæ figuræ. Secundo sic; Iste est bonus syllogismus, si a est, b. est, sed a est, ergo b est: & tamen non reducitur ad primam figuram; igitur. Tertio sic: Ista scientia est, scientia resolutoria ergo ipsa non est inuentiua: & per consequens non docet inuenire medium. Quarto sic:

B Hęc scientia tractat de resolutione consequentiæ & non consequentis: ergo non habet resoluere syllogismum in sua principia materialia: & per cõsequẽs non habet docere artem inueniendi medium. Quinto sic: In ista scientia determinatur de syllogismo simpliciter dicto: sed regulæ ibi date de inuentione medij non possunt ad ipsum applicari: igitur. Item in terminis conuertibilibus non requiruntur antecedentia nec consequẽtia: igitur ista ars non est generalis ad omnes syllogismos. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, ꝙ duplex est syllogismus. s. categoricus, & hypotheticus de quibus alias visum est: sed syllogismus categoricus adhuc est duplex: quidam est ostensiuus qui. s. ex duabus præmissis in modo & figura dispositis ostendit suam cõclusionem non præsupposita aliqua hypothesi: vt sunt syllogismi qui fiũt in aliqua trium figurarum. Alius est syllogismus ex hypothesi, qui scilicet facta aliqua hypothesi, idest aliqua suppositione ex duabus præmissis infert conclusionem: & est triplex, scilicet ad impossibile de quo videbitur in secundo huius à transumpto & ꝯm qualitatem in subiectis. Vnde syllogismus à transumpto est ille in quo aliqs se transfert ad probandũ aliquã conclusionem extra principale propositũ ex qua mediante concessione vel admissione respondentis finaliter concluditur propositum: vt siquis habeat probare ꝙ aĩa sortis est immortalis: & faciat talẽ suppõnem, ꝙ si probauerit aĩam Petri esse immortalem: ẽt probauerit sufficienter aĩam sortis esse immortalẽ: quo admisso à respondente transferat se opponens ad probandum istam animam Petri est immortalis: sic arguendo oẽ beatũ est immortale, anima Petri est beata: ergo anima Petri est immortalis & per consequens anima sortis est immortalis. Sed syllogismus ꝯm qualitatem in subiectis dr̃ ille cuius medium & minor extremitas sunt termini conuertibiles ratione cuius conuertibilitatis infert conclusio vniuersalis in tertia figura: vt omnis hõ est animal, omnis homo est risibilis: ergo omne risibile est animal. Vel sic syllogismus ꝯm qualitatem in subiectis est quando opponens se transfert ad probãdum aliquam conclusionem q̃ est similis qualitatis, veritatis & falsitatis cum conclusione principali quæ etiam cõuenit in subiecto cum conclusione principali: ideo dicitur syllogismus secũdum qualitatem in subiectis: q̃a propositio ad quam se transfert est similis qualitatis, & simili subiecti cum conclusione probanda.

Syllog. duplex. C F

H

SECVNDO sciendũ, quòd circa textum incidũt aliquæ difficultates. Prima: an omnis syllogismus diuisiuus generaliter omnis syllogismus fit in aliqua trium figurarũ. Pro cuius solutione supponit primo ꝙ in quolibet syllogismo diuisiuo sunt duo processus. Primus est syllogisticus in quo capitur diuisiuũ pro medio & eius mẽbra coniũctim cũ maiore extremitate & vnũ suppositum diuisim pro minori

An ois syllog. fit in aliqua trium figurarũ.

A nori extremitate. Sed pro secundo processu sumitur conclusio præcedentis processus pro prima propositione, & secunda ꝑ negatur alterum membrorū diuidentium de illo supposito: & ꝑ conclusione capitur alterum membrorum de eodem supposito: vt patet in exēplis textus: & sic syllogismus diuisiuus quo ad primū processum est syllogisticus, sed quo ad ſm ꝓcessum petit principiū. Et ideo quo ad illū vocat syllogismus infirmus. Supponitur secundo, ꝙ dupliciter ꝑt intelligi aliquē syllogismū esse in aliqua triū figurarum. Vno modo propriè & directè: qn̄. s. medium & extremitates sunt totalia extrema. s. subiecta vel prædicata. Et sic non omnis syllogismus est in aliqua trium figurarum: vt patet de syllogismo ex
B obliquis. Aliomodo impropriè siue reductiuè: qn̄. s. medium & extremitates non sunt totalia extrema: & de hoc iam visum est in principio huius libri. Ex istis dr̄ primo ꝙ nullus syllogismus ex hypothesi quo ad se totū est in aliqua trium figurarum: quia in quolibet tali sunt plures processus quorum vnus est syllogisticus: alij sunt non syllogistici. Dicitur secundo, ꝙ omnis syllogismus categoricus ostensiuus est propriè vel impropriæ & reductiuè in aliqua trium figurarum. Dr̄ tertio, ꝙ nullus syllogismus hypoteticus est in aliqua trium figurarum: qui in eo non est aliquod medium ordinatum secundum dispositionem alicuius figuræ. Secunda difficultas: an in omni syllogismo sint tantum tres termini & duæ propositiones. Arguitur primo ꝙ non: quia in syllogismo ex oppositis non sunt nisi duo termini: C vt patebit in secundo huius: igr̄. Secundo sic: In omni syllogismo sunt duæ propositiones: sed in qualibet propōne sunt duo termini: igitur sunt plures quàm tres. Pro solutione supponitur, ꝙ non oportet terminos ex quibus componitur syllogismus distingui vocaliter vel secundum significatum: sed sufficit ꝙ distinguantur officialiter: ita ꝙ tria distincta officia exerceant: unus officium medij alter officium maioris extremitatis & alter minoris extremitatis. Ex isto patet, quòd licet in syllogismo sint simpliciter plures termini q̄ tres, non computādo copulam pro termino tamen officialiter sunt tantum tres termini: & per hoc soluuntur rationes.

D TERTIO sciendum, ꝙ ad inueniendum medium ad concludendum quamlibet propositionem oportet capere octo lr̄as. s. a. b. c. d. e. f. g. h. Vnde per a & e, & etiā per i & o, qn̄ in fine istarum dictionum ponuntur. s. Secana, Cageti, &c. denotatur qualis & quanta debet esse conclusio concludenda: per a intelligimus, quòd propositio concludenda sit vniuersalis affirmatiua: per e vniuersalis negatiua: per i particularis affirmatiua: per o particularis negatiua. Sed qn̄ a & e ponuntur in principio vel medio, per a intelligitur prædicatum: per e subiectum. Vnde ex parte de ly a se tenent tres literæ. s. b. c. d. per b intelligim⁹ consequens ad prædicatum, per c ant̄s ad prędicatum & per d, extraneum. Et ēt ex parte de ly e se tenent tres literæ, scilicet f. g. h. par

Modus inueniendi medium in qualibet propositione.

E h. per f. intelligimus cõsequens ad subiectum, per g antecedens per h extraneum: versus.

Prædicat a, b sequitur, c præcedit, d quoq; sit extra. Et subdit f sequitur g præcedit h quoque sit extra.

Vnde antecedens est terminus ad quem alius terminus sequitur; vel de quo alius termi nus vniuersaliter & affirmatiuè prædicatur. Sed consequens est terminus qui sequitur ad alium: vel qui vniuersaliter & affirmatiuè, prædicatur de alio. Sed extraneum est terminus qui non potest subijci neq; pdicari respectu alterius, vere & affirmatiuè vt homo asinus. Et aduerte, ꝙ sex dictiones trisyllabarum in versibus sequentibus valent ad inueniendum medium ad inferendum quamlibet conclusionem; sed dictiones F Dissyllabæ ualent ad cognoscendũ combinationes inutiles; versus. Fecana Cageti Dafenes Hebare Gedaco Gebali fiunt. Sed non constant Febas Hecas & Edas: vt patet in textu.

An principia omniũ scientiarum sint syllogizabilia.

QVARTO sciendum ꝙ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, vtrum principia omnium scientiarũ sint syllogizabilia per artem inueniendi medium traditam a philosopho. Pro cuius solutione supponitur ꝙ aliud est propositionem esse syllogizabilem & esse syllogizabilem per artem inueniendi medium: quia omnis propositio quę potest esse conclusio syllogismi alicuius, est syllogiz abilis, sed solum propositio est syllogizabilis per artem inueniendi medium cuius subiectum & prædicatum habent antecedentia & consequentia vel extranea, per quę talis propositio est syllogizabilis. Hoc supposito dicitur, ꝙ licet omnia principia scientiarum sint syllogizabilia, cum quælibet propositio possit esse conclusio syllogismi: tamen ipsa non sunt syllogizabilia per artem inueniendi medium, saltem in illa sciẽtia cuius sunt principia, cum nõ habeant mediũ ꝙ sit añs vel consequens altero extremorum. G Secunda difficultas: vtrum illa regula logicalis quæ habetur in textu sit vera: in qua dicitur: quicquid sequitur ad cõsequens bonæ cõsequentię sequitur ad eius antecedens. Et videtur ꝙ non: quia tunc sequeretur ꝙ vnum contradictorium sequeretur ad reliquum. vt bene sequeretur: si tantum pater est non tantũ pater est: quia ad istã, tãtũ pater est sequitur pr̃ est: & ad istã, pr̃ est: H sequit̃ filius est: & ad istã, filius est sequit̃ non tm̃ pr̃ est: ergo ad istã tm̃ pr̃ est sequit̃ ista non tm̃ pater est. Rñdeo, ꝙ regula logicalis est vera. Et dico vlterius; ꝙ omnis propositio de impossibili potest inferre suum contradictorium, cum ad impossibile sequatur quodlibet; ideo dico ꝙ bene sequitur tantum pater est, ergo non tantũ pater est: qa antecedẽs est impossibile. Aduerte vlterius, ꝙ virtute istius regulæ fit vna cõsequentia q̃ vocatur de primo ad vltimũ, q̃ est bona tribus conditionibus obseruatis. Prima, ꝙ consequens primæ consequentiæ sit præcise antecedẽs secũdæ cõsequentiæ nihil mutãdo. Secũda, ꝙ consequentię intermedię sint bonæ. Tertia, ꝙ ꝓpõnes sp̃ accipiant̃ in eodem sensu: ideo non sequitur

Difficultas.

Corollarium.

A quitur omnis homo est animal: ergo non deus est. Et vltra bene sequitur non deus est: ergo homo est asinus: ergo de primo ad vltimũ bene sequitur, homo est animal; ergo homo est asinus. Dico ꝙ nõ sequitur: quia in prima consequẽtia illa negatio nõ, accipitur infinitanter & in alia neganter. Et hæc de primo art. Quantum ad secundum.

Arti. 2. DVBITATVR primo. Vtrum sit danda ars inueniendi medium ad syllogizandum quãlibet propositionem. Arguitur primo ꝙ non: quia non est dãda ars inueniendi extremitates: ergo non est danda ars inueniendi medium. Secundo sic: Non est difficile inuenire medium: ergo non est danda ars: quia ars & doctrina sunt circa difficilia. Antecedens patet: quia quilibet

An dabilis sit ars inuenien di mediũ ad syllogizandum quãlibet ꝓpõnem.

B terminus respectu cuiuslibet alterius potest esse medium: & sic non est difficile inuenire. Itẽ ad syllogizandum aliq̃ conclusionem sufficiunt figura & modus: ergo non est danda ars; q̃a frustra daretur. In oppositum arguitur per philosophũ in textu. Pro cuius declaratione ponunẽ aliquæ regulæ. Prima: terminus qui est antecedens ad prædicatum conclusionis & consequẽs ad subiectum, est conueniẽs medium ad inferendum vniuersalẽ affirmatiuam in prima figura: vt ad concludendum istam, oĩs homo est substantia capiatur ꝓ medio animal, quod est antecedens ad prædicatum. s. ad substã tiam & consequens ad subiectũ, s. ad hominem: & datur intelligi ista regula per istam dictionem Secana quę valet ad Barbara & Darij: vt satis patet in te-xtu. Et similiter fiant regulæ de

C alijs dictionibus, puta Cageri, Dafenes, Hebare, Gedaco, & Gebali: de quibus visum est in textu: de dictionibus quæ valent ad combinationes inutiles. s. Febas, Hecas, & Hedas, satis etiam dictum est. Aduerte tamen ꝙ in ipsis non ponuntur nisi duæ vocales, ad denotandum ꝙ conclusio in illis combinationibus inutilibus aliquando põt esse vniuersalis aliquando particularis: ideo solum ponuntur literæ ꝓ præmissis: & possunt omnes istę regulæ videri in quadam figura sub arte inueniendi medium. His præmissis respondetur ad dubium, ꝙ danda est ars inueniẽdi medium ad syllogizandũ conclusionem ex veris: quia illa ars est danda in isto libro q̃ facit hominem promptũ & habilem ad syllogizandum quamlibet conclusionem veram, ex veris: sed ista ars est huiusmodi: igitur. Ex quo sequitur, ꝙ non est ista ars generalis ad cõcludendum quamlibet conclusionem indifferenter: sed solum veram ex veris. Ad argumenta dicitur: ad primum concedendo antecedens, & negando consequẽtiam: & ad probationẽ dr̃, ꝙ non est simile, quia quicunque habet conclusionem syllogizãdam, ille habet extremitates: sed non adhuc habet mediũ. Ad secũdam dr̃, ꝙ valde difficile est inuenire medium ad concludẽdum quamlibet conclusionẽ veram ex veris: sed inuenire medium ad quamlibet conclusionem siue ex veris, siue ex falsis non est difficile: & etiam ad sic syllogizandum sufficit modus, & figura. D

DVBI-

An in quolibet syllog. necessario altera pmissarũ debeat esse vniuersale.


E DVBITATVR secundo vtrum in quolibet syllogismo necesse sit alteram pręmissarum esse vniuersalem. Et videtur ꝙ non: quia ibi est bonus syllogismus animal est substantia, homo est animal; ergo homo est substantia. Nec solum valet dicere ꝙ solum tenet gratia materiæ: quia si maior esset vniuersalis esset darij: sed talis, particularis æquiualet vniuersali: igitur. Nā dicit Ari. primo periherme. ꝙ particularis in materia naturali æquiualet vniuersali. Item syllogismus expositorius est bonus syllogismus: & tamen nulla præmissarum est vniuersalis: igitur. Item dictum est superius ꝙ in quinq; casibus fit bonus syllogismus ex puris particula-
F ribus. Item ad istam animal est substantia, sequitur ista omne animal est substantia: & ad istā homo est animal sequitur ista omnis homo est animal: & ad illas duas vniuersales gratia formę, sequitur ista vniuersalis in Barbara omnis homo est substantia: ergo ex illis duabus particularibus gratia formę, sequitur illa vniuersalis affirmatiua: quia quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ sequitur ad eius antecedens; sed illę duę vniuersales sequuntur ad illas duas particulares: ergo ad illas duas vniuersales gratia formę sequitur illa vniuersalis affirmatiua: igitur. Pro solutione supponitur primo vt alias visum est quòd particularis in materia naturali non equiualet vniuersali in significando: sed solum in inferendo. Dico vlterius ꝙ non oportet ꝙ si particularis gratia materię inferat vniuersalem ad quam gratia formę G aliquid sequatur ꝙ etiam sequatur ad particularem gratia formę. Supponit secundo ꝙ nullus syllogismus de medio communi est bonus nisi altera præmissarum sit vniuersalis, nisi in quinq; casibus superius dictis: vbi, ostensum est ꝙ ex puris particularibus quinq; modis fit bonus syllogismus. Supponitur tertio ꝙ illa regula logicalis in qua dicitur: ꝙ quicquid sequitur ad consequens bonę consequentiæ, sequitur ad eius antecedens est bona: sed tamen non oportet ꝙ si ad consequens alicuius consequentiæ sequatur aliquid gratia formę, ꝙ illud sequatur ad antecedens illius consequentis gratia formę: sed sufficit ꝙ sequatur gratia materiæ vel H gratia formę. Ex per hoc etiam faciliter posset solui dubitatio, puta in quolibet bono syllogismo oportet alteram præmissarum esse affirmatiuam: cum dictum sit ꝙ ex puris negatiuis in tribus casibus fit bonus syllogismus.

DVBITATVR tertio Vtrum Diameter sit Asymeter: & quid intelligit philosophus per angulos equicruros. Pro solutione primæ partis supponitur primo ꝙ quadratū est figura habens quatuor latera equalia Diameter autem quadrati est linea longissima in quadrato diuidens ipsum in duas partes æquales protensa ab vno Cono ad alium Conum sibi contrarium. Costa quadrati est vna de illis lineis qua clauditur quadratum. Symeter est idem ꝙ commensurabile costę. Sed Asymeter est idem ꝙ incommensurabile.

B rabile: Ex quo sequitur ꝙ Diametrum esse symetrum, nihil aliud est quam ipsum esse incommensurabilem costę: & ipsum esse Asymetrum est ipsum esse incommensurabilem costę. His suppositis dicitur ꝙ Diameter est incommensurabilis costę & non commensurabilis: quia tunc, numerus perfectus esset numerus abundans: quod est falsum; igitur. Vnde numerus perfectus non est nisi numerus par: & numer⁹ abundãs est numerus impar. Pro solutione secundæ partis oportet supponere vnũ circulum a cuius centro ad circunferentiam ducantur duæ lineæ rectè quasi duo semidiametri: & ponatur ex parte vnius a, & in extremitate alterius b. Deinde inter extremitates illarum linearum a, & b, ducatur tertia linea quæ faciat triangulum æquicrurum.i.
F ęquarum tibiarum, eo ꝙ ille lineę sunt æquales. Hæc autem linea ducta a puncto a ad punctum b, concludens vnam portionē circuli vocatur basis trianguli incisionis, eo ꝙ diuidit circulum per portiones. Anguli autem causati ex incidentia basis super circulum exutraq; parte vocatur Anguli incisionis: & signantur per c, & d. Ex quo patet ꝙ per Angulos equicruros intelligi philosophus Angulos constitutos ex incidentia duarum linearum rectarum æqualium. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit. G

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum. Philosophus sufficienter docuit reductionem syllogismorum in modos vniuersales primæ figuræ cum arte inueniendi medium: & hic conclusio patet ex dictis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur, quod ille est bonus syllogismus gratia materię & non gratia formę. Ad secundam dicitur ꝙ Arist. intellexit suam conclusionem de syllogismo categorico & non hypotetico. Ad tertiam dicitur ꝙ quãuis hæc scientia docet artem inueniendi medium: tamen ista est simpliciter resolutoria & nõ inuentiua: quia non docet inuenire medium vt sit status: sed vt componat syllogismum, & post compositionem ipsum finaliter resoluat in sua principia. H Et similiter dicatur ad quartã. Ad quintã pro prima parte patet solutio. Ad aliam dicitur ꝙ consequens potest dupliciter capi. Vnomodo sine præcisione: & sic illud dicitur consequens, quod sequitur ad aliud siue inferat ipsum siue non: & isto modo in conuertibilibus bene reperitur consequens. Aliomodo capitur consequens cum præcisione puta ꝙ sic est consequens ꝙ semper sequitur, & nunquam potest esse antecedens: & hoc modo in conuertibilibus nõ reperitur consequens.

B Costa seu symeter O



Symeter

Quo syllo-gis. redu-cūtur in figuras. QVOMODO autem reducemus syllogismos in prædictas figuras, dicendum erit post hæc.

ISTE est septim⁹ & vltim⁹ tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de reductione syllogismorū in figuras: & continet quinq; capitula. In primo docet resoluere aliquos syllogismos compositos ex terminis rectis, & primo ponit aliqua documenta. Primum: syllogismus prius est resoluendus in duas ꝓpositiones quàm in tres terminos: quia facilius est resoluere in maiora q̃ in minora. Secundum documētum: videndū est in syllogismo, vtrum vna ꝑmissa sit maior & alia minor: & an vna vniuersalis & alia particularis. Tertium documentum: oportet considerare si in syllogismo sit aliquid superfluū vel aliquid diminutum: nam si sit aliquid superfluum remouendū est: si sit aliquid diminutum aliquid addendum est. Et subdit ꝙ in aliquibus facile est videre vtrum aliquid deficiat vel aliqd superfluat: puta in illis in quibus conclusio non sequitur de necessitate, sed in illis in quib⁹ conclusio sequitur de necessitate, difficile est videre, vtrum aliquid deficiat vel superfluat. Et hoc probat duobus exemplis. Primum, substātia non interempta non interimitur substantia: sed partibus substātiæ interemptis interimitur substantia: igitͬ partes substantiæ sunt substātię: ibi sequitur conclusio de necessitate: & tñ syllogismus nō est bonus: quia ibi deficit propositio vniuersalis: sed posset sic reduci, omnia quibus interemptis interimitur substantia, sunt substantia: sed partes substantiæ sunt huiusmodi: ergo partes substantiæ sunt substantia. Secundum exemplum: si homo est, animal est, & si animal est substantia est: ergo si homo est substantia est: ibi necessario sequitͬ conclusio, & tamen non est syllogismus categoricus: posset tamen sic reduci: omne illud quo posito ponitur animal, est substantia, sed posito homine ponitͬ animal: ergo homo est substantia. Et subdit philosophus ꝙ in talibus decipimur credentes tales argumentationes esse syllogisticas: eo ꝙ ex præmissis necessa-

A cessario sequitur conclusio: & tamen non sunt syllogisticæ. Non enim oportet omne inferens cõclusionem necessario esse syllogismum. Consequenter dicit, quòd in reductione syllogismorum ex parte terminorum accipiendi sunt tres termini: quorũ vnus dr̃ medium; alter maior extremitas, & alius minor extremitas, & si medium subijciatur in vna & prædicetur in alia, reducitur ad primam figuram, si prædicetur in vtraq; ad secundã figurã, & si subijciatur in vtraq; ad tertiam figuram. Ex quo infert quòd nulla oratio dicitur syllogistica, nisi idem frequẽter dicatur, hoc est nisi medium bis sumatur. Cõsequenter subdit, quòd frequenter contingit decipi credendo aliquas argumentationes esse syllogisticas, & tamẽ

B non sunt. Quod probat per duo exempla. Primum est: Aristomenes intelligibilis semper est, & Aristomenes est Aristomenes intelligibilis: igitur Aristomenes semper est. Secundum exemplũ: Micalus musicus corrumpetur cras, & Micalus est Micalus musicus: ergo micalus corrumpetẽ cras: ibi non sunt syllogismi, licet videantur esse propter similem dispositionem terminorum: & tamen non sunt, quia neutra præmissarum sumitur vniuersaliter. Subdit consequenter, ꝙ etiam contingit decipi quando termini nõ capiuntur vniformiter in præmissis & conclusione: sed variantur secundum concretionem & abstractionem: vt nõ sequitur in prima figura: nulli ægritudini inest sanitas: omnis homo est susceptiuus ægritudinis: ergo nullus homo est sanꝰ.

Similiter non sequitur in secunda figura: nulli ægritudini contingit inesse sanitatem, & omni homini cõtingit inesse sanitatẽ: ergo nulli homini contingit in esse sanitatem: ergo nulli homini cõtingit inesse ægritudinem. Similiter non sequitur in tertia figura: omni homini contingit inesse sanitatem: & omni homini cõtingit inesse ægritudinem: ergo alicui ęgritudini contingit inesse sanitatem. C

Inesse autem primum medio, & hoc postremo non oportet sumere.

Istud est secundũ capitulũ, in quo docet syllogizare ex obliquis. Primo in prima figura ponens tres regulas. Prima: maiore de recto & minore de obliquo valet syllogismus ad inferẽdum conclusionem de obliquo: vt omnis sophia est disciplina: boni est sophia: ergo boni est disciplina. Secunda regula, maiore de obliquo & minore de recto valet syllogismus ad inferendum conclusionem de obliquo: vt omnium contrariorum est eadem disciplina: bonum & malum sunt contraria, ergo boni & mali est eadem disciplina. Tertia regula: ex ambabus de obliquo in prima figura fit bonꝰ syllogismus ad emerendũ cõclusionẽ de obliquo. & qñq; de recto. Exẽplũ primi; vt cuiuscunq; est disciplina illius ẽ genꝰ; boni est disciplina; ergo boni est genus. Exemplum secundi; vt cuiuscũque est disciplina hoc est genus; boni est disciplina; ergo bonũ est genus. Deinde docet syllogizare in secunda figura; dicẽs, quòd negatiua præmissa exis̃tẽte de

Modꝰ syllogizandi ex obliquis. D

B te de obliquo valet syllogismus. Quod probat duobus exẽplis. Primũ nullius motus est mot⁹: sed uoluptatis est mot⁹: ergo voluptas non est motus. Secundũ exemplum: nullius signi est signum sed ipsius visus est signũ: ergo visus non est signum. Deinde docet syllogizare ex obliquis in tertia figura: dicens ꝙ bene valet syllogismus; vt probat vno exemplo: vt deo non est tẽpus oportunum: deo est estas: ergo estas non est tempus oportunum. Et subdit quod ad reducendum istos syllogismos oportet mutare obliquos in rectos.

Modus syllogizãdi ex reduplicatiuis.

REDVPLICATVM autẽ in propositionibus ad primam extremitatem ponendum.

ISTVD est tertium capitulum in quo Arist. docet syllogi- F zare ex reduplicatiuis: dicens, ꝙ syllogizando ex reduplicatiuis reduplicatio nunq̃ est addẽdo prædicato reduplicans ipsum. Quod probat tribus exemplis. Primum exemplũ: bonũ est disciplina inquantum bonũ & iustitia est bonum: ergo iustitia est disciplina inquantum bonum: talis reduplicatio non est addenda medio reduplicans ipsum dicendo: iustitia est bonum inquantum bonum: cum sensus esset ꝙ iustitia esset omne bonum: quod est falsum quãdiu sunt plura bona. Secundũ exemplum bonum est disciplinatum inquantum bonum: salubre est bonum: ergo salubre est disciplinatum inquantum bonum. tertium exemplum; omne non existens est opinabile in eo quòd non existens; hircocervus est non existens: ergo G hircoceruus est opinabilis in eo quod non existens. Quartum exemplum: sensibile est corruptibile in eo quod est sensibile; omnis homo est sensibile: ergo omnis homo est corruptibilis, in eo ꝙ est sensibilis. Ex istis infert ꝙ aliter syllogizaẽ ex reduplicatiuis q̃ ex non reduplicatiuis: nã ad concludendũ cum reduplicatione, debet poni reduplicatio in aliqua præmissarum: dummodo non ponatur ad prædicatum reduplicando ipsum prædicatum. Consequenter ponit sex documenta pro perfectiori reductione syllogismorum. Primum: in syllogismis pro vno termino minus noto, debet capi vnus terminus magis notus: & etiam pro oratione minus nota, debet capi oratio magis nota: vt non refert dicere H suspicabile non est genus opinabilis: & suspicabile non est opinabile. Secũdum documentum: in syllogizando refert sumere propositiones vniuersales vel particulares: quia est vniuersalibus potest concludi conclusio: non autem ex particularibus. Tertium documentum: non enim oportet expositione exemplorum inconueniens accidere: non enim sumuntur exempla vt vera sint. Exempla enim non ponimus vt vera sint: sed vt sentiant qui addiscunt. Quartum documentum: quando præmissæ alicuius syllogismi probant per alios syllogismos & vnus syllogismus perficitur per alium: non oportet huiusmodi syllogismos fieri in eadem figura. Quintum documentum: ad videndum in qua

A qua figura debet fieri syllogismus vel reduci multum confert aspicere ad conclusionem:quia, si conclusio sit vniuersalis, non potest esse in tertia figura: si fuerit affirmatiua, non potest esse in secunda: si fuerit vniuersalis affirmatiua, solum potest esse in prima figura. Sextum dictū seu documentum. ad interimēdum vnam diffinitionem sufficit vnam partem interimi:vt ad interimendum istam aqua est potus humidus: sufficit ostendere ꝙ aqua non sit potus sic arguendo: omnis potus est transmutabilis in substantiam viuētis: sed aqua non est huiusmodi: igitur non est potus: & per consequens non est potus humidus. Ex quibus infert quod syllogismi ex hypothesi secundum se totos non reducuntur B ad aliquam trium figurarum.

Syllogismorū reductio ad siuuicē.

QVAECVNQVE autē in pluribus figuris concluduntur &c.

ISTVD est quartum & vltimū capitulū, in quo docet reducere syllogismos vniuscuiusq; figuræ ad seinuicē. & primo syllogismos primæ fig. dicēs ꝙ qñ aliqua conclusio pt concludi in pluribus figuris: tunc syllogismus concludens eam in vna figura, potest reduci ad aliam: vt celarēt & ferio reducuntur ad syllogismos secundæ figuræ, puta celarent ad Cæsare maiore conuersa simpliciter: & ferio ad festino maiore conuersa simpliciter: sed Barbara & darij, non possunt reduci ad secūdam figuram; quia in secunda figura non concluditur nisi negatiuæ, Ex quo sequitur etiam quòd Barbara nō reducitur ad C aliquam aliam figuram: quia nulla alia figura a, prima concludit vniuersalem affirmatiuā, nisi prima: sed Darij & Færio reducuntur ad syllogismos tertię figuræ, puta darij a, datisi minore conuersa simpliciter; Ferio ad Ferison minore conuersa etiam simpliciter. Consequenter dicit, quòd omnes syllogismi secundæ figuræ reducuntur per conuersionem ad syllogismos primæ figuræ dempto Baroco, qui non potest reduci per conuersionem: licet bene per impoßibile vt iam superius ostensum est. Syllogismi etiam tertiæ figuræ reducuntur ad syllogismos primæ figuræ per conuersionem, dempto Bocardo qui non potest reduci per conuersionem cum maior primæ D figuræ non possit esse particularis licet bene per impoßibile.

DIFFERT autem in construendo, & destruendō opinari: aut idem aut diuersum significare.

ISTVD est quintum & vltimum capitulum, in quo docet syllogizare ex terminis infinitis: & ponit primo talem conclusionem: propō de prædicato infinito affirmatiua nō est eadē cū propositione negatiua de prædicato finito: vt istę duę nō sunt eędē: hō est nō albus, & hō nō est albus. Qđ probat duabus rationibus. Primo sicut, se habētistę duæ, forte possibile est ambulare & fortem possibile est nō ambulare: ita istæ duę homo est non albus, & homo non est albus: sed duæ primæ non sunt eędē; licet bene sequantur se ad inui-

E inuicem ; ergo etiam aliæ duæ non sunt eædem . Secunda ratio : non est idem esse non æquale ; & non esse æquale, quia huic quod est esse non æquale. aliquid subiacet.s.in æquale ; & huic quod non est esse æquale nihil subiacet . Tertia ratio : ab affirmatiua de prædicato finito, sequitur aliquid quod non sequitur ad negatiuam de prædicato finito ; ergo illæ propositiones non sunt eędem. Añs patet;quia ad istam hoc est lignum non album,sequitur ista hoc est lignũ; & tamen illa nõ sequitur ad istã hoc non est lignum album .

Consequenter ostendit philosophus qualiter valet consequẽtia à propositione de prædicato finito ad propositionem de prædicato infinito; & econtra,& ponit quatuor regulas. Prima ; ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædicato finito est bona consequentia; vt bene sequitur hoc est non albũ; ergo non est album. Secunda regula ; a negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito,non valet cõsequẽtia ; & hoc quando supple totale prædicatum non infinitatur ; vt non sequitur , hoc non est lignum album ; ergo hoc est lignum non album demonstrando per lv hoc lapidem . Tertia regula ; ab affirmatiua de prædicato finito ad negatiuam de prædicato infinito , est bona consequentia ; vt bene sequitur hoc est album ; ergo hoc non est al bum ; quia oppositũ consequentis,non potest stare cum antecedente. Quarta regula ; a negatiua de prædicato infinito non sequitur affirmatiua de prædicato

Regula.

F

finito ; vt non sequitur hoc est G lignum non album ; ergo est lignum album; & hoc quandò totale prædicatum non infinitat . Et subdit quòd sicut fiunt consequẽtiæ in propositionibus de prædicato finito & infinito ; sic etiam fiunt de terminis priuatiuis & terminis positiuis ; vt bene sequitur hoc est iniustum; ergo nõ est iustum ; & sic de alijs. Consequenter subdit quòd ex ꝓpositionibus de terminis infinitis vel priuatiuis eodem modo syllogizandum est sicut ex propositionibus de terminis finitis; vt sicut bene sequitur,omne animal est musicum , omnis homo est animal ; ergo omnis homo est musicus ; ita etiam bene sequitur omne animal est nõ musicum ; omnis homo est animal; ergo omnis homo est non musicus. Finaliter ponit quatuor regulas generales. Prima ; si ad añs sequatur consequens ; tunc ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis. Secunda regula; non oportet,ꝙ ad oppositum añtis sequatˀ oppositum consequentis. Tertia regula ; oppositum consequentis repugnat seu non potest stare cum antecedente. Quarta regula ; contradictorium añtis bene potest stare cum consequente . Primam regulam probat ; quia ad oppositum consequentis seq tur oppositum añtis vel ipsum oppositum consequentis stabit cum añte,sed hoc non,quia oppositum consequẽtis repugnat consequenti ; ergo etiam añti ꝑ illam maximam; Quicquid repugnat cõsequenti repugnat antecedenti. Secundã regulã probat ; quia si oppositum antecedentis

Regula.

H

A dentis stet cum consequente; tūc ad oppositum antecedentis nō sequitur oppositū consequentis: quia si ad oppositū contradicto riū aňtis sequeret oppositū cōse quentis: tūc cōtradictoriæ essent simul veræ: quia dato opposito aňtis vero, tūc ex quo sequit op positū cōsequentis, ipsum conse quēs & suū oppositū simul stabunt: qđ est falsum. Tertia regula probatur: quia contradictorium consequētis repugnat con sequenti: ergo & antecedenti. Quarta regula patet; quia ad oppositum antecedentis non se quitur oppositum consequētis: ergo oppositum antecedentis potest stare cū consequente. De inde ponit vnā obiectionē cōtra scđam regulā q̄ est hęc: ponam⁹ ꝙ a & b, cōtradicāt ipsi f: c vero & d contradicant h: tunc arguit
B sic: ad c sequit a: ergo ad f sequit h: & per consequēs ad d sequit b: quare de primo ad vltimum si ad c sequitur a: ad d sequitur b: quod est contra secundam regulam, quæ dicit ꝙ ad oppositum antecedentis non sequitur oppositum consequentis. Soluit non admittendo casum: quia duæ propositiones non possunt habere vnam contradictoriam: quod tamen supponebatur in casu.

An regula de formatione syllogismorum ex propositionibus de obliquis &c. sint sufficienter assignata.

QVAERITVR Vtrum regulæ de formatione syllogismorum ex propositionibus de obliquis & propositionibus reduplicatiuis & propōnibus de terminis infinitis sint sufficienter assignatę a philosopho. Arguit primo ꝙ non: q̃a tūc arguendo ex obliqīs ex vero seq̄ret falsum: sic arguēdo nullus equ⁹ est asinus: cuiuslibet hoīs est equus: ergo nullius hoīs est asinus. Secundo sic: dictio reduplicatiua est quoddā syncategorema sicut alia syncategoremata; ergo vr̄ ꝙ possit addi ita bene pdicato sicut addit alteri termino. Tertio sic: Reduplicatio est nota cāę inhęrentiæ pdicati ad subiectū: sed talis causa quæritur in prædicato: ergo dictio reduplicatiua non potest addi prædicato. Quarto: Affirmatiua de pdicato infinito habet cōcludi in modo negatiuo, non autem affirmatiua de pdicato finito: ergo non eodem modo est syllogizandū ex propositionibus de prædicato infinito, & de prædicato finito. Antecedens probatur: quia in syllogismo negatiuo syllogizatur conclusio negatiua de pdicato finito: & ad ipsam sequitur propositio negatiua de prædicato infinito: igitur. Quinto sic; syllogismus ex terminis finitis & ambabus negatiuis non est bonus: ergo syllogismus qui fit ex vna negatiua & altera affirmatiua de prædicato infinito non erit bonus: quia præmissæ vtriusque syllogismi inferunt se adinuicem. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum. *Art. 1.*

PRIMO sciendum, ꝙ pro solutione primæ partis supponitur primo quòd non omnino eodem modo est syllogizādum ex obliquis sicut ex rectis: quia ex obliquis quandoque potest *An ex rectis, & obliq. eodem mō syllog.*

E fieri bonus syllogismus ambabus existentibus particularibus aut indefinitis; nec oportet ꝙ sit præcise idem subiectum in vna, & prædicatum in alia; aut ꝙ sint tres termini quorum qui libet sit præcise subiectum vel prædicatum. Aduerte tamen ꝙ ex obliquis non valet syllogismus gratia formę, nisi aliquis terminus distribuatur in præmissis: & sub illo termino fiat sumptio in minore: ideo iste syllogismus non valet cuiuslibet hominis asinus currit, brunellus est asinus: ergo brunellus currit: nam præmissę possunt esse veræ conclusione existente falsa. Ex isto sequitur vna regula generalis: ex omni propositione de termino distributo siue ille sit rectus siue obliquus, cū vna alia in qua subsumit alius terminus sub termino distributo est bonus syllogismus siue ille terminus sit subiectum siue prædicatum: siue pars subiecti siue pars prædicati. Ex istis dicitur primo ꝙ nō oportet in syllogismis ex obliquis ꝙ maior vel minor extremitas vel medium sit totale extremum.i.totale subiectum vel totale prædicatum: nec oportet ꝙ medium syllogisticū sit subiectum vel prædicatum in maiore: sed sufficit ꝙ se teneat ex parte subiecti vel prædicati: nā in hoc syllogismo homo omnem equū est videns; brunellum est equus: ergo brunellum homo est videns: iste terminus equum est mediū, & brunellus minor extremitas: & hoc totum residuum est maior extremitas. Secundo dicitur, ꝙ tales syllogismi, qui sic fiunt ex obliquis dicuntur esse in aliquo modo vel in aliqua figura: quia habent similitudinem talis figuræ vel talis modi. Dicitur tertio ꝙ tales syllogismi ex obliquis nō dicuntur proprie & directe esse in aliqua trium figurarum, capiendo figuram eodem modo quo communiter diffinitur; sed solum reductiuè, inquantum.s. præmissę de terminis obliquis habent resolui in præmissas de terminis rectis.

Regula. F

G

SECVNDO sciendmu ꝙ in prima figura maiore de obliquo, cuius medium est terminus obliquus, & minore de recto sequitur conclusio de obliquo: dū modo obliquitas in conclusione cadat ex parte eiusdem extremi sicut in maiore: & dummodo obseruetur talis obliquitas. Et dicitur notanter, dummodo obliquitas cadat ex parte eiusdem extremi: quia si caderet ex parte alterius, non oporteret cōsequentiam valere: vt non sequitur cuiuslibet hominis asinus currit: sortes est homo; ergo sortes est asin⁹ qui currit. Dicitur notanter, dummodo seruetur talis obliquitas: quia si variaretur non oporteret consequentiam valere: vt non sequitur cuiuslibet hominis est asinus, sortes est homo: ergo in sorte est asinus. Et hoc intelligitur per istā regulam generalē: quādocunq; in maiori propositione aliquis terminus fuerit distributus in obliquo siue affirmatiuę siue negatiuę de quocunq; alio termino rectus illius obliqui dicitur: tunc quicquid affirmabitur de obliquo in maiori, affirmabitur de aliquo illius vltimi termini. Similiter ex maiore de recto & minore de obliquo in quo

H *Notabile de obliquo ī prima figu.*

Regula.

A quo minor extremitas ponitur in obliquo valet syllogismus ad inferendum conclusionem, in qua minor extremitas ponitur in obliquo: vt bene sequitur omnis asinus est animal: & hominis est asinus: ergo hominis est animal. Sed ex duabus præmissis in quibus medium tenetur in obliquo gratia formę non valet consequentia: vt nō sequitur omnem asinum videt equus: omnis homo videt asinum: ergo omnis homo est equus. Preter illos modos ponuntur adhuc tres alij modi: quorum primus est; maiore vniuersali negatiua cuius medium est terminus obliquus & minore affirmatiua in qua medium ponitur in obliquo valet consequentia ad

B inferendum conclusionem de recto: vt bene sequitur nullum hominem videt asinum: & omne risibile videt hominem: ergo nullum risibile est asinus. Secundus modus: quando maior est vniuersalis negatiua in qua maior extremitas ponitur in obliquo, & minor est affirmatiua in qua minor extremitas ponitur in obliquo valet consequentia ad inferendum conclusionem de recto: vt bene sequitur nullus asinus videt hominē: & omne risibile videt asinus: ergo nullum risibile est homo: sed si ambe præmissę fuerint affirmatiuę non valet consequentia. vt non sequitur omnis homo videt asinum: & omnes equum videt homo: ergo omnis equ9 est asinus. Terti9 modus: quādo maior est vniuersalis affirmatiua de recto & in minore medium est in obliquo valet consequentia, in qua maior extremitas ponitur in obliquo: vt bene sequitur omnis hōmo est animal: asinus est hominis: ergo asinus est animal: sed in modo negatiuo non valet:

C vt non sequitur nullum risibile est asinus: omnis homo videt risibile: ergo nullus hō videt asinum: & ista debent intelligi de prima figura: tamen isti modi non sunt proprie syllogistici: quia non seruantur generales conditiones syllogismi.

Tertio sciendum, quòd in secunda figura duabus præmissis de obliquo in quibus extremitate sunt termini obliqui, valet syllogismus ad inferendū conclusionem de recto; vt cuiuslibet hominis est equus: & nullius asini est equus: ergo nullus asinus est homo. Secunda regula: medio existente in obliquo in ambabus pręmissis valet consequentia ad inferendum conclusionem de recto: vt bene sequitur nullus asinus est hominis: oīs bos est hominis: ergo nullus bos est asinus. Similiter maiore affirmatiua de recto & minore negatiua de obliquo valet syllogismus ad inferendum conclusionē de obliquo seruata obliquitate ex parte eiusdem extremi: vt omnis asinus est animal: & nullius hominis est animal: ergo nulli9 hominis est asinus. Secundum exemplum: omnis homo est animal: & nullus asinus est animal: ergo nullus asinus est hominis. Sed pro tertia figura ponuntur aliquę regulę prima: maiore de obliquo sine mediū ponatur in obliquo siue maior extremitas & minore de recto valet syllogismus ad inferendum conclusionem de obliquo: dummodo eadē obliquitas se te-

Notabile de obliquo in 2. figura.

D

Regula pro 3. figu.

B se teneat ex parte eiusdem extremi: vt in Darapti, cuiuslibet hoīs est asinus: oīs hō est aīal: ergo aīalis est asinus. Itē quilibet asinus est hoīs, asinus est rudibilis: ergo rudibile est hoīs. Secunda regula: ex duabus de obliquo, in quibus mediū ponitur in obliquo, non valet consequentia: nō n. sequitur cuiuslibet hoīs est asinus, cuiuslibet hoīs est equ⁹: ergo equus est asinus. Et si minor sit de obliquo ex parte subiecti, sequitur conclusio de obliquo, ponendo obliquitatem in ꝑdicato: vt omnis homo est animal, hominis est asinus: ergo asinus est animalis, sed si obliqtas se teneat ex parte prædicati, seqtur conclusio, in qua minor extremitas ponitur in obliquo: vt omnis homo est aīal: quilibet homo est asini: ergo asini est

F animal.

Dubium de isto syllogismo, Micalus musicus corrumpetur &c. QVARTO sciendum ꝙ circa textum incidit vna difficultas: qualiter est saluabilis hic syllogismus, micalus musicus corrumpetur cras: micalus est micalus musicus: ergo micalus corrumpetur cras, non est bon⁹ syllogismus, cum videatur esse syllogismus expositorius, cum medium sit terminus singularis singulariter & vniuocè tentus. Respondetur ꝙ ille syllogism⁹ non est bonus: quia conclusio pōt esse falsa præmisis existentibus veris: vt si ponatur quòd nūc micalus sit musicus, & cras eius musica corrumpetur & nō ipse micalus: tunc cōclusio erit falsa, & præmissæ veræ. Dicitur secundo ꝙ ad syllogismum expositorium nō sufficit medium esse terminum singularem simpliciter & vniuocè tentum: sed requiruntur aliæ tres conditiones. Prima; quòd ab vna præmissarum ad vnam de omni valeat consequentia, quæ ibi deficit; quia ad istam micalus musicus corrumpetur cras, non sequitur ista, omne quod est micalus musicus corrumpetur cras. Et si quis dicat, nunquam ad singularem potest sequi illa de omni eisdem terminis: ergo illa conditio non valet. Antecedens probatur: quia termino singulari non congrue potest addi signum vniuersale: vt non congrue dicitur, omnis sortes. Respondetur, quòd licet termino singulari singulariter tento & incomplexo non possit addi signum vniuersale: tamen bene termino singulari cōplexo, cuius vna pars est terminus communis: vt omne ens, qđ est sortes currit. Vnde istud H subiectum, ens quod est sortes dicitur supponere discretè: quia ex modo suæ significationis repugnat sibi supponere pro pluribus ratione illius termini, sortes: ita ꝙ ille terminus ens capitur singulariter ratione determinationis sibi additę. Et siquis dicat, ista est vniuersalis omne ens quod est sortes currit: igitur subiectum non supponit discretè: neq; est terminus discretus. Respondetur ꝙ est simpliciter singularis, & non vniuersalis: nisi capiēdo propōnem vniuersalem largè pro omni propositione, cuius subiecto additur signum vniuersale siue distribuatur siue nō. Ex quo sequitur, ꝙ sicut ibi est syllogismus expositori⁹, sortes currit, homo est sortes; ergo homo currit: ita ibi, omne ens quod est sortes currit, ho-

A rit, homo est ens quod est sortes, ergo hõ currit. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Arti. 2.

Quo arguitur ex reduplicatiuis.

DVBITATVR primo qualiter arguendum est ex reduplicatiuis. Pro cuius solutione supponitur ꝙ propositio reduplicatiua est, in qua ponitur signũ reduplicatiuum reduplicatiue tentum; vt sunt ista, in tantum, inquantũ, eo quod. Supponitur secundo ꝙ syllogismi reduplicatiui .i. in quibus ponũtur ꝓpositiones reduplicatiuæ, habent fieri proprie in prima figura & in omnibus modis: dũ modo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis, & non medij nec minoris extremitatis. Exemplum in Barbara; vt omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis B secundum ꝙ triangulus isosche les est triangulus; ergo isosche les habet tres angulos equales duobus rectis inquantum trian gulus. Similiter omne animal est viuens inquantum animatũ omnis homo est animal; ergo omnis homo est viuens inquantum animatum. Exemplum in celarent, nullum animal est sensitiuum inquantum est animatum, omnis homo est animal. ergo nullus homo est sensitiuus inquantum animatus. Sed quæreret aliquis quare reduplicatio non se tenet ex parte medij seu non additur medio. Respondetur ꝙ ratio est; quia tunc non concluderetur conclusio reduplicatiua cum medium non intret conclusionem: Secũdo quare non additur minori extremitati? Respõdetur ꝙ ratio est: quia reduplicatio ponitur ad designandum cõuertibilitatem C termini reduplicati ad prædicatum & non ad subiectum: modo minor extremitas est subiectum; igitur. Supponitur tertio: ꝙ tales syllogismi proprie non habẽt fieri in secunda figura; quia vel reduplicatio adderetur medio vel extremitatibus: non medio, vt notum est; nec extremitatibus, cum subijciatur in præmissis; modo reduplicato proprie non se tenet ex parte subiecti. Sed in tertia figura fiunt boni syllogismi; dũmodo reduplicatio se teneat ex parte maioris extremitatis. Exẽplum in Darapti omne animal est viuens in quantum animatum; omne animal est substantia; ergo quædam substantia est viuens inquantum animata.

Quo fiat syllogismi ex terminis infinitis.

DVBITATVR secundo D qualiter arguendum est ex terminis infinitis. Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ ex terminis infinitis fiunt eodem modo syllogismi in omni figura sicut ex terminis finitis: dũmõ terius ꝗ est finitus, non mutetẽ in terminũ infinitũ, nec terminus infinitus in terminũ finitũ. vt omne animal est nõ albũ, oĩs hõ est aĩal; ergo oĩs homo est nõ albus. Exẽplũ vbi oẽs termini sunt infiniti; vt oẽ nõ albũ est nõ hõ. oĩs nõ lapis est nõ albus; ergo oĩs non lapis est non hõ. Sed quæreret aliquis, vtrũ possint fieri, boni syllogismi variando aliquem terminum penes finitum & infinitum. Respondetẽ ꝑ aliqua dictã. Primũ: in omni figura ex duabus præmissis vniuersalibus negatiuis medio variato penes finitum & infinitũ, sequitur conclusio nega-

 gati-

A gatiua:vt nullum non albũ cur ritmullus homo est albus; ergo nullus homo currit. Dicitur secundo ꝙ in prima & secunda figuris ex maiori vniuersali negatiua & minori particulari negatiua sequitur cõclusio particularis negatiua medio variato penes finitum & infinitum: vt nullum non albũ currit, homo non est albus: ergo homo non currit. Sed in tertia figura medio sic variato nihil sequitur: vt nõ sequitur, nulla non substantia est animal: quædam substantia non est homo:ergo quidam homo non est animal: ibi cõclusio est falsa,& præmissę sunt vere: Dicitur tertio ꝙ in prima & tertia figuris medio variato penes finitũ & infinitũ si ambę pmissę fuerint affirmatiuæ, nihil sequitur. Sed in secũda figura ex am-F babus præmissis affirmatiuis,sequit conclusio negatiua medio vaxiato penes finitũ & infinitũ. Exemplum: vt omnis homo est animal,lapis est non animal;ergo lapis non est homo: Et siquis dicat, isti syllogismi non sunt in aliqua figura cum sint quatuor termini: & etiam non inuenitur ratio medij. Respondetur ꝙ de rigore non sunt in aliqua figura neq; modo: sed solum dicuntur esse in aliqua figura: quia habent similitudinem alicuius figurę.

Dubiũ.

An regulę qb' arguitur a pponibus de pdica tis finitis &c. sint insti. uenposita

DVBITATVR tertio, vtrum regulæ quibus arguitur a propositionibus de prædicatis finitis, ad propositiones de prædicatis infinitis sint conuenienter positę ab Arist. Pro cuius solutione dicitur primo quòd a propositione affirmatiua ad negatiuam, & econtra variato prædicato pœnes finitum & infinitum est bona consequentia, seruatis conditionibus: vt dictum est in secundo peri hermenias, dummodo totale prædicatum infinitetur. Dicitur secundo ꝙ duę regulæ philosophi quibus dicit, ꝙ a negatiua ad affirmatiuam,non valet consequentia dicũt intelligi non prædicatum est complexũ cuius tantum vna pars infinitatur: vt non sequitur lapis non est lignum album:ergo lapis est lignum non album: sed bene sequitur hoc nõ est lignum albũ: ergo hoc est non lignum albũ. Et siquis arguat non sequit sortes est videns non asinũ; ergo sortes nõ est vidẽs asinum: quia antecedens potest esse verum & consequens falsum: posito casu quòd sortes videat equuum & asinum: & tamen arguitur ab affirmatiua ad negatiuam cuius totale prædicatum non est infinitatum. Respondetur ꝙ tales regulæ proprie nõ tenent in terminis obliquis, nisi totale prædicatum infinitaretur. Siquis etiã arguat dicit Arist. in textu, quòd idem est iudicium de terminis priuatiuis & infinitis: vt de non equale, & inequale: & tamen non sequitur hoc est inequale: ergo non est equale cum idem possit esse equale & inequale: vt posito casu ꝙ Ioannes sit æqualis Petro & inequalis Guillermo: tunc ista est vera Petrus est equalis: & ista est falsa Petrus est inequales. Respondetur quòd licet idem respectu diuersorum possit esse equale & inequale, non tamen respectu eiusdem. Dicitur vlterius ꝙ non est intelligendum ꝙ in: G H

A quòd in omnibus sit eidem iudicium de terminis infinitis & priuatiuis: sed quantum ad aliqua bene potest esse idem iudiciū. Sed quæreret aliquis quō intelligitur dictum Arist. vbi dicit quòd huic quod non æquale aliqd subiacet. i. inæquale & non huic quod est non esse æquale. Respondetur quod non debet intelligi, quòd non æquale aliquid ponat seu significet aliqd positiuum, sed intelligēdum eū quod inæquale subijcitur respectu huius quod est non æquale: C vt ista conceditur inæquale est non æquale. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis Art. 3. Regulæ de formatione syllogismorum ex propositionibus de obliquis reduplicatiuis & terminis infinitis sunt sufficienter assignatæ a philosopho, vt satis patet ex dictis. Ad rationes ante oppositū patet solutio quid sit dicendum ex dictis.

PRIORVM

ANALYTICORVM

B ARISTOTELIS. D

LIBER SECVNDVS.

IN quātis ergo figuris, et p quales & quot propōnes, & quando, & quomodo fit syllogismus: amplius aūtem per quæ perspiciēdum construenti & destruenti: & quomodo oporteat quærere de proposito.

ISTE EST secūdus liber Priorum, in quo philosophus determinat de potestatibus syllogismorum, & de peccatis contingētibus circa eas, & de speciebus argumentationis alijs a syllogismo. Et diuiditur in tres tractat. Primus tractatus continet sex capitula. In primo determinat de prima potestate syllogismi, quæ est posse plura concludere, ostēdens primo quot modis aliquis syllogismus dr̄ plura concludere: dicens primo, ꝙ omnes syllogismi vniuersales possunt plura concludere per conuersionē suæ conclusionis. Similiter & syllogismi particulares affirmatiui: quia conclusiones eorū possunt conuerti in terminis: sed syllogismi particulares negatiui non possunt plures conclusiones concludere per cōuersionē; quia particularis negatiua non potest conuerti in terminis. Vnde quæ-

E de quæcunq; præmissæ inferunt suas conuersas eędem inferunt suas conuertentes: quòd declarat per istas literas a,b,c,deinde subdit alios modos plura concludendi,ponens tres conclusiones. Prima omnes syllogismi vniuersales primæ figuræ possunt plura concludere in latus assumendo.i.sumendo sub medio. Etiam possunt plura cõcludere in post sumendo.i.sumendo sub minori extremitate. Secunda conclusio: omnes syllogismi vniuersales secundæ figuræ possunt concludere plures conclusiones in post assumendo.i sumendo sub subiecto conclusionis:sed non possunt syllogizare manifeste plures conclusiones sumendo sub medio: licet

F possint plures syllogizare immanifeste. Patet;quia propositio in qua ponitur mediũ sub quo sub sumitur,non est conclusa per priorem syllogismũ: ideo non concluditur manifeste sed immanifeste. Tertia conclusio: nulli syllogismi particulares possunt plura concludere sumendo sub subiecto conclusionis; cum ipsum non distribuatur. Omnes tamen syllogismi tertiæ figuræ tam vniuersales quam particulares possunt plura concludere sumendo sub medio: sed non euidenter: quia nulla talis præmissarum est cõclusa vel syllogizata. Subdit finaliter ꝙ in tertia figura non possunt plura concludi sumendo sub minori extremitate; cũ non distribuatur; sed syllogismi concludentes propositionẽ, quæ potest conuerti, possunt plura concludere per conuersionem.

Est ergo sic se hab tre vt veræ sint proposition is per quas syllogismus fit. G

Quæ est scda ptãs syllogismorum.

Istvd est secundum capitulum huius tractat. in quo philosophus determinat de secunda potestate syllogismorũ,quæ est ex falsis posse sequi verum. Et diuiditur in tres partes. In prima docet syllogizare verum ex falsis in prima figura: ponens tres conclusiones,quas intẽdit probare in hoc capitulo. Prima,non contingit syllogizare falsum ex veris. Secunda: contingit syllogizare verum ex falsis; Tertia; non contingit syllogizare verum ex falsis propter quid; sed solum quia est. Primam conclusionem, probat sic: quia si antecedens est, necesse est consequens esse: & ex opposito consequentis necessario sequitur oppositum antecedentis; ergo si antecedens sit verum consequens erit verum,aut idem accidit simul esse aut non esse:quod est impossibile; si enim a.i. antecedens poneret verum & b.i. consequens falsum, ad à sequeretur b, esse & b,non esse: & cum ad b, non esse sequatur non a, esse, etiam ad a, esse sequæretur non esse. H

Deinde remouet vnum dubium cum.n. pro antecedente posuit a,aliquis posset credere ꝙ p a, intelligeret tm̃ vnã ꝑmissã; hoc remouet:dicẽs ꝙ nõ;q.ĩ ex vno nihil sequitur syllogistice. Secũdam conclusinem probat inductiuè in omni figura ponẽs quatuor conclusiones. Prima est; in modis vniuersalib⁹ ex ambabus præmissis in toto falsis: potest sequi conclusio vera: & etiã

A ex ambabus in parte falsis. Primam partem probat sic, syllogizando in Barbara; omnis lapis est animal; omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Secunda conclusio: in modis vniuersalibus primæ figuræ ex maiore in toto falsa, & minore vera nunq̃ sequitur cõclusio vera; sed bene ex maiore in parte falsa, & minore vera sequitur conclusio vera. Dicitur autem propositio in toto falsa quæ pro quolibet supposito subiecti est falsa; & eius contraria est vera; vt ista, omnis lapis est animal. Sed illa dicitur in parte falsa quæ ratione aliquorum suppositorũ est falsa; non tamen ratione omnium: vt omne album est animal.

Tertia conclusio maiore vera & minore in toto falsa; aut etiã

B in parte falsa, sequitur conclusio vera. Primam partem probat capiẽdo species disperatas; sic arguendo: omnis equus est animal, omnis homo est equus; ergo omnis hõ est animal: sed in modis negatiuis debẽt sumi duæ species non subalternæ & genus extraneum illarum: vt musica, medicina, & animal. Secundam partem probat sic arguendo; omnis homo est animal, omne gresibile est homo: ergo omne gresibile est animal. Quarta cõclusio; in modis particularibus potest sequi verum ex ambabus falsis siue in toto siue in parte; & ex altera vera & altera falsa siue in toto siue in parte: ꝓbat inductiue formãdo syllogismos in modis particularibus. Cõsequenter ꝓbat dictã cõclusionẽ in modis scdę figuræ ponẽdo hãc regulã; in omnib⁹ modis 2æ figuræ

C potest syllogizari verum ex falsis tam ex ambabus in toto falsis quã in parte falsis; & ex vna vera & altera falsa: siue in toto siue in parte quæcunq; fuerit illa siue maior siue minor. Et ꝓbat inductiue in modis particularibus; consequenter probat prædictam cõclusionem in modis tertiæ figuræ. Et ponit hanc concusionem: in omnibus modis tertiæ figurę potest syllogizari verum ex falsis siue ambæ præmissæ sint falsæ siue in toto siue in parte; siue vna sit vera & altera falsa. Ex quo infert duo correlaria. Primum: si cõclusio sit falsa necesse est ambas vel alterã præmissarum est falsam; quia falsum non sequitur ex veris. Secundum correlariũ; quando conclusio est vera non

D est necesse vtranq; præmissarũ vel alteram esse veram: quia verũ potest sequi ex vero & ex falso. Consequẽter probat tertiã cõclusionem principalẽ. s. ꝙ ex falso non sequatur verum pp quid & vniuersaliter; qa tũc ad idẽ verum affirmatũ & negatũ aut ad duo contradictoria sequeretur idẽ & per cõsequens vnũ cõtradictoriorũ seqreẽ ad reliquũ; cõsequẽs est ĩpossibile igiẽ & añs. Et cõsequentia declaratur: quia ad añs esse verum, sequitur consequens esse verũ: sed si falsum inferret verum pp quid; tunc ad idem añs non esse verum, sequereẽ idẽ cõsequẽs esse verũ: ergo ad duo contradictoria seqretur idẽ: cõsequentia patet: qa si ad esse albũ, sequaẽ b esse nigrũ; & idẽ sequaẽ ad a, nõ esse albũ; tũc ex opposito cõsequentis primæ cõsequẽtiæ seqẽ oppotũ añtis:

tis: vt si sequitur a, est album: ergo b est nigrum: etiam sequitur b, non est nigrum ergo a nō est album. Et vltra a, non est album; ergo b, est nigrum ergo idem sequæretur ad duo contradictoria.

Quæ est tertia potestas syllogismorum.

CIRCVLO āt & ex se &c.

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus determinat de tertia ptāte syllogismo rū q̄ est posse circulariter syllogizari. Vñ syllogizare circulariter est ex conclusione prioris syllogismi cum cōuertēte alterius pręmissæ inferre alteram præmissam. Et dat exemplum in Barbara: vt facto isto syllogismo: omne b, est a, omne c, est b: ergo omne c, est a: sic syllogizatur circulariter, omne c, est a, & omne b, est c, ergo omne b, est a; ibi ex conclusione prioris syllogismi cum conuertente minoris, infertur maior. Et subdit ꝙ syllogismus circularis, debet fieri ex terminis conuertibilibus si debeat procedere ex veris. Et primo docet syllogizare circulariter in prima figura: dicens, ꝙ ex conclusione de Barbara cum conuertente minoris infertur maior. Et similiter ex eadem conclusione cum conuertente maioris infertur minor: vt patet faciendo syllogismū in Barbara, sed ad syllogizādum in celarent, dicit ꝙ maior de celarent syllogizatur circulariter ex conclusione & conuertente minoris: sed minor non potest syllogizari circulariter: quia tunc argueretur ex puris negatiuis: nisi maior de celarēt conuertatur in vniuersalē affirmatiuam de subiecto infinito: vt ista nullum animal rationale est lapis in istam: omnis non lapis est animal rationale. Deinde docet syllogizare circulariter in modis particularibus: dicens, quod in ipsis præmissa vniuersalis non potest syllogizari circulariter: quia propositio vniuersalis non concluditur nisi ex ambabus vniuersalibus: etiam ex puris particularibus, nihil sequitur syllogistice. Dein de docet syllogizare circulariter in secunda figura, ponens quatuor conclusiones, prima: in secunda figura non potest syllogizari circulariter vniuersalis affirmatiua: nec etiam particularis affirmatiua: quia tunc argueretur ex puris negatiuis. Secundo conclusio: in modis secundę figuræ negatiua est circulariter syllogizabilis. Quod probat in camestres faciendo syllogismum; ex cuius conclusione cum conuertente maioris infertur minor: & eodem modo probat in Cæsare. Tertia conclusio: in syllogismis particularibus: vniuersalis non potest syllogizari circulariter: quia tunc fieret syllogismus ex puris particularibus. Quarta conclusio: in syllogismis particularibus particularis negatiua bene potest syllogizari circulariter: sed non particularis affirmatiua. Finaliter docet syllogizare in tertia figura ponēs tres cōclusiones; prima est, in modis vniuersalibus tertiæ figuræ; vniuersalis non pōt syllogizari circulariter; quia cōclusio semp est particularis in tertia figura. Secunda conclusio; in modis particularibus affirmatiuis particularis pōt syllogizari circulariter

Modus syllogizādi circulariter in modis particularib⁹.

Tertia

A Tertia conclusio: in modis particularibus negatiuis: negatiua potest syllogizari si sit particularis, sed non affirmatiua. Deinde infert quædam correlaria. Primum: quod præmissæ primæ figuræ syllogizantur circulariter per tertiam & primam figuras, puta præmissa negatiua per primam, & affirmatiua per tertiam in modis negatiuis: in affirmatiuis per primam figuram. Secundum: in secunda figura syllogismus est vniuersalis ostensio præmissæ sit per tres figuras. Si particularis per primam & secundam figuras. Tertium: omnis ostensio præmissarum tertiæ figuræ fit per tertiam figuram. Quartum: in secunda & tertiam figuris non fiunt syllogismi circulares perfecti: quia non infertur altera præmissa in propria forma, sed eius
B conuertens.

An tres primæ potestates syllogismorum à philosopho sufficienter assignentur.

QVAERITVR Vtrum tres primæ potestates syllogismorum sint à philosopho sufficienter assignate. Et arguitur primo contra primam: quia idem syllogismus non potest inferre plures conclusiones: igitur. Antecedens patet: quia conclusio est effectus præmissarum: ergo eædem præmissæ non inferunt plures conclusiones: quia vnius causæ est tantum vnus effectus. Secundo sic: nullus bonus syllogismus procedit ex falsis: ergo secunda potestas male assignatur. Antecedens patet: quia nec syllogismus demonstratiuus nec dialecticus: igitur nullus syllogismus procedit ex falsis. Tertio C sic: ex falso non potest sequi verum: ergo nullus syllogismus concludit conclusionem veram ex præmissis falsis. Antecedens patet: quia ens & verum conuertuntur & non ens & falsum: modo non est causa entis ergo falsum non est causa veri. Quarto sic: si in bona consequentia ex falso sequeretur verum: hæc consequentia esset bona hoc non est verum, ergo hoc non est falsum: sed hoc est inconueniens: igitur consequentia: quia si ex falso sequæretur verum: ergo ad destructionem veri sequæretur destructio falsi, cum ad destructionem consequentis sequatur destructio antecedentis: & per consequens si verum sit consequens ad falsum, sequitur hoc non esse verum. Quinto sic: D syllogismus circularis non est bona consequentia & formalis: igitur. Antecedens patet; quia non habet fieri nisi in terminis conuertibilibus: etiam syllogismus circularis petit principium: ergo non est bonus nec vtilis demonstratori nec dialectico. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum,

Artic. 1. PRIMO sciendum, quod pro declaratione primæ potestatis supponit primo, quòd potestas syllogismi est quædam proprietas attributa syllogismo ad veritatis euidentiam & falsitatis ostensionem. Et sunt sex: quarum prima est posse plura concludere, quod potest fieri tribus modis. Per conuersionem conclusionis aut sumendo subalternam eius. Secundo potest fieri subsumendo in latus: & hoc fit capiendo sub medio

Quid est potestas syllogismi.

E medio distributo plures minores extremitates. Tertio in post sumendo valet quando sub minori extremitate distributa aliquid subsumitur. Vnde sub minori extremitate potest subsumi dupliciter .s. in conclusione, & in minori propositione. Vnde si subsumatur in conclusione erit vnus & idem syllogismus, capiendo syllogismum pro præmissis; sed si subsumatur in minori: tunc non erit vnus syllogismus, nisi capiendo syllogismum pro parte principali.s.pro maiori. Secundo supponitur quod oīs syllogismus potest plura cōcludere per cōuersionem, cuius conclusio potest conuerti: sicut est vniuersalis, siue affirmatiua siue negatiua: & particularis affirmatiua. Et sic oīs syllogismus concludens aliq̄ illarum potest

F plura concludere per conuersionem. Tertio supponitur quod duę sunt regulę consequentiarum, in quibus fundatur ista potestas. Prima: quicquid sequitur ad cōsequens bonæ cōsequētiæ sequit̄ ad eius añs. Secunda: quicq̄d p̄dicatur de subiecto distributo; & p̄dicatur de quolibet cōtento sub eo. Ex oībus istis: patet qui sunt syllogismi, qui pñt plura cōcludere sub medio, cū mediū in altera p̄missarum semper distribuatur, & hoc debet intelligi, siue euidēter siue ineuidēter. Sed oēs syllogismi quorum minor extremitas distribuitur, pñt plura concludere subsumendo sub ea, & omnes syllogismi quorū conclusio pōt conuerti, possunt plura concludere.

SECVNDO sciendum, quod circa primam potestatem incidunt duæ difficultates; quarum prima est, vtrum vnus & idem syllogismus possit plura concludere immediatè. Ad quam dicitur breuiter, quod capiendo syllogismum pro præmissis tm̄; idē syllogismus potest primo & immediatè concludere plures conclusiones; sicut præmissæ syllogismi facti in barbara immediatè inferunt vniuersalem affirmatiuā; etiam possunt immediatè inferre cōclusionem particularem affirmatiuā; quia minoris virtutis est inferre particularem q̄ vniuersalem. Etiā si minor de barbara esset particularis, immediatè inferret particularem: ergo à fortiori si sit vniuersalis; & similiter dicatur de alijs syllogismis; quorū conclusio est vniuersalis, vel quorū cōclusio pōt conuerti vel sub quorū minori extremitate pōt aliq̄d subsumi. Secunda difficultas, an syllogismus concludens plures conclusiones sit vnus & idē syllogism⁹. Pro cuius solutione, supponit̄ quod syllogismus capitur dupliciter. Vno modo pro aggregato ex præmissis & conclusione simul. Alio modo pro præmissis tantum. Hoc supposito dicitur primo, quòd idē syllogism⁹ potest inferre plures conclusiones si capiatur p̄ præmissis tantum: quia præmissæ inferentes vniuersalem possunt inferre particularem. Dicitur secūdo, quod sumendo syllogismū pro præmissis & conclusione simul; tūc nullus syllogismus potest inferre conclusiones; quia vel hoc esset per conuersionem, vel in latus vel in post sumendo, sed nullum istorum potest dici; quia tunc non manet idem syllogismus: cum conclusio semper variE-

G *An idē syllog. possit plura concludere.*

H *An syllo. plura cōcludēs, sit vnus.*

A rietur. Dr secūdo, quòd syllogismus concludens plures conclusiones sumendo sub medio plures minores extremitates vel sub minori extremitate sumendo, et alias minores extremitates non est syllogismus simpliciter vnus sed plures: pt tamen dici vnus sm qd & gratia partis: quia tales plures conclusiones concluduntur per vnam maiorem. Qn autē dicit philosophus vnū syllogismū posse plura concludere, capit syllogismum pro pmissis & nō pro aggregato ex pmissis & conclusione simul. Et aduerte q huius ptātis duæ sunt vtilitates. Prima: est scire multas conclusiones per easdē pmissas: secunda. est ad sciendū aliq̄ consequentiā inferentē aliq̄ conclusionē ineuidenter esse bonā: nam si aliq̄ pmissæ inferunt aliq̄ conclusionem ineuidenter, q̄
B sequeretur ad conclusionē prioris syllogismi: tunc prima consequentia probatē esse bona per secundam in virtute huius ptātis.

Tertio sciendum, q hic incidit talis difficultas. Vtrū illa regula in qua fundatur ista potestas. f. quicquid sequitur ad cōsequens bonæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedēs, sit bona. Arguitur primo quòd nō: quia bene sequitur homo est: ergo animal est. Et vltra, animal est: ergo genus est. & tamē non sequitur, homo est: ergo genus est. ergo aliquid sequitur ad consequens alicuius bonæ consequentiæ quod non sequit ad eius antecedens. Respondet q ista consequentia non valet animal est: ergo genus est. Nā pt esse animal: dato quòd non denominetur genus, & ad hoc quòd genus sit; nam ad hoc C quòd denominetur genus requiritur, quòd concipiat vt vnum in multis & de multis. Et si dicatur, impossibile est ita esse sicut per antecedens significatur, quin ita sit sicut per consequēs significatur: quia si animal est gen9 est; cum animal sit genus: etiam si aliquid quod natum est prædicari de pluribus differentibus specie est, ergo genus est. Respondetur quòd diffinitio bonæ consequentiæ debet intelligi in sensu diuiso; & non in sensu composito. Secundo sic argui tur: nam bene sequitur; quadrupedale est; ergo bipedale est: & vltra, bipedale est: ergo pedale est sua medietas, cum antecedens sit verum & consequēs falsum. Respondetur q ly sua pt esse relatiuum de bipedale; & tunc bene sequitur; quia tunc D sensus est, quadrupedale est, ergo pedale est medietas de bipedale. Aliomodo pt esse relatiuū de quadrupedale, & sic nō bene sequitur, qa tunc sensus est, pedale ē medietas de quadrupedale.

Alia difficultas de eodē.

Qvarto sciēdum pro declaratione secundæ potestatis q aliqua propō dr dupliciter falsa. f. in toto & in parte. Vnde illa propō dicitur in toto falsa, cuius prædicatum non conuenit alicui contento sub subiecto. Et illa dr in parte falsa & in parte vera, cuius prædicatū conuenit alicui contento sub subiecto, & alicui nō, & hoc in affirmatiuis. Ex quo sāgr q propō non dr in pte vera & in pte falsa, eo quòd simul & semel sit vera & falsa, sed qa pdicatum alicui contento sub subiecto conuenit & alicui non. Sed dubitaret aliquis, vtrum

Propositio quot modis dicitur falsa.

Dubitatio.

vtrum vna & eadem propositio sine æquiuocatione posit simul esse vera & falsa. Et arguitur ꝙ sic: posito casu ꝙ sortes dicat istam propositionem Plato dicit falsum, & Plato istam sortes dicit falsum & nihil aliud dicat. Tunc arguitur sic, supponendo quòd si sortes dicat verum etiā & Plato: & econtra: cum omnino dicant similes propositiones. Tunc arguitur, vel sortes dicit verum vel falsum: si verum: ergo Plato dicit falsum, cum dicat quòd sortes dicit falsum. Et si Plato dicat falsum; etiam sortes dicit falsum, cum dicant omnino similes propositiones. In oppositum arguitur: quia tunc duæ contradictoriè essent simul veræ & simul falsæ: quia bene sequitur: illa propositio quæ est simul vera & falsa est vera: ergo sua contradictoria est falsa. Etiā bene sequitur est falsa: ergo sua contradictoria est vera: & per consequens duæ contradictorię erunt simul veræ vel falsæ. Pro solutione supponitur quòd ad omnem propositionem asserentem se esse falsam sequitur ꝙ ipsa est falsa. Supponitur secundo, quòd aliqua propō asserit se esse falsam dupliciter. Vno modo ex directo, sicut propō hħs reflexionē supra seipsam, vt ista omnis propō est particularis. Aliomodo ex indirecto. s. mediāte alia propositione: & sic est in proposito. Vnde propositio quam dicit sortes puta ꝙ Plato dicit falsum: non asserit se ex directo esse falsam: sed hoc q̄d asserit Platonem dicere falsum, qui tamē dicit istam propositionem sortes dicit falsum. Ex istis potest poni ista conclusio, quòd

Quot modis propō asserit se esse falsam.

nulla eadem propositio sine æquiuocatione est simul vera & falsa. Et si quis dicat ista propō, non homo est animal est simul vera & falsa, quia habet sensum simul verum & falsum, cū vnus sensus sit, aliquid quod non est homo est animal: alius est, nullus homo est animal. Respondetur quòd hoc est secundum æquiuocationem de ly non, quæ potest esse negatio negās, & negatio infinitans. Et dico quòd non est eadem propō, quæ ꝯm vnū sensum est vera, & ꝯm aliū falsa, sed est propositio plures. Et hæc de primo art. Quantum ad secundum.

Dvbitatvr primo. Vtrum syllogismus circularis sit bonus & possibilis. Pro cuius solutione supponitur primo, ꝙ syllogismus circularis est syllogismus procedens ex conclusione prioris syllogismi cum cōuertente alterius præmissæ ad inferendum alteram præmissam, vt patet satis in textu per exēpla. Supponitur secundo ꝙ in conuertendo præmissam in syllogismo circulari, præmissa quæ conuertitur semper debet conuerti simpliciter siue fuerit vniuersalis affirmatiua, siue negatiua, siue particularis. Vnde secundus processus dr̄ circularis in ordine ad primum processum: ita ꝙ syllogismus circularis de significato materiali significat primū processum, sed de significato formali significat secundum processum. Ex hoc sequitur quòd syllogismus circularis potest dici syllogismus ex hypothesi: qa præsupponit vnum processum. Et sic patet ꝙ in quolibet syllogismo circulari sunt duo processus.

Arti. 2.

Quid est syllogismus circularis.

H

Quot sūt processus in quolibet syllogismo circulari.

A sus. Primus: quo arguitur à pręmissis dispositis in modo & figura. Secundus est: in quo arguitur à conclusione syllogismi prius facti cum conuertente alterius præmissæ ad inferendum aliam præmissam, siue maiorem siue minorem, dummodo rectè syllogizari possit in tali modo, vel in alio. Supponitur tertio, ꝙ syllogismus circularis si debeat aliquid ostendere & procedere ex veris, non potest fieri nisi ex terminis conuertibilibus; quia debet fieri per conuersionē vniuersalis simpliciter, quæ solū conuertitur simpliciter in terminis conuertibilibus; nam vt dr̄ in textu, si syllogismus circularis fieret in terminis non cōuertibilibus, oporteret ꝓcedere ex alia propositione indemonstrabili; quia talis propositio esset
B falsa: falsum autem non potest demonstrari. His suppositis dr̄ primo, ꝙ syllogizare circulariter est possibile, cū idem possit esse notius & ignotius respectu diuersorum. Dicitur secundò, ꝙ syllogismus circularis q̄tum ad omnes processus suos simul nō est syllogismus: sed quātum ad vnum processum est bene bonus syllogismus.

An ex veris sequatur falsum. DVBITATVR secundo. Vtrum ex veris possit sequi falsum. Et vr̄ ꝙ sic; quia ex illo quod est vel potest esse verum potest sequi falsum; ergo ex vero potest sequi falsum. Pro solutione supponitur, ꝙ ista est vera ex vero potest sequi falsum; qa de rigore ipsa est diuisa. Et ly vero ampliatur ad illud, quod est vel potest esse verum. Si autem capiatur in sensu composito esset falsa, cum sensus sit: talis propositio est possibilis, ex vero sequitur falsum, & hoc est inconueniens: ideo ista est impossibilis, ex vero sequitur falsum; quia si antecedens est verum: ita est sicut per ipsum significatur: & si consequens est falsum; nō ita est sicut per ipsum significatur; ergo possibile erit ita esse sicut significatur per antecedens, dū non erit ita sicut per consequēs significatur. Sed arguitur ꝙ ex vero sequatur falsum: quia bene sequitur, deus est vel tu es asinus; & nullus deus est; ergo tu es asinus, & tamen consequēs est falsum & antecedens verum cūm sit vna disiunctiua vera. Et quòd bene sequitur patet; qȧ arguitur à tota disiunctiua cum destructione vnius partis ad positionem alius. Respondetur, ꝙ tale antecedens potest esse vna disiūctiua, & sic antecedens est verum; sed non sequitur; vel potest esse vna copulatiua, & sic bene sequitur, sed sicut antecedēs est falsum: ita & consequens; sicut si diceretur, deus est & tua positio est falsa; ergo tua positio est falsa. Dr̄ concedendo cōsequentiam, sed sicut consequēs est falsum ita & antecedens. Itē bene sequitur; non si homo est animal homo est asinus: & tamen antecedens est verū & consequens falsum. Et ꝙ consequentia sit bona patet; quia sua contradictoria est mala consequentia. Respondetur, ꝙ talis propositio bene est vera, sed non est consequentia: vt superius visum est. Item bene sequitur hæc consequentia est bona; ergo ex vero sequitur falsum, demonstrando per ly hæc ipsammet consequentiam: & tamen antecedēs

et

verum: quia præcise significat illam consequentiam esse bonam,& ita est: quod probo: quia si dicas ꝙ ista consequentia non valet: ergo impossibile est eã valere; ergo ãns dictę cõsequentiæ est impossibile: cũ significet illam valere. Et vltra antecedens est impossibile: ergo consequentia est bona: cum ad impossibile sequitur quodlibet. Respondetur, ꝙ illa consequentia est bona: sed negatur ꝙ antecedens sit verum: & ad probationem negatur, ꝙ præcise significet cõsequentiam esse bonam; quia omnis propositio significans aliquam consequentiam esse bonam & ita esse sicut per eã significat, significat etiam consequens esse verum: modo consequens illius consequentiæ est

F falsum: igitur.

An ad contradictoria sequatur idem. Dvbitatvr tertio vtrum ad idem affirmatum & negatum seu ad contradictoria sequatur idem. Pro cuius solutione supponitur pro nunc ꝙ duplex est propositio. s. necessaria & impossibilis.

Duplex ē ꝑpositio. Vnde propositio necessaria non dicitur adeo necessaria, quia necessario sit: quia tunc nulla esset propositio necessaria creata: cum quælibet propositio creata possit non esse: sed dicitur necessaria, quia qualitercunq; per eam significatur esse necesse est ita esse: & hoc si sit affirmatiua de præsenti. Et aduerte ꝙ duplex est propositio necessaria: quædam est categorica. & quędam hypotetica. Categorica est duplex: quædam est ratione formali terminorum: vt homo est animal,& sic de alijs. Quædam est necessaria, quæ non est sic necessaria ratione formali terminorum: sicut est propositio vera de præterito: vt Adam fuit. G

Alia est necessaria hypotetica: cuiusmodi est disiunctiua composita ex partibus contradicentibus vt sortes currit vel nõ currit. Hoc supposito dicitur ꝙ propositio necessaria si formaretur sequitur ad quamlibet. i. ꝙ quælibet consequentia est bona, cuius consequens est propositio necessaria, vt bene sequitur, sortes currit: ergo homo est animal: tua positio est falsa: ergo homo est animal. Et siquis dicat: ibi non est aliqua habitudo antecedentis ad consequens: ergo non est bona consequentia, Dico ꝙ verum est ꝙ ibi nõ est habitudo ex natura rei antecedentis ad consequens: tamen H

bene est habitudo consecutionis, sicut alias visum est. Vnde consequentia significatione totali significat ꝙ habitudo sequelæ antecedentis ad consequens sit necessaria. Item impossibile est ita esse sicut per antecedens significat significatione totali, quin ita sit sicut per consequẽs significatur: igitur talis consequentia est bona: Ex quo sequitur ꝙ propositio necessaria potest sequi ad duo contradictoria: cum sequatur ad quamlibet propositionem modi. Alia est propositio impossibilis: quæ nõ dicitur ideo impossibilis: quin possit formari: quia tunc nulla esset propositio impossibilis, sed dicitur impossibilis: quia qualitercunq; per eam significatur esse impossibile est ita esse. Et ista est duplex scilicet categorica & hypotetica. Categorica est duplex. Quædam est quæ *Propō impossibilis duplex.*

ratio-

A ratione formali terminorũ est impossibilis: vt homo est asinus; & ad talem sequitur quælibet propositio mundi.i.ꝙ omnis illa consequentia est bona, cuius antecedens est propositio impossibilis: vt bene sequitur, homo est asinus; ergo tu es papa. Ex quo sequitur ꝙ idẽ potest sequi, etiam ad duo contradictoria, quando alterum est impossibile. Alia est impossibilis quæ sic non est impossibilis ratione formali terminorum: vt propositio de præterito, cuius contradictoria est vera & necessaria; vt Adam non fuit. Similiter talis, si Spiritussanctus nõ fuisset productus a filio nunquã productus fuisset: & ad talem non est necesse quamlibet propositionem mundi sequi. Alia B est hipothetica: vt copulatiua composita ex partibus contradicentibus vt Petrus currit & Petrus non currit: & etiam ad talem potest sequi quælibet propositio mundi, vt poterit videri practicando. Et quid dicendũ erit ad Ari. qui dicit ad idem affirmatum & negatum, non sequitur idem. Dico ꝙ dictum Ari. est verum, demptis istis duobus casibus: puta quando consequens est propositio necessaria, vel antecedens est propositio impossibilis. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit,

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis. Tres primę potestates sillogismorum sunt a philosopho sufficienter assignatæ in textu: vt satis patet ex dictis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur: quòd quando dicitur quòd præmissæ sunt causa conclusionis, debet intelligi ꝙ noticia præmissarum est causa partialis noticiæ conclusionis. Ad secundam dicitur: C ꝙ syllogismus simpliciter potest procedere ex falsis: quia nõ respicit nisi dispositionem præmissarum in modo & figura: Vel potest etiam dici ꝙ syllogismus sophisticus peccans in materia potest bene procedere ex falsis: & tamen est vere syllogismus: licet syllogismus sophisticus peccans in forma, non sit syllogismus. Ad tertiam dicitur ꝙ ens & verum conuertuntur, capiendo verum pro passione entis: sed non capiendo verum vt est proprietas propositionis. Ad quartam dicitur; ꝙ bene probat ꝙ præmissę falsę non inferunt conclusionem veram propter quid .i. vniuersaliter, sed solum quia est .i. D in aliquibus: & non ratione falsitatis: sed ratione dispositionis talium præmissarum, constitutarum ex talibus terminis. Ad quintam patet solutio in secundo articulo.

CONVERTERE autẽ est transponentem conclusionem facere: quoniam vel extremũ medio non &c. *Quid est conuersiue syllogizare.*

ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus: in quo philosoph⁹ determinat de quarta potestate syllogismorũ, quæ est syllogizare conuersiue: & primo docet in prima figura: dicens primo quod conuersiue syllogizare est sumere oppositum contradictorium vel contrarium cõclusionis prio

ris syllogismi cũ altera præmissarum, inferẽdo contrarium vel contradictorium alterius præmissæ: & hoc docet primo in primo modo primæ figuræ: dicens ꝙ in primo modo primę figuræ ex opposito contrario cõclusionis cum maiore potest cõuersiuę syllogizari contrarium minoris in camestres. Sed si sumatur oppositum contrarium cum minore interimitur maior in Felapton. Et subdit ꝙ maior de Barbara non potest interimi per suam contrariam cum solum interimatur in tertia figura in qua non concluditur vniuersaliter; sed ex opposito contradictorio conclusionis cũ altera ꝑmissarũ ꝑt cõuersiue syllogizari oppositũ contradictoriũ alterius præmissę: & similiter dicatur in celarent. Sed in modis particularibus ex contradictorio conclusionis cum altera præmissarum potest syllogizari cõtradictorium vtriusq; præmissæ: sed non ex contrario, cum conclusiones eorũ non habeant contrarium. Sed si sumeretur sub contrarium conclusionis, quæ est particularis cum maiore quæ est vniuersalis: bene inferetur subcontrarium minoris, sed non interimitur; quia duæ sub contrarię, possunt simul stare in veritate: sed non potest simi cum minore: quia tunc ambę pręmissę essent particulares. In secunda parte docet syllogizare conuersiue in secunda figura ponens quinq; conclusiones: Prima cõclusio: ex opposito cõclusionis cum minore nunquã potest syllogizari cõuersiue oppositum contrarium maioris; quia talis dispositio est in tertia figura in qua nunquam concluditur vniuersaliter. Secunda conclusio: ex contrario vel cõtradictorio conclusionis cũ maiore in vniuersalibus modis potest conuersiue syllogizari contrarium vel cõtradictorium minoris. Tertia conclusio: ex contradictorio conclusionis cũ minore potest conuersiue syllogizari contradictorium maioris. Quarta conclusio: in modis particularibus nunquam ex contrario cõclusionis potest cõuersiue syllogizari oppositum alterius præmissæ: quia non habent contrarium; & si sumatur subcontrarium non interimitur propositum cũ duæ subcontrariæ possint simul esse veræ. Quinta conclusio: in modis particularibus ex contradictorio conclusionis cum altera præmissarum potest inferri cõtradictoriũ alterius præmissæ. In tertia parte docet syllogizare in cõuersiue in tertia figura; dicẽs primo, ꝙ neutra præmissarũ modorum tertiæ figurę siue vniuersalium siue particularium interimitur sumendo sub contrariã conclusionis, ex quo illa subcontraria ex particularis, quę non potest interimere suã subcontrariam; sed vtraq; potest interimi sumendo contradictorium conclusionis. Vñ in darapti sumẽdo contradictoriũ cũ minore interimitur maior in celarent: sed cũ maiore interimit minor in Cęsare. Ex quibus infert quædam correlaria. Primum, satis manifestum est qualiter syllogizãdũ est cõuersiue. Secundũ, præmissę syllogismorũ primę figurę interimuntur per secundã & tertiã figuras: maior per tertiã,

&

A & minor per secundam. Tertium, præmissæ syllogismorum secundæ figuræ interimunt per tertiam & primam: minor per primam & maior per tertiam. Quartum correlarium: præmissæ syllogismorum tertiæ figuræ interimuntur per primam & secundam figuras; maior per primam, & minor per secundam.

Modus syllogizandi per impossibile. PER impossibile autẽ syllogismus ostenditur quando quidem contradicti ponitur conclusionis.

ISTVD est quintum capitulum huius tract. in quo philosophus determinat de quinta potestate syllogismi, quæ est syllogizare per impossibile. Et diuidit in quatuor partes. In prima docet syllogizare p impossibile in prima figura: B diffiniens primo syllogismum per impossibile dicẽs, q syllogismus ad impossibile est qui procedit ex cõtradictorio alicuius propositionis probandę pro vna præmissarum cum altera manifeste vera ad inferendum conclusionẽ manifeste falsam: ex cuius falsitate infertur falsitas vnius præmissę, ex cuius falsitate infertur veritas suę contradictoriæ. *Quid est syllogismus p impossibile.* Secũdo ponit differentiam & conuenientiam inter syllogismum ad impossibile & conuersiuũ. Differentia est: qa syllogismus conuersiuus psupponit verũ syllogismũ, ex cuius opposito conclusionis cum altera præmissarum infertur oppositũ alterius præmissę: Sed syllogismus ad impossibile non semper præsupponit syllogismũ sed aliquando solum præsupponit aliq̃ propõnẽ probandã. Sed conuenientia est: qa C tam syllogismus cõuersiuus q̃ syllogismus ad impossibile fiũt in qualibet figura. Tertio docet syllogizare p impossibile in prima figura: dicens in oibus figuris q̃libet propõ potest syllogizari p impossibile cuius cõtradictoria pt esse pmissa in tali figura. Ex quo infert q vniuersalis affirmatiua non pt syllogizari p impossibile ĩ prima figura; qa contradictoria eius nõ pt esse præmissa in prima figura: sed oẽs aliæ ꝓpõnes possunt bñ syllogizari p impossibile in prima figura. Ex quo infert duo correlaria. Primũ ad syllogizandũ p impossibile capiendũ est oppositũ contradictoriũ conclusionis, & nõ contrariũ qa ista regula: de quolibet est affirmatiuo & negatiuo vera & de nullo ambo simul, supra q̃ fundatr̃ syllogismus ad impossibile, nõ habet locũ nisi in cõtradictorijs in q̃bus D arguitr̃ a falsitate vnius ad veritatẽ alterius, & nõ in contrarijs. Secũdũ correlariũ: oẽs aliæ ꝓpõnes ab vniuersali affirmatiua ostenduntr̃ per imppossibile in prima figura. In secunda parte docet syllogizare in secunda figura p ĩpossibile: dicẽs, q vniuersalis affirmatiua syllogizatr̃ in secũda figura sumẽdo cõtradictoriũ eius cũ vna vniuersali affirmatiua manifeste vera, ex qua infertr̃ particularis negatiua manifeste falsa in baroco. Sed particularis affirmatiua syllogizatur per impossibile in Camestres sumendo contradictorium eius cum vna manifeste vera, ex qua infertur vna manifeste falsa. Sed vniuersalis negatiua syllogizatur in fe-

E stino sumendo contradictoriũ eius cum vna vniuersali negatiua manifeste vera ad inferendũ particularem negatiuam manifeste falsam. Sed particularis negatiua syllogizatur per impossibile in Cæsare, sumendo cõtradictorium cum vna vniuersali negatiua manifestè vera, ex qua infertur vna manifeste falsa. In tertia parte docet syllogizare per impossibile in tertia figura: dicens primo ꝙ vniuersalis affirmatiua syllogizatur in Bocardo sumendo contradictorium eius cum vniuersali affirmatiua manifeste vera: sed particularis affitmatiua syllogizatur in Felapton vel Ferison sumendo contradictorium eius pro maiore cum vniuersali vel particulari affirmatiua manifeste vera. Sed vniuersa-

F lis negatiua syllogizatur in Disamis sumendo contradictoriũ eius pro maiore cum vniuersali affirmatiua manifeste vera, ad inferendum vnam manifeste falsam. Sed particularis negatiua syllogizatur per impossi le sumendo contradictoriũ eius cum vna manifeste vera, ad inferendum vnam manifeste falsam. In quarta parte comparat syllogismum ostensiuum ad syllogismum ad impossibile ponens duas differrntias; quarum prima est; quia syllogismus ostensiuus potest procedere ex præmissis veris: sed syllogismus ad impossibile semper capit vnam manifeste falsam. Secunda differentia: in syllogismo ostensiuo non oportet opinari conclusionem esse veram vel falsam; sed in syllogismo ad impossibile conclusio debet semper esse falsa. Deinde ponit conuenientiam: dicens ꝙ omni conclusio syllogizata per impossibile potest syllogizari ostensiue. G

Sexta potestas syllog.

IN qua autem figura est ex oppositis propositionibus sylllogizare & in qua non est; sic erit manifestum.

ISTVD est sextum capitulum & vltimum huius tract. in quo determinat de sexta potestate syllogismi quæ est syllogizare ex oppositis. Et continet quatuor partes. In prima docet syllogizare ex oppositis in prima figura: dicens, primo quòd quatuor sunt oppositiones secundum affirmationem & negationem: vt oppositio vniuersalis affirmatiuę & vniuersalis negatiuæ: & oppositio vniuersalis affirmatiuæ & particularis negatiuę: vel vniuersalis negatiuæ & ꝑticularis affirmatiuæ: & oppositio particularis affirmatiuæ & particularis negetiuæ. Deinde subdit quòd in prima figura non potest fieri syllogismus ex oppositis, primo in modis affirmatiuis; quia syllogismus affirmatiuus constituitur ex ambabus affirmatiuis præmissis, quæ non sunt oppositæ: nec in negatiuis: quia in talibus modis non idem subijcitur & prædicatur in præmissis: igitur. In secunda parte docet syllogizare ex oppositis in secunda figura: dicens, quòd in secunda figura fit syllogismus ex oppositis: tam contrarijs quam contradictorijs. Primam partem probat in mo- H

A in modis vniuersalibus: primo in Camestres; vt omnis disciplina est studiosa, nulla disciplina est studiosa: ergo nulla disciplina est disciplina. Deinde declarat secundã partem: dicens, quòd in modis particularibus ex oppositis contradictorijs fit bonus syllogismus ex oppositis. In tertia parte docet syllogizare ex oppositis in tertia figura: & primo in modis affirmatiuis dicens, quòd in modis affirmatiuis non fit syllogismus ex oppositis: cum ambæ præmissæ sint affirmatiuæ: sed in modis negatiuis bene fit syllogismus ex oppositis: in vniuersalibus quidem fit ex contrarijs: & in particularibus fit ex contradictorijs. In quarta parte ponit sex documenta;
B quorum primum est, syllogizando ex oppositis debemus sumere opposita contraria vel contradictoria & non subcontraria; quia subcontrariæ sunt particulares, ex quibus nihil sequitur. Secundùm documentum: ad hoc quòd præmissæ alicuius syllogismi ex oppositis concedantur ab aliquo: oportet vtranq; per aliquem syllogismum concludi: & vnam supponere & aliam syllogizare.
Tertium documentum: ex quo tres sunt modi oppositionũ scilicet duo contradictorij & vnus contrarius: ideo contingit sex modis ista opposita combinari, in syllogismo ex oppositis variando maiorem affirmatiuam in negatiuam & econtra, vt satis patet. Quartum documentum: syllogismus ex oppositis differt a syllogismo concludente verum ex falsis: quia licet in syllogismis ex oppositis C vna præmissarũ sit falsa & alia vera: tamen ex illis oppositis nunquam potest fieri conclusio vera. Quintum documentum: nihil prohibet in syllogismis ex oppositis inferre conclusionem contrariam vel contradictoriam propositioni cõcessæ à respondẽte. Sextum documẽtum. præmissæ, oppositæ, quæ sumuntur in syllogismo ex oppositis, non pssunt concludi per vnum syllogismum: nisi maior sumatur cum vtraq; parte contradictionis ex parte prædicati: & si non concludantur ambo opposita in vno syllogismo: tunc oportet alterum oppositorum concedi a respondente & alterum syllogizari: aut vtrumque syllogizari in diuersis syllogismis: Exemplum primi: vt omnem animal est album, om- D nis homo est animal: ergo omnis homo est albus: Exemplum secundi: vt si concedatur illa, omnis disciplina est opinio, tunc syllogizatur sua contradictoria per accidens, nulla medicina est opinio.

An sylloq. conuersiuus, ad impossibile, & ex oppositis, sint boni, & inter se distincti.

QVAERITVR Vtrum syllogismus conuersiuus: syllogismus ad impossibile & syllogismus ex oppositis: sint boni syllogismi & inter se distincti. Arguitur primo quòd sic. Syllogismus conuersiuus & ad impossibile fiunt in eisdem figuris per eosdem terminos: ergo non differunt: Secundo sic: Omnis bonus syllo-

E gismus solum constat ex tribus terminis, & duabus propositionibus: sed in syllogismo ad impossibile sunt plures termini quàm tres, cum in ipso sint tres processus; ergo sequitur quòd syllogismus ad impossibile non est bonus syllogismus. Tertio sic: Omnis bonus syllogismus secundæ, aut tertiæ figuræ est reducibiliter ad syllogismos primæ: sed syllogismus ex oppositis non est huiusmodi: igitur non potest fieri in secunda, & tertia figuris. Quarto sic: Omnis bonus sillogismus est in aliqua trium figurarum: sed sillogismus ex oppositis non est huiusmodi: igitur. Minor patet primo: quia omnis sillogismus existens in aliqua figura fit tantum ex tribus terminis, sed in sillogismo ex oppositis sunt tantum duo termini: igitur. Quinto sic: Sillogismus ex oppositis non est vtilis: igitur non est ponendus. Antecedens patet: quia non est vtilis demonstratori, eo quòd demonstrator semper procedit ex veris: neque dialectico: quia dialecticus procedit ex probabilibus, modo contraria, vel contradictoria non videntur esse probabilia: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli.

F

Quid est syllogismus conversiuus. PRIMO sciendum quòd pro declaratione quartæ potestatis supponitur primo, quòd vt dictũ est circa textum. Sillogismus conuersiuus est sillogismus qui ex opposito contrario, vel contradictorio conclusionis cum altera præmissarum infert oppositum contrarium, vel contradicto rium alterius præmissæ, puta illius loco cuius accipitur contrarium, vel contradictorium conclusionis. Vnde sillogismus conuersiuus de significato materiali significat primum processum de formali significat secundum, in ordine ad primum: ita quòd ille secundus processus in ordine ad primum potest dici sillogismus conuersiuus: quia propter tale dicitur cõuersiuus, vnde si sillogismus cõuersiuus capiatur quantum ad materiale, & formale non est vnus processus, sed sunt duo numero differentes: & etiam specie, cum sint semper in diuersis figuris. Et sic patet ꝙ sillogismus cõuersiuus semper prędsupponit vnum sillogismum prius factum in ordine ad quem dicitur conuersiuus. Supponitur secundo quòd si conclusio prioris sillogismi fuerit vniuersalis tunc possumus in tali dupliciter sillogizare cõuersiue. s. ex opposito contrario, & ex opposito contradictorio: sed si conclusio sit particularis indefinita, vel singularis, tunc solũ vno mõ possumus sillogizare conuersiue, scilicet ex opposito contradictorio. Et si quis dicat: nonne in tali modo possumus sillogizare conuersiue ex subcontrario. Respondetur quòd non: quia vna subcontraria non habet interimere alteram: cum duę subcontrarię possint simile stare in veritate. Ex quo sequitur quòd propositio tantum duobus modis potest interimi, scilicet ꝑ contrariũ & ꝑ cõtradictoriũ. Supponitur tertio, ꝙ in omni bono sillogismo ex opposito contradictorio conclusionis cum altera

G

H

pra

A præmissarum, infertur oppositũ alterius præmissæ. Ex quo patet ꝙ quilibet sillogismus potest re duci per impossibile: nam sillogizare conuersiue, & sillogismũ reduci per impossibile sunt penitus idem: falsa est ergo illa opinio illorum, qui dicunt, ꝙ modi primæ figuræ non reducuntur per imposibile.

An syllogismus cõuersiuus differat à syllog. per impossibile.

SECVNDO, sciendum, ꝙ circa prædicta incidit hic difficultas: an sillogismus conuersiuus differat a sillogismo per impossibile. Ad quam responde- tur breuiter, ꝙ sillogismus conuersiuus differt a sillogismo ꝑ imposibile multipliciter. Primo, quia sillogismus per impossibile non præsupponit aliquam cõclusionem sillogizatam, neq; aliam syllogismum, ex cuius cõclusionis opposito procedat: sed B bene supponit aliquam propositionem: ex cuius contradictorio cum vna vera infert vnam manifeste falsam. Secundo differũt, quia syllogismus per imposibile semper procedit ex altera falsa: ideo eius cõclusio semper est falsa: sed syllogismus conuersiuus potest procedere ex ambabus veris; ideo eius conclusio potest esse vera. Tertio, quia syllogismus conuersiuus valet ad ostendendum bonitatem consequentiæ: sed syllogismus ad impossibile valet ad ostendendum veritatem alicuius oppositi. Conueniunt autem multipliciter. Primo, quia possunt fieri ex eisdẽ terminis. Secundo, quia vterque procedit ex opposito alicuius. Tertio, quia istud syllogismus in numero aliquando est conuersiuus, & aliquando ad imposibile. Et hoc C debet intelligi quo ad vnũ processum, vt iste syllogismus: quidam homo non est risibilis: oĩs homo est animal rationale: ergo quoddam animal rationale non est risibile, potest dici ad impossibile, & conuersiuus in ordine ad istum syllogismũ; omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale; ergo omnis homo est risibilis. Et si quis arguatur, ergo tales syllogismi non differunt. Negatur consequentia, cuius ratio est, quia licet conueniant in significato materiali; non tamen in significato formali, seu quo ad omnes processus.

Syllog. de conersiu⁹ cur dict⁹.

TERTIO sciendum, quòd syllogismus non dicitur conuersiuus, eo quòd aliquæ præmissarum in ipso conuertatur, sed dicitur conuersiuus D ex eo, quòd maior, vel minor mutatur in oppositum contrarium, vel contradictorium conclusionis. Et isto modo conuersio attribuitur syllogismo, qui ex opposito conclusionis alicuius syllogismi prius facti cum altera præmissarum infert oppositum alterius præmissæ: vnde vtilitas huius syllogismi est ad probandum, seu ad ostendendum bonitatem consequentiæ prioris syllogismi; quia illa consequentia est bona, in qua ex opposito consequentis cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ; & consequenter totius antecedentis, quod est vna copulatiua; nam ex opposito illius præmissæ infertur vna disiunctiua, cuius ipsa pars, & alia

E pars erit oppositum alterius præmissæ: & tunc erit vna disiunctiua cõposita ex partibus contradicentibus copulatiuæ existentis totum antecedens. Et ad illam disiunctiuam sequitur copulatina negatiua, quæ contradicit toti illi antecedenti.

An oĩs syllog. sit ex hypothesi.

QVARTO sciendum quòd circa duo vltima capitula seu circa duas vltimas potestates incidunt duę paruę difficultates. Prima: an omnis syllogismus sit ex hypothesi. Et arguitur primo quòd sic: quia omnis syllogismus est ex hypothesi. Antecedens patet quia omnis bonus syllogismus pſupponit tres terminos & duas propositiones: igitur. Secundo sic: omnis syllogismus infert suam conclusionem principaliter intentam vertute alicuius suppositionis non expressæ in præmissis: igitur omnis syllogismus est ex hypothesi: consequentia patet: quia syllogismus dicitur ex hypotheſi: quia infert suam conclusionem principaliter intenta virtute suppositionis non enumeratæ in præmissis. Antecedẽs patet: quia oĩs bonus syllogismus si sit affirmatiuus, infert sua conclusionem virtute istius suppositionis: quicquid affirmatur de subiecto distributo affirmatur de quolibet contento sub eo: & si sit negatiuus infert virtutem istius: quicquid vere negatur de distributo, negaẽ de quolibet contẽto sub eo. Pro solutione huius supponiẽ primo ꝙ hipothesis idem est ꝙ suppositio: dicitur.n. hypothesis ab hypos quod est sub: & thesis positio: quasi suppositio. Supponitur secundo quòd syllogismus potest dupliciter intelligi esse ex hypothesi. Vnomodo: quia sit ex suppositione trium termi norum & duarum propositionum vel virtute alicuius principij præsuppositi: & sic omnis syllogismus ostensiuus potest dici ex hypothesi. Aliomodo dicitur syllogismus ex hypothesi: quia infert conclusionem principaliter intentã virtute alicuius suppositionis extinsecæ, non enumeratę neq; intellectę in præmissis; & sic syllogismus ex hypothesi distinguitur contra syllogismum ostensiuum. Et per hoc soluũtur rationes prius factę: quæ nihil aliud probãt nisi ꝙ omnis syllogismus sit ex hypothesi primo modo: & nõ secundo modo. Secunda difficultas, An syllogismus ex oppositis possit fieri in prima figura. Et videtur ꝙ sic: quia fit in secunda & tertia figuris: ergo in prima, consequentia patet: quia syllogismi secundæ & tertię figurarum reducuntur ad syllogismos primę figuræ. Ad hoc respondetur ꝙ licet ex repugnantibus propositionibus possit fieri syllosgimus in prima figura: non tamen ex oppositis: quia oppositę dicũt participare vtroque termino ordine eodẽ, quę nõ possunt esse præmissæ in prima figura; cum illud quod subijcitur in vna prædicetur in alia; nec oportet syllogismos ex oppositis factos in secunda vel in tertia figuris reductos ad primam, esse ex oppositis: & sic bene conceditur quòd sillogismi facti in secunda tertia figuris ex oppositis reducuntur ad primam figuram, sed tunc non sunt ex oppositis.

An syllogis. ex oppositis possit fieri in prima figura.

Et

A Et hæc de primo art. Quantum ad secundum.

Arti. 2. DVBITATVR primo. Utrum diffinitio syllogismi p impossibile sit à philosopho sufficienter assignata. Pro cuius solutione supponitur primo quòd syllogismus per impossibile pôt capi dupliciter. Vnomodo pro primo processu, in quo arguitur ex opposito contradictorio conclusionis propositionis datę à respondente cum vna manifeste vera ad inferendum vnam manifeste falsam; & sic est in aliqua trium figurarum: & tunc vocatur syllogismus mendacij a philosopho in primo Priorum. Aliomodo capitur pro tribus ꝓcessibus: puta pro primo syllogismo & duobus enthymematibus necessario requisitis ad conclusionem principalem probandam: & hoc modo capitur cum dicitur, ꝙ syllogismus ad impossibile non est in aliqua trium figurarum. Et per hoc potest solui quæstio in qua quærit̃. Vtrũ syllogismus ad impossibile sit syllogismus: nam si capiatur ꝓ primo processu est syllogismus: si autem capiatur pro aggregato ex illis tribus processibus simul non est syllogismus. Supponitur secundo, ꝙ syllogismus ad impossibile & per impossibile idem sunt secundum rem: sed differũt ratione: quia dicitur ad impossibile, eo ꝙ conclusio est falsa vel impossibilis, sed dr̃ per impossibile: eo quòd vna præmissarum est semper falsa, vel impossibilis: Non tamen est intelligendum, ꝙ omnis syllogismus qui procedit ex præmissa impossibili, vel qui infert conclusionem impossibilem, sit per

An syllogismus p impossibile sufficiētér diffiniatur.

B

C impossibile, sed syllogismus ille qui procedit ex contradictorio conclusionis probandæ cũ vna manifeste vera infert vnam manifeste falsam. Supponitur tertio, quòd in quolibet syllogismo per impossibile sunt tres processus. Primus: est à contradictorio propositionis probandæ cũ vna manifestæ vera, ad vnã manifestæ falsam. Secundus est: à falsitate conclusionis ad falsitatem alterius præmissæ, & tenet per hanc maximam: quòd Ex veris non sequitur falsum; ergo si conclusio sit falsa necesse est alteram præmissarum esse falsam. Tertius est a falsitate illius pręmissæ ad veritatem illius conclusionis probandę & tenet virtute istius maximæ, quòd nunq̃ duæ contradictoriæ sunt simul veræ. Et si quis dicat, cõclusio syllogismi ad impossibile D non est semper impossibilis: ergo non semper debet dici syllogismus ad impossibile. Respondetur quòd etiam non oportet, sed sufficit ipsam esse falsam: qa non dicitur solum ad impossibile eo quòd conclusio sit impossibilis, sed quia procedit ex contradictorio cum vna manifeste vera ad cõclusionem falsam vel impossibilem: cum etiam alijs duobus processibus. Supponit̃ finaliter ꝙ ad faciendum syllogismum per impossibile nos debemus accipere contradictoriũ & non contrarium: quia si haberetur contraria falsa conclusionis probandæ, adhuc non haberemus veritatẽ illius cõclusionis: cũ non valeat consequentia ista est falsa: ergo sua cõtraria ẽ vera: qa duæ cõtrarię pñt simul esse falsę in materia cõtingenti.

Dubi-

E DVBITATVR secundo. Vtrum vniuersalis affirmatiua posſit ſillogizari & probari p ſillogiſmum ad impoſſibile. Pro cuius ſolutione ſupponitur ꝙ ad probandum aliquā propōnem per impoſſibile, oportet ꝙ contradictorium illius ſumatur pro vna præmiſſa; vt patet per diffiinitionem ſillogiſmi ad impoſſibile. Sed propoſitionem ſillogizari per impoſſibile non eſt aliud quam ipſam eſſe concluſionem ſillogiſmi ad impoſſibile. Tunc ponuntur aliq̄ conclusiones. Prima: vniuerſalis affirmatiua non poteſt ꝓbari per impoſſibile in prima figura: q̃a eius contradictoria non poteſt eſſe præmiſſa in prima figura cū contradictoria eius ſit particularis negatiua, quæ nō poteſt eſſe præmiſſa in aliquo modo primę

An vl'is affirmatiua poſſit ſillogizari per impoſſibile.

F figuræ. Secunda concluſio: vniuerſalis affirmatiua poteſt ſillogizari per impoſſibile in prima figura: quia vniuerſalis affirmatiua falſa pōt ſillogizari in prima figura ex duabus præmiſſis vna manifeſte vera & alia manifeſte falſa: & ex falſitate concluſionis poteſt inferri falſitas alterius præmiſſæ ex cuius falſitate poteſt inferri veritas propoſitionis ſibi contradictoriè. Et ſic erit ibi vnus totus proceſſus ad impoſſibile cuius concluſio ſillogiſticè illata eſt vniuerſalis affirmatiua. Ex quo patet, quòd non eſt idem ſillogizare aliquam concluſionem per impoſſibile & ipſam probare p impoſſibile. Sed peteret aliquis quæ concluſio in ſillogiſmo ad impoſſibile ſillogizatur per impoſſibile & quæ probatur. Reſpondetur quòd concluſio primo illata ſillogiſticè

G ſillogizatur per impoſſibile, & concluſio vltimo illata probatur per impoſſibile: ſcilicet illa quæ infertur in tertio proceſſu. Et ſi quis dicat, dixit Ariſtoteles in textu quòd vniuerſalis affirmatiua non poteſt ſillogizari per impoſſibile. Reſpondetur quòd Ariſtoteles ibi capit ſillogizari ſtrictè pro ut idem eſt ꝙ probari.

DVBITATVR tertio. Vtrum ſillogiſmus ex oppoſitis ſit bonus ſillogiſmus: & vtrum quælibet concluſio ſyllogiſmi ex oppoſitis ſit falſa. Pro ſolutione primæ partis ſupponitur primo, quòd ſillogiſmus ex oppoſitis eſt qui ex præmiſſis contrarijs vel contradictorijs infert propoſitionem in qua idem negatur de ſeipſo.

An ſyllogiſmus ex oppoſitis ſit bonus.

H Vnde hoc complexum ſillogiſmus ex oppoſitis de materiali ſignificato ſignificat ſillogiſmum connotando ipſum procedere ex contrarijs, vel contradictorijs, & eſt duplex, ſcilicet illatiuus & probatiuus ſimul: alius eſt illatiuus tantum. Illatiuus tantum dicitur ille cuius vna præmiſſarum eſt formaliter ſynonyma cum concluſione. Et talis poteſt fieri in qualibet figura: vt patet de iſto: nullus homo eſt homo: omnis homo eſt homo: ergo nullus homo eſt homo, & de tali non loquitur Ariſtot. cum dicit quòd ſyllogiſmus ex oppoſitis non fit in prima figura. Sed ſillogiſmus ex oppoſitis probatiuus, & illatiuus ſimul dicitur, ille cuius nulla præmiſſarum eſt formaliter ſynonyma cum concluſione: & fit ex

A fit ex duobus terminis sine termino ipsis dissimili: & de isto loquitur Philosophus, cum dicit, quòd syllogismus ex oppositis non fit in prima figura, sed bene in secunda, & tertia; cuius vtilitas est componere syllogismum ex duobus terminis sine termino ipsis dissimili potest esse etiam vtilis ad ducendum respondentem ad maius inconueniens, quàm concedere duo contraria, vel contradictoria: puta ad concedendum propositionem, in qua idem negatur de se ipso: sed talis vtilitas non est generalis cuilibet syllogismo ex oppositis. Ad secundam partem dubij respondetur, quòd non semper oportet conclusionem syllogismi ex oppositis esse falsam, immo aliquan-
B do est vera; vtputà quando alterum extremum importat rationem impossibilem, seu quando termini pro nullo supponunt: vt ista, nulla chimera est chimera, nullus Deus asinus, est Deus asinus, nullus homo irrationalis est homo irrationalis, quæ sunt veræ, & suæ contradictoriæ falsæ: nec oportet semper propositionem esse veram, in qua idem prędicatur de se ipso. Sed multis modis idem potest negari de se ipso. Primo, quando subiectum pro nullo supponit, vel importat rationem in se impossibilem, vel rationem in se falsam. Secundo, quando subiectum supponit confusè tantum; vt à homo non est homo. Tertio, in propositione de modo loquendi inconsueto; vt homo, homo non est. Quarto, in propositione modali de necessario respectu istius termini futurum, vt futurum de necessitate non est futurum: ideo in talibus conclusio syllogismi ex oppositis potest esse vera. C
Et si dicatur, si conclusio syllogismi ex oppositis esset vera, tunc non esset syllogismus ex oppositis cum careret vtilitate sua, quæ est ducere respondentem ad maius inconueniens: quàm concedere duo contraria, vel contradictoria. Respondetur, vt visum est, quòd illa vtilitas non est generalis cuilibet syllogismo ex oppositis; sed solum aliquibus, sed vtilitas generalis est scire componere syllogismum ex duobus terminis sine termino ipsis dissimili. Et hoc de secundo artic. Quantum ad tertium sit. D

Arti. 3.

CONCLVSIO responsalis: Syllogismus conuersiuus, syllogismus ad impossibile: & syllogismus ex oppositis: sunt boni syllogismi, & inter se distincti: & hæc conclusio patet ex dictis.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam patet solutio. Ad secundam etiam dictum est, quòd sillogismus ad impossibile captus pro aggregato ex tribus processibus non est vnus sillogismus, sed bene si capiatur pro primo processu, connotando tamen alios processus. Ad tertiam dicitur, quòd sillogismus ex oppositis factus in secunda, & tertia figuris potest reduci ad primam figuram: sed postquàm est reductus non plus est sillogismus ex oppositis: Ad quartam

dicitur

E d?,quòd licet in syllogismo ex oppositis sint solum duo termini distincti vocaliter & in significatione: sunt tamen ibi tres distincti officialiter: eo quòd vnus semper exercet officium duorum. Ad quintam patet solutio ex dictis.

IN principio autem petere & accipere, est quidem vt in genere sumere in eo quod non est demonstrare propositum.

Petere principiũ quot modis cõtin.

ISTE est secundus tract. huius libri: in quo philosophus determinat de tribus defectibus, seu peccatis incidentibus circa potestates syllogismorum, & cõtinet tria capitula. In primo determinat de primo defectu, qui est petere principium: qui incidit in syllogismo circulari. F Et primo ostendit quid est petere principium: dicens, quòd petere principium est non ostendere propositum. Et contingit quatuor modis. Primo: quãdo omnino non syllogizatur. i. ponit aliquid sine probatione. Secundo: quando idem ostenditur per ignotiora. i. per minus notum. Tertio: quando idem ostendit per æquè ignota. Quarto: quando prius ostenditur p posterius. Nam omnis syllogismus probatiuus debet procedere ex prioribus & notioribus. Deinde diuidit petere principium: dicens, quòd petitio principij ẽ duplex: quædam est petitio principij statim, & quædam non statim. Petitio principij statim est quando idem re & nomine assumitur ad probandum seipsum: vt dicendo a est ergo a est. Sed petitio G principij non statim est quando assumitur aliquid ad probandũ aliquod propositum, per quod non est natũ probari, immo magis econtra. Et exemplificat dupliciter. Primo; vt si a ostendat per b, & b per c: & tamen a sit natũ ostendi per c: tunc est petitio principij non statim. Secundo: vt siquis probet lineas parallellas per hoc quod non est, concurrere adinuicẽ, erit petitio principij non statim: quia illud antecedens, lineæ parallellæ non concurrunt, natum est ostendi per illud consequens istæ lineæ sunt parallellæ: vt sic arguendo, lineæ sunt parallellæ: ergo non concurrunt: & vltra non concurrunt: ergo sunt parallellæ: igitur de primo ad vltimum bene sequitur istæ lineæ sunt parallellæ: ergo sunt parallellę. Consequenter ostendit qualiter contingit petere principium in omni figura ponẽs tres conclusiones. H Prima: in modo affirmatiuo primæ figuræ si maior sit æquè dubia sicut cõclusio & termini minoris sint conuertibiles: tunc petitur principium: quia ex cõclusione cum conuertente minoris ostenditur maior. Secunda conclusio: si minor sit æquè dubia sicut conclusio & termini maioris conuertantur, petitur principium: quia ex conclusione cum conuertente maioris ostenditur minor. Tertia conclusio; contingit petere principiũ in secunda & tertia figuris, sicut in prima. Et subdit ꝙ sicut petitur principiũ in modis affirmatiuis: ita petitur principiũ in modis negatiuis. Subdit etiam finaliter quòd differenter contingit petere

A petere principium in demõstratiuis & dialecticis: quia in demõstratiuis petitur principium ſm veritatem: & in dialecticis petitur principium ſecundum opinionem.

Quid eſt, nõ pp hoc accidere falſum.

NON autem propter hoc accidere falſum quod ſæpe in diſputationib. ſolemus dicere.

ISTVD EST ſecũdum capitulum: in quo philoſophus determinat de ſecundo defectu q dr̃, non propter hoc accidere falſum: oſtendens primo in quo ſyllogiſmo habet fieri: dicens, quòd fit in ſyllogiſmo ad impoſſibile & oſtenſiuo. primum probat duabus rationibus. Prima: quia non propter hoc accidere falſum fit in illo ſyllogiſmo, in quo capitur pro præmiſſa cõtradictorium concluſionis: & in C quo ex falſitate concluſionis regreditur ad falſitatem alicuius præmiſſæ inferendo veritatem principalis cõcluſionis, ſed hoc fit in ſyllogiſmo ad impoſſibile: igitur. Secunda ratio: non pp hoc accidere falſum dicitur propoſitio connumerata cum alijs præmiſſis: qua remota non minus ſequitur concluſio: ſed illa ſolet poni in ſyllogiſmo ad impoſſibile: igitur. Ex quo diffinit non propter hoc accidere falſum: dicens quòd non propter hoc accidere falſum, eſt propoſitio ſuperflue poſita in ſyllogiſmo ad impoſſibile: ſic ſe habẽs quòd ipſa remota non minus accidit impoſſibile: ideo ſi ex falſitate concluſionis inferatur falſitas talis propoſitionis: tunc cõmittitur ille defectus, qui nõ eſt propter hoc accidere falſum. Conſequẽter ponit duos modos huius. Primus: quando talis ꝓpoſitio non conuenit in aliquo termino cum præmiſſis vel concluſione ſyllogiſmi ad impoſſibile, vt ſi concluſio ſit iſta, impoſſibile eſt aliquod ſpatium ꝑtranſire: vt hypoteſis ſeu non propter hoc accidere falſum ſit iſta, diameter non eſt aſymeter. C Et arguitur ſic: diameter nõ eſt aſymeter non contingit infinita pertranſire: in quolibet ſpatio ſunt infinita: ergo non contingit aliquod ſpatium pertrãſire: concluſio eſt falſa: ergo aliqua præmiſſarum, & non niſi iſta, diameter non eſt aſymeter: igiť hæc eſt vera, diameter eſt aſymeter. Secundus modus eſt, qñ talis propoſitio conuenit in aliquo termino cum concluſione, & hoc in ſubiecto vel prædicato. Et exemplificat Ariſtot. in literis. Deinde remouet vnum D dubium: quis enim poſſet dubitare quòd falſum in ſyllogiſmo ad impoſſibile ſequeretur propter propoſitionem veram ibi aſſumptam. Reſpondet philoſophus dicẽs quòd in ſyllogiſmo habente cõcluſionem falſam, ſequitur talis concluſio propter falſum prius aſſumptum & non propter verum: quia ſi concluſio eſt falſa, neceſſe eſt alteram præmiſſarum eſſe falſam. Conſequenter ponit duas cautelas reſpondentis, quibus debet cauere ne dicatur eſt falſum. Prima: ſi reſpondens ignoret cõcluſionem quam vult concludere opponens, caueat concedere propoſitiones vno termino communicantes. Secunda: ſi reſpondẽs ſciat concluſionem quam vult inferre, opponẽs debet cauere ꝙ non concedat duas propoſitiones

B nes communicantes in vno termino & dispositas in modo & figura ex quibus posset inferri illa conclusio. Deinde ponit duas cautelas opponentis. Prima opponens debet celare conclusionem quā vult inferre contra respondentem, secunda: si opponens habeat plura media debet incipere a remotiori: quia per hoc magis latet respondentem. Finaliter & incidentaliter determinat de elencho: dicens ꝙ eius noticia satis potest haberi ex noticia syllogismi: nā elenchus potest fieri ex duabus affirmatiuis, aut altera affirmatiua & altera negatiua, sicut syllogismus. Et si conclusio contradicat illi quod concessum est a respondente, iam est elenchus: quia elenchus addit supra syllogismum ꝙ sit syllogismus contradictionis: ideo si F respondens non concedat affirmatiuam non potest fieri elenchus, cum ex puris negatiuis nihil sequatur. Similiter si respondens non concedat aliquam ꝓpositionem vniuersalem, non potest esse elenchus: cum ex puris particularibus, nihil sequatur.

Qūo fit elenchus.

ACCIDIT autem quandoq; quemadmodum in positione terminorum fallebarum &c.

ISTVD est tertium capitulum huius tractatus in quo philosophus determinat de tertio defectu qui dicitur fallacia contrariæ opinionis: & dicit quòd contingit aliquem decipi in opinione propositionum positarū in sillogismo ex oppositis. Et dicit vlterius ꝙ talis fallacia contingit fieri dupliciter. Vnomodo G per media adinuicem non ordinata, secunda per media subordinata. Declarat primo in medijs non subordinatis: vt siquis cognoscat substātiam inesse animali & ignoret causa inesse sensibili: & tamen sciat ambo. s. animal & sensibile inesse alicui: puta homini. Secundo decipiē per diuersos syllogismos ad opinandum contrarias propositiones: vt per istum syllogismum, omne animal est substantia: omnis homo est animal: opinabiē istam, omnis homo est substātia & per istum syllogismum nullum sensibile est substantia: omnis homo est sensibilis opinabitur istam: nullus homo est substantia, quæ est contraria primæ conclusioni. Exemplum qñ sumuntur media subordinata; vt siquis sciat substantiam inesse animali, & ignoret ipsam inesse H corpi: dum tamen sciat quòd corpus & animal conueniant homini, ducetur ad concedendum conclusiones contrarias ꝑ diuersos syllogismos: affirmatiuam per istum omne animal est substantia; omnis hō est animal: ergo omnis homo est substātia. Et negatiuam per istum, nullum corpus est substantia: omnis hō est corpꝰ: ergo nullus hō est substantia. Deinde ostēdit qūo aliquis ducet ad opinandum cōtrariam, vel cōtradictoriā alicuius ꝑmissæ: dicens ꝙ siquis opinetur ambas ꝑmissas sillogismi affirmatiui nō potest opinari ambas præmissas sillogismi negatiui; quia tunc duceretur ad cōcedendum contradictoriam alicuius præmissarum, & cum hoc ipsam præmissam: quia ex con

A clusione sillogismi negatiui cũ minore syllogismi affirmatiui, concluderet contradictoria maioris sylloglsmi affirmatiui: si qs concedat duas præmissas illius syllogismi, omne animal est substantia; oĩs hõ est animal: ergo oĩs homo est substantia, & similiter istius, nullum sensibile est substantia; omnis homo est sensibilis: ergo nullus homo est substantia: tunc debet capi ista conclusio, nullus homo est substantia, cum minore prioris syllogismi; & inferatur particularis negatiua in Felapton. Consequenter ostendit qualiter contingit opinari propositiones syllogismorum inferentium cõtrarias sine inconuenienti: dicens ꝙ duo sunt modi quib⁹ hoc est possibile. Primus, est qñ neutrũ opinatur in propria forma; sed

Quo ducitur qs ad opinãdũ cõtrariam uel contradictoriã aliquas præmissa.

B vtrũq; opinatur in suis pmissis, siue opinet eas in vno syllogismo siue in diuersis; declarat p duo exempla. Primum: vt si quis sciret quòd omnis triangulus habet tres. Et ponamus ꝙ c sit idem quod triangulus & ignorem ipsum esse triãgulum; tunc habeo scientiam in vniuersali, quòd omnis triangulus habet tres; & per consequens de ipso c: tamen in propria forma credo c non habere tres angulos. Secundum exemplum; vt aliquis potest scire quòd omnis mula est sterilis eo, quòd hæc mula sit mula; videbitur tamẽ vnam mulam habere grossum ventrem, propter quod putabit ipsam non esse sterilem; & sic opinabit istas duas, omnis mula est sterilis; & istam aliqua mula si est sterilis, quam tamẽ credit in particulari esse mulã.

C Consequenter ponit aliquos modos ipsius scire, & ipsius ignorare. Primus modus; scire, est scire in vniuersali; vt sciendo istam, quòd omnis triangulus habet tres dicimus scire quòd isoscheles habet tres. Secundus modus, est scire in propria forma; & vterque istorum modorum est duplex seu potest esse duplex, scilicet in habitu & in actu. In habitu quando dormimus, vel quando circa illud actu non consideramus. In actu, quando actu consideramus; & tot modis dicitur etiam ignorare.

Et aduerte quòd scire in vniuersali & ignorare in particulari non opponuntur. Etiam scire in habitu, & ignorare in actu non opponuntur; ideo contingit eandem propositionem scire vno modo, & ignorare alio modo. Finaliter ostendit quomodo contingit opinari contraria secundum materiam; hoc est secundum terminos; dicens, quòd dupliciter. Primo cum inconuenienti: vt si quis opinetur aliquem esse bonum, & esse malum; tunc debet opinari bonum esse malum: sic arguendo, hoc est malum, & hoc est bonum; ergo bonum est malum. Secundo, sine inconuenienti: vt ignoretur vnum per se, & aliud per accidens, vel vnum in propria forma, & aliud per accidens.

Quõ contingit opinari secundum materiã.

D

QVANDO autem conuertuntur extremitates, necesse est medium conuerti ad vtranque.

Iste

E ISTE est tertius tractat. huius libri in quo philosophus determinat de alijs speciebus argumentationis à syllogismo. Et primo ponit sex regulas. Prima: si extremitates alicuius syllogismi cõuertantur inter se, necesse est medium conuerti cum ambabus extremitatibus: Quod probat in barbara: quia ex conuertente cõclusionis cum minore posita loco maioris, infertur conuertens maioris, sed ex conuertente conclusionis cum maiore posita loco minoris, infert conuertens minoris: quod non posset fieri nisi medium conuertatur cum extremitatibus: & debet propriè intelligi ista regula in modo vniuersali affirmatiuo: quia in alijs patitur instantiam. Secunda regula: si aliqua duo conuertantur inter se, sicut genitum & corruptibile, similiter &

Sex regule ex alijs spēb⁹ argumentationis.

F eorum opposita. s. ingenitum & incorruptibile. Tertia regula: si sumantur duo contraria ex vna parte, puta genitum & ingenitũ: & alia duo ex altera parte. s. corruptibile & incorruptibile: tunc si vnum contrariorum ex vna parte conuertatur cum vno contrariorum ex altera parte, puta genitum cum incorruptibili: tũc ingenitum conuertetur cum incorruptibili: quia si non esset ita, tunc aliquid esset ingenitũ quod non esset incorruptibile: & si nõ esset incorruptibile; tũc esset corruptibile, & per cõsequẽs genitum, quod est falsum. Quarta regula: si aliquid dicat de duob⁹ vniuersaliter & de nullis alijs, quando illa etiam dicantur de ipsis; tunc si illa duo conuertantur inter se, necesse est tertium conuerti cum vtroq;: vt si rationale dicatur de omni G homine & omni risibili, & de nullis alijs de quibus non dicantur illa, si homo & risibile conuertantur inter se ita & rationale, Quinta regula; si aliqua duo prædicata dicantur de eodẽ subiecto vniuersaliter, & vnum illorum conuertatur cum tali subiecto; tunc alterum prædicabitur vniuersaliter de ipso, vt in istis terminis risibile, rationale, & homo. Sexta regula, si sint aliqua duo opposita, puta a & b; quorum vnum est eligendum et alterum fugiendum, puta a eligendum & b fugiẽdum; & sint alia duo opposita ex altera parte quorum vnum est eligẽdum, s. d. & alterum fugiendum puta c: si a iunctum cum c sit magis eligendum quàm iunctum cum b: a simpliciter est magis eligẽdum quàm d. Declarat ratio- H ne & exemplo. Ratione sic: oppositum consequẽtis est falsum; igitur consequens est verum. Et quia oppositum cõsequentis pt habere duas causas veritatis: aut quia a est similiter eligendũ sicut b, aut minus, sed vtrunque est falsum; igitur. Probat primo de primo; quia si a & b essent eligenda æqualiter, tunc eorum opposita essent ęqualiter fugienda, & tunc sequeretur ꝙ a & c simul iuncta non essent magis eligenda quàm b & d, quod est contra suppositum. De secundo, quòd a nõ sit minus eligendum quàm d probat: quia si sic, sequeretur quòd b eius oppositum esset minus fugiendum quàm c: quòd est oppositum ipsius b: cũ minus malum minori bono opponatur, & tunc sequeretur ꝙ a & c iuncta simul non essent magis

A magis eligenda quàm b & d: q̃d est cõtra suppositum. Exemplo sic declarat; vt sit a velle bene agere, b nolle bene agere, d bene agere, c male agere: si velle bene agere & male agere sit magis eligendum, quàm bene agere & nolle bene agere: tunc velle bene agere simpliciter erit melius quam bene agere; quia voluntas bona sine actione est magis eligenda quàm actio sine bona voluntate. Ex quo infert, ꝙ dilectio secundum amorem est magis eligẽda quàm coitus; quia dilectio est finis coitus: & nõ debet coitus appeti, nisi propter dilectionem.

QVONIAM autem non solum dialectici, & demonstratiui syllogismi per prædictas B fiunt figuras.

ISTVD est secundum capitulum huius tractat. in quo philosophus determinat de inductione, & diuiditur in duas partes. In prima ponit talem conclusionem: ꝙ non solum syllogismi dialectici & demonstratiui sunt in tribus figuris, sed etiã rhetoricæ argumentationes: sicut est enthymema & exemplum. *Quid est inductio.* Consequenter diffinit inductionem: dicens, quòd inductio est argumentatio ostendens maiorem extremitatem de medio per minorem: vt si esse longæuum ostendatur de hoc complexo animal non habens coleram: per illud complexum, iste equus & ille equus: sic arguendo, ille equus est longæuus: & ille equus est longæuus: & sic de aliis; Similiter iste asinus est longæuus, & iste C asinus est longæuus: & sic de alijs animalibus nõ habentibus coleram: ergo omne animal nõ habens coleram est longæuum. Et non capitur ibi medium pro termino inferente, sed pro illo, quod secundum naturam mediat inter maiorem extremitatem & minorem. Et reducitur ad syllogismum sumendo singularia pro medio: & potest fieri in tertia figura vel in prima: vt sic arguendo, omne quod est ille equ⁹, & sic de alijs est animal longæuum: sed omne quod est ille equus, & sic de alijs, est aĩal non habens coleram: ergo omne animal non habens colerã est longæuum. Et si quis dicat: conclusio est vniuersalis, q̃ non potest concludi in tertia figura. Respondet quòd prius dictum est: si duo prædicata insunt vni D subiecto vniuersaliter: & vnum illorum conuertatur cum subiecto, necesse est alterũ dici de altero p̃dicato vniuersaliter: cuiusmodi est longæuũ, & nõ hñs colerã. Consequenter ponit duas *Differentia syllogismi & inductionum.* differentias inter sillogismum & inductionem, quarum Prima est; inductio est probatiua propositionum immediatarum, sed sillogismus propositionum mediatarũ. Secunda differentia: inductio oñdit maiorẽ extremitatem de medio, sed sillogismus ostendit maiorem extremitatẽ de minori per medium. Ex quo infert ꝙ sillogismus procedit ex prioribus ſm naturam: inductio vero ex posterioribus, tñ ex notioribus quo ad nos.

EXEMPLVM autem, est quando medio extremum in-

E esse ostenditur per id quod est simile tertio.

Exemplum quid.

ISTVD EST tertium capitulum, in quo philosophus diffinit exemplum: dicens, ꝙ exemplum ostendit maiorem extremitatem de medio per aliquod simile minori extremitati; & ostendit maiorem extremitatem de minori per medium. Exemplum dat philosophus: vt Athenienses pugnare cōtra Thebanos malum est: ergo affines pugnare contra affines malum est, & vltra, affines pugnare contra affines malum est, sed phocenses contra Thebanos pugnare est affines contra affines pugnare: ergo Phocenses pugnare contra Thebanos malum est. Consequēter F diffinit exemplum sub ratione exempli: dicens ꝙ est argumētatio cuius antecedens non se habet ad consequens vt pars ad totum: nec vt totum ad partē, sed vt pars ad partem: hoc est quod solet dici ꝙ exemplū, est quando vnum particularē probatur per aliud propter aliquod simile in ipsis repertum. Finaliter ponit duas differentias inter inductionem & exemplum. Prima: inductio procedit ab omnibus singularibus ad vniuersale: exemplum autem ab vno singulari ad aliud. Secunda differentia: quia inductio ostendit maiorem extremitatem de medio per minorem. Sed exemplum ostendit maiorem extremitatem de medio per aliquod simile minori extremitati, & cum hoc ostendit maiorem extremitatem de minori per medium.

Diffinitio exēpli sub ratione exēpli.

Inductio & exemplum quo differūt.

DEDVCTIO autem, est G quando medio quidem primum palam est inesse: postremo autem medium; dubium quidem &c.

ISTVD EST quartum capitulum huius tractatus, in quo philosophus determinat de deductione: dicens quòd deductio est quando maior est manifesta & minor dubia: similter credibilis. aut magis credibilis conclusione: & sunt duo modi eius. Primus, est quando minor est æqualiter, aut magis nota quàm conclusio. Secundus, est quando ad probationem minoris requiruntur pauciora media, quàm ad probationem conclusionis: dat exemplum de primo modo; vt omnis disciplina est docilis: iustitia est disciplina: ergo iustitia est docilis, ibi minor est dubia; est tamen similiter magis credibilis quàm conclusio. Dat exemplum de H secundo modo: vt omne æquale rectæ lineæ potest quadrari; sed circulus est æqualis rectæ lineæ; ergo circulus potest quadrari: ibi minor non requirit nisi vnum medium ad sui probationem, scilicet quòd linea quæ est quarta pars circuli sit æqualis rectæ lineæ, quæ est quarta pars quadrati; sed ad probationem conclusionis requiruntur plura media. Et subdit finaliter, quòd si minor non sit credibilior conclusione; aut si non probetur paucioribus medijs quàm conclusio: aut si sit propositio immediata tunc non erit deductio; sed demonstratio.

Quid est deductio.

Modi deductionis.

Instantia

A INSTANTIA autem est propositio propositioni contraria: differt autem a propositione, quoniam instantiam quidē conuenit esse in parte.

Instātia quid.

ISTVD EST quintum capitulum, in quo determinat de instantia: dicens, quòd instantia est propositio propositioni contraria, vel contradictoria propositioni respondentis. Et differt a propositione, contra quā fit: quia propositio contra quam fit debet semper esse vniuersalis; sed instantia potest esse vniuersalis, aut particularis. Et subdit, quòd instantia seu syllogismus instantiuus fit duobus modis, & per duas figuras; fit enim vniuersaliter, & particulariter, eo quòd instan-B tia semper opponitur propositioni contra quàm fit: & illa semper concluditur in prima, aut tertia figuris. Probat exemplariter: nam si propositio contra quam fit instantia sit vniuersalis affirmatiua: vt omnium contrariorum est eadem disciplina: tunc fit syllogismus instantiuus in prima figura, arguendo sic; nullorum oppositorum eadem est disciplina: sed omnia contraria sunt opposita: ergo nullorum contrariorum eadem est disciplina: sed si sumatur contradictoria pro instantia, fiet syllogismus in tertia figura, arguendo sic; noti & ignoti non est eadem disciplina: sed omne notum & ignotum contrariantur: ergo aliquorum contrariorum non est eadem disciplina: sed si fiat instantia contra negatiuam vniuersalem per eius contrariam tunc fiet in Barbara, si per contradictoriam fiet tertia figura. Deinde probat ratione, quòd syllogismus instantiuus fiat in prima & tertia figuris; omnis instantia est vniuersalis, vel particularis; sed vniuersalis fit in prima figura, & particularis in tertia; igitur. Minorem probat; quia ad instandum vniuersaliter debet sumi medium, quod est superius ad subiectum propositionis contra quam fit instantia; & debet esse inferius ad prædicatum; sed hoc non potest esse medium nisi in prima figura; igitur. Sed ad instandum particulariter debet sumi medium sub subiecto propositionis contra quam fit instantia, & debet se habere tanquam inferius ad subiectum, & prædicatum; sed hoc non potest fieri nisi in tertia figura: igitur. D Consequenter ostendit, quòd instantia euidenter fit in prima & tertia figuris & non in secunda; quia in illis figuris solum fit euidenter instantia quibus infertur oppositum propositionis cōtra quam fit instantia, sed hoc solum fit in tertia & prima figuris: igitur. Secunda ratio; omnis instantia debet esse statim manifesta, & non indigere longo sermone, sicut fit in secunda figura. Finaliter dicit quòd instantia generaliter dicta bene fit per syllogismum ex hypothesi, puta per syllogismum ad impossibile, per locum ab oppositis; etiam per locum ab auctoritate. Dicit etiam, quòd si capiatur instantia largè tam pro syllogismo instantiuo tam euidente, quàm ineui-

dente, bene poteſt fieri in ſecunda figura.

Icos autem & ſignum nō idem eſt: ſed icos quidem eſt propoſitio probabilis; quod enim vt in pluribus ſciunt, ſic factum eſſe.

Istvd eſt ſextum capitulum, in quo philoſophus determinat de enthymemate. Et dicit primo quòd icos & ſignum non ſunt idem: quia icos eſt propoſitio probabilis: ſed ſignum dicitur eſſe propoſitio neceſſaria vel probabilis. Ex quo infert diffiniti onem enthymematis: dicens. Enthymema, eſt ſyllogiſmus ex icotibus & ſignis. Secundo oſtendit quot modis fit enthymema: dicens quòd enthymema poteſt fieri in tribus figuris. Ponit exemplum in prima; omnis mulier habens lac peperit: hæc mulier habet lac, ergo peperit. In tertia pſitacus eſt ſapiens: pſitacus eſt ſtudioſus: ergo ſtudioſum eſt ſapiens. Deinde remouet dubium; dicens quòd arguentes enthymematicè, non ſumunt ambas præmiſſas: ſed vnam ſumunt, & reliquam ſupplent. Dat exemplum in ſecunda figura: omne pariens eſt pallidum: hæc mulier eſt pallida: ergo hæc mulier peperit. Et dicit, quòd talis ſyllogiſmus ſolum apparet eſſe in ſecunda figura, ſed non eſt: quia fit ex ambabus affirmatiuis. Conſequenter ponit differentiam enthymematis ad ſyllogiſmum & differentiam enthymematū inter ſe, dicens quòd enthymema & ſyllogiſmus differunt: quia enthymema ſolum ſumit vnam propoſitionem: ſed ſyllogiſmus ſumit duas: vnde per additionem vnius propoſitionis fit ſyllogiſmus. Sed differentia enthymematum inter ſe eſt: quia enthymema factum in prima figura; ſi debite fiat, eſt inſolubile, ſiue difficulter ſolubile: cum antecedens eius ſit neceſſarium. Sed in tertia figura eſt probabile & ſolubile; quia ſolum concludit particulariter. In ſecunda vero eſt apparens & non omnino inſolubile: & hoc ſi fiat ex puris affirmatiuis.

Signū & icos quomodo differunt.

Enthymema quid, & quotuplex.

Natvras aut cognoſcere poſsibile eſt: ſiquis concedat ſimul tranſmutare corpus & animam quæcunq; naturales ſunt paſsiones. H

Istvd eſt vltimum capitulum, in quo docet inuenire ſigna paſsionum naturaliū, quæ poſſunt eſſe media enthymematum. Et ponit duas ſuppoſitiones. Prima: paſsio naturalis habet ſignum in ſubiecto cuius eſt. Secunda vnius paſsionis eſt vnicum ſignum: Vnde ponit duo documenta ad inueniendum ſigna paſsionum naturalium. Primum: ſi aliqua paſsio inſit alicui ſubiecto vniuerſaliter: & velimus ſcire proprium ſignum illius paſsionis, oportet conſiderare, cui ſpeciei vniuerſaliter non conuenit talis paſsio, ſed aliquibus indiuiduis eius & aliquibus non: & videre quid ſequitur illam paſsionem in illo ſubiecto cui ineſt:

Documenta ad ſigna naturaliū paſſionū inuenienda.

C cui ineſt: quia illud debet poni ſignum illius paſsionis: vt fortitudo reperitur in omnibus leonibus & in aliquibus hominibus & in aliquibus non; ideo ſi habere maximas ſpatulas ſeu ſummitates, ſequatur hominem fortem, tunc illud erit ſignum fortitudinis. Secundum documentum; ſi ſint duæ paſsiones vnius ſubiecti, ad cognitionem ſigni vnius, videndum eſt in quo ſit vna paſsio & non alia; & quod ſignum conſequatur eã in illo ſubiecto; quia illud debet poni ſignum eius in illo ſubiecto, cui ambę inſunt; ſicut leoni inſunt duæ paſsiones, ſcilicet fortitudo & liberalitas; ſi ergo velimus cognoſcere, quæ ſunt ſigna illarum, debemus aſpicere ad ſubſtantias, in quibus illæ paſsiones diuiſim reperiuntur.

B

An philoſophus ſufficienter aſsignaru defectus poteſtatum ſyllogiſmorum.

QVAERITVR tertio & vltimo vtrum philoſophus ſufficienter determinet de peccatis incidentibus circa poteſtates ſyllogiſmorũ; ſimiliter de alijs ſpeciebus argumẽtationis alijs a ſyllogiſmo. Arguitur primo contra primam partem; Petitio principij nullomodo peccat cõtra ſyllogiſmum; ergo male dicitur, quòd eſt peccatum contra ſyllogiſmum. Secundo; Si petitio principij peccaret contra ſyllogiſmum: aut maxime eſſet ex eo quòd nõ eſſet probatiua ſuæ concluſionis: ſed hoc non: quia illud non requiritur ad rationem ſyllogiſmi. Tertio ſic: Nulla eſt fallacia contrarię, deceptionis; ergo ipſa non deficit a perfecta ratione syllogiſmi. Antecedens patet; quia nulla eſt fallacia contrarij ſenſus nec intellectus: ergo a ſimili nec opinionis. Quarto ſic arguitur: Deductio & inſtantia ſunt ſpecies argumentationis diſtinctę ab alijs & a syllogiſmo: ergo Ariſt. non ſufficienter enumerat ſpecies argumentationis. Item inductio non eſt poſſibilis, cum non ſit poſsibile numerare omnia ſingularia. Etiam exemplum non eſt conſeqnentia neceſſaria: igitur. Antecedens patet: quia ex vno ſingulari non neceſſario ſequitur aliud: igitur. Quinto ſic: Enthymema eſt vere syllogiſmus ſecundum phyloſophum. j. poſteriorum: ergo non debet poni ſpecies diſtincta a syllogiſmo. In oppoſitum eſt philoſophus in textu. In quæſtione erunt tres articuli. Quantum ad primum. D *Tex. c. 1.*

PRIMO ſciendum, quòd pro declaratione primæ particulæ quæſtionis mouetur hic difficultas: an petitio principij peccet contra syllogiſmum ſimpliciter. Et ſi non, quare ergo hic philoſophus determinat de ea? Pro ſolutione ſupponitur primo quòd non eſt de ratione syllogiſmi ſimpliciter quòd ſit probatiuus ſuæ cõcluſionis: quia tunc omnis syllogiſmus ſimpliciter eſſet probatiuus, quod eſt falſum: cum multi syllogiſmi fiant ex falſis & impoſsibilbus: Etiam de ratione syllogiſmi ſimpliciter non eſt habere tres terminos *Art. 1.* *An principij petitio peccet ſimpliciter cõtra ſyllogiſmum.*

E vocaliter distinctos: sed sufficit quòd sint distincti officialiter: vt multotiens visum est. Secundo supponitur quòd non est de ratione syllogismi simpliciter conclusionem esse simpliciter aliam vocaliter a qualibet præmissarum: vt satis patet in multis sillogismis: & maxime in sillogismo expositorio illatiuo tantum. Sed de ratione sillogismi simpliciter solum est dispositio duarum propositionũ in modo & figura. Ex omnibus istis dicitur ꝙ fallacia petitionis principij siue statim siue non statim, non peccat contra sillogismum simpliciter; licet bene contra sillogismum demonstratiuum & dialecticum. Et siquis arguat: peccat contra sillogismum demonstratiuũ &
F dialecticum: ergo contra sillogismum simpliciter consequentia patet: ab inferiori ad superius. Rñdet ꝙ indebite arguit qa arguitur cum distributione superioris, propter negationem inclusam in ly peccat: & ideo facit terminum sequentem se supponere confuse distributiue. Et ad sciendum quomodo ly peccat, includit negationem, debet exponi dicendo sic: Petrus peccat contra regem.i. Petrus non seruat mandata regis. Petrus peccat contra deum.i. Petrus non seruat mandata dei. Et etiã quando dicitur: petitio principij peccat contra sillogismum dialecticum &c. i. non seruat conditiones, siue principia sillogismi dialectici & demonstratiui. Pro secunda parte dicitur: quod philosophus non determinat hic, neq; alibi de petitione principij siue statim siue nõ

statim, eo quòd peccet contra syllogismum simpliciter: sed quia peccat contra sillogismum demonstratiuum, & dialecticum. Et quia hæc scientia ordinatur ad scientiam posteriorum: ideo hic de ipsa determinatur. G

SECVNDO sciendum, quòd pro declaratione secundi defectus supponitur, quòd ly non propter hoc accidere falsum, de virtute sermonis capitur pro omni re propter, quam non accidit falsum. Et sic omnis res mundi propter quam nõ infertur conclusio falsa, est non propter hoc accidere falsum: & sic non capitur in textu. Alio modo capitur ꝓ propositione connumerata cum præmissis sillogismi cuius conclusio est falsa, nihil faciens ad illationem illius conclusionis falsæ: ideo H si ex falsitate conclusionis inferatur falsitas illius propositionis, tunc dicitur committere talem fallaciam. Et, sic capitur in textu, non propter hoc accidere falsum quod est synonimum cum hoc quod est non causa vt causa. Supponitur secundo quòd iste defectus solum reperitur in syllogismo & ad impossibile; vt probat Aristote. in textu. Et siquis arguat: sillogismus ad impossibile habet tantum duas præmissas dispositas in modo & figura cum primus processus eius sit sillogisticus; ergo non debet poni talis præmissa. Respondetur quod talis defectus non fit quolibet sillogismo ad impossibile: quia non reperitur in sillogismo ad impossibile nõ superfluo: quia talis defectus solum

A lũ fit in syllogismo: vbi ex falsitate cõclusionis infertur falsitas p̃missæ nihil facientis ad illationem, sed hoc non fit in sillogismo ad impossibile non superfluo; quia in tali infertur propositio faciens aliquid ad illationem conclusionis: relinquitur ergo ꝙ solum fit in sillogismo ad impossibile superfluo: cũ non fiat in syllogismo ostẽsiuo, nec in sillogismo ad impossibile non superfluo.

Cognitio duplex. TERTIO sciendum, quòd declaratione tertij defectus incidentis circa sillogismum ex oppositis. Supponitur primo, ꝙ duplex est cognitio: Quædam est appræhensiua, per quam intellectus apprehẽdit vel cognoscit aliquid: & potest esse tam B circa complexum quàm incomplexum. Et sic possibile est intellectum simul cognoscere contraria, vel contradictoria, cum intellectus ponat differentiam inter duo contraria, vel contradictoria. Alia est cognitio adhæsiua seu indicatiua: quæ non est aliud quàm assensus, vel dissensus, quo aliquis assentit, vel dissentit alicui. Et sic non videtur esse possibile intellectum simul assentire, seu sic cognoscere duo contraria, vel contradictoria: & si taliter contingeret tunc fieret fallacia contrariæ opinionis.

De ista materia vide latius Sco. in 1.d.3. q.4.ar.2. Aduerte tamen, quòd opiniones possunt dici contrariæ dupliciter. Vnomodo: quia per eas assentimus oppositis; vt opinio qua aliquis assentit isti, omnis mula est sterilis: & opinio qua aliquis assentit isti, aliqua mula, non est sterilis. Aliomodo dicuntur contrariæ, C quarum vna est assensus de aliquo, & altera est dissensus de eodem: vt opinio qua assentimus alicui propositioni, & opinio qua dissentimus eidem: & sic impossibile est opiniones contrarias esse in eodem intellectu. Secundo supponitur, quod aliquid possumus scire dupliciter, scilicet in vniuersali: & in propria forma, seu in particulari. Scire in vniuersali, est scire aliquod prædicatum inesse alicui inferiori, eo quòd scimus ipsum inesse superiori distributo. Vnde quando quis scit vniuersalem, dicitur scire particularem in vniuersali: vt si quis sciat istam, omnis mula est sterilis: sciet istam in vniuersali aliqua nulla est sterilis: seu mula papæ D est sterilis quam nunquam vidit. Etiam quando præmissæ sciuntur, dicitur sciri conclusio in vniuersali. Sed scire in propria forma, seu in particularis, est scire aliquid secundum, quòd per proprios terminos repræsentatur. Et quodlibet istorum est duplex, scilicet in actu & in habitu: vt visum est in textu. His suppositis dicitur, quòd non videtur esse possibile intellectum simul opinari duo contraria, vel contradictoria in propria forma in actu: & hoc experimur in nobis. Secundum dictum; non est impossibile intellectum simul assentire duobus contradictorijs: vni in propria forma, & alteri in vniuersali: vt satis visum est in textu. Dico vlterius, quòd assensus & dissensus contradictoriorum, vnius in vniuersali, alterius

 in par-

in particulari non sunt contraria: q̄a assentire in vniuersali, q̄ omnis mula est sterilis: & in particulari, q̄ aliqua mula non est sterilis propter grossum vẽtrem non est inconueniens.

An syllog. inductio. &c. sint species argum.

QVARTO sciendum quòd circa textum incidit vna difficultas: vtrum sillogismus. inductio enthymema. & exemplum. sint species argumentationis: sic q̄ argumẽtatio sit genus ipsarum. Pro cuius declaratione supponitur q̄ argumentatio capitur dupliciter. Vno modo large pro omni bona cõsequẽtia siue eius antecedens sit probatiuum consequentis siue non. Et isto modo dico, q̄ argumentatio est genus ad illa quattuor. vnde in qualibet argumentatione infertur cõsequens ex una propositione expressa in antecedente vel ex pluribus. Si ex vna, hoc est dupliciter: quia vel infertur ratione similitudinis inter res significatas per terminos antecedentis & cõsequentis: & sic est exemplum. vel non infertur ratione talis similitudinis: & sic est enthymema. Si inferatur ex pluribus propositionibus. hoc est dupliciter: quia vel illæ propositiones sunt sillogisticę adinuicem ordinatæ: & sic est sillogismus: vel non, & sic est inductio. Aliomodo capitur argumẽtatio strictè pro omni bona consequentia, cuius antecedens est probatiuum consequentis: & sic non est genus ad illa quattuor: quia disiunctum ex illis quattuor excedit argumẽtationem sic captam: nam aliquis est syllogismus qui non est probatiuus: ergo non est argumentatio illo modo dicta. Etiam aliqua est inductio, quæ non est probatiua, & etiam aliquod enthymema, & etiam aliquod exemplum. Et si quis petat: quæ ergo erunt species argumentationis sic stricte captæ. Respondeo quòd sunt syllogismus probatiuus, inductio probatiua, enthymema probatiuum, & exemplum probatiuum. Ex quo sequitur quòd quælibet illarum specierum potest capi dupliciter, scilicet large, & stricte. Vnde inductio large capta est consequentia illatiua propositionis vniuersalis ex sua singulari, vel suis singularibus siue sit probatiua, siue non, mediante ista particula, & sic de alijs, vel aliqua sibi ęquiualente. Sed inductio stricte capta est consequentia probatiua propositionis vniuersalis ex sua singulari, vel singularibus mediãte iuuamine intellectus supplentis vicem bonitatis consequentiæ. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Artic. 2.

Inductio an sit bona consequentia.

DVBITATVR primo, vtrum inductio sit bona consequentia. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd per inductionẽ intelligitur vnus alius modus arguendi sibi oppositus, qui vocatur descensus, qui procedit ex vniuersali ad singularẽ, qui fit sicut locus a toto in quantitate, vt omnis homo currit: & Petrus est, ergo Petrus currit. Et aduerte, quòd iste descensus fit aliquando solum ad species, vt quando prius distribuitur solum pro speciebus: & aliquando ad species, & indiuidua, quãdo talis terminus distribuitur tã pro speciebus quàm pro indiuiduis, similiter dicatẽ de inductione: nam inducitur aliquando a singu-

A singularibus, aliquando solum a speciebus. Et si quis dicat, tũc non erit inductio, cum non fiat à singularibus, sed à speciebus. Respondetur, quòd singulare capitur dupliciter. Vnomodo pro singulari simpliciter, cuiusmodi sunt Sortes, Plato, & sic de aliis. Aliomodo pro singulari in respectu, quod nõ est aliud quàm minus cõmune, respectu magis communis: & tunc species bene dicuntur singularia, supple in respectu. Supponitur vlterius, ꝙ inductio potest fieri dupliciter. Vnomodo inferendo propositionem vniuersalem ex suis singularibus sine explicatione huius particulæ, & sic de aliis,

Singulare quot modis capitur.

Inductio quot modis fit.

B vel alterius sibi æquiualentis. Et sic dico, quòd nulla talis inductio sub ratione inductionis est bona consequentia: sed si aliqua talis sit bona, hoc est, quia vel antecedens est impossibile, vel cõsequens necessarium, vel quia singulare seorsum infert vniuersale. Aliomodo potest formari inductio, inferendo vniuersalẽ ex singularibus mediante ista particula, & sic de aliis, vel aliqua sibi æquiualente, & hoc fit quando non enumerantur omnia singularia; sed quando omnia enumerantur, ponitur tunc ista particula, & non sunt plura. Et si quis petat, quid intelligitur per istam particulam, & sic de aliis. Respondeo, quòd intelligitur vna propositio vniuersalis significans esse, sicut significatur per alias singulares non formaliter expressas, vt sortes currit, Petrus currit, & sic de aliis: ergo omnis homo currit, sensus est, Sortes currit, Plato currit, & quilibet homo alius à

C Sorte, & Platone currit: ergo omnis homo currit. Et si quis dicat, ergo in inductione proceditur ab vniuersali in vniuersalẽ. Dico, quòd illa vniuersalis in antecedente, dicitur singularis in respectu, & nõ simpliciter: quia est minus vniuersalis, quàm vniuersalis illata: ideo dicitur singularis in respectu.

Dubitatur secundo, Vtrum inductio sit consequẽtia formalis addendo etiam particulam, & sic de aliis. Respondetur breuiter (vt aliàs visum est in summulis) quòd inductio potest fieri dupliciter. Vnomodo à singularibus in significando, & supponendo simul: cuiusmodi sunt nomina propria, vt sic arguendo, Sortes currit, Plato currit: & sic de aliis; ergo omnis homo currit. Et sic dico, quòd non

An inductio sit cõsequentia formalis, addendo hanc particulam, & sic de aliis.

D est consequentia formalis: quia in simili forma est dabilis instantia: vt nõ sequitur, sortes currit, Plato currit, & sic de aliis: ergo omnis asinus currit: tamen seruatur similis forma. Et si quis dicat, ibi variatur superioritas, & inferioritas: ergo nõ seruatur similis forma. Respondetur, ꝙ superioritas non se tenet ex parte formæ consequentiæ, vt aliàs visum est. Aliomodo potest fieri à singularibus in supponendo tantum, vt iste homo currit: & iste homo currit, & sic de aliis: ergo omnis homo currit, & tũc dico, quòd est consequentia formalis. Et si quis dicat, in simili forma est dabilis instantia: quia non sequitur, iste homo currit: & iste homo currit, & sic de aliis: ergo omnis asinus currit. Respondetur, quòd ibi non seruatur cõsimilis forma: quia va-

E riatur, numerus terminorum, qui se tenet ex parte formæ con sequentiæ. Vnde in prima solum sunt duo termini, saltem compu tando terminos synonimos pro eodem termino: sed in secunda sunt tres, scilicet, homo, currit, asinus. Sed quæreret aliquis: vtrum inductio ꝓbatiua sit bona consequentia? Respondetur breuiter, quòd non; quia omnis inductio fit mediante ista particula, & sic de aliis: & tunc est bo na consequentia, sed non proba tiua: cum antecedens non sit no tius consequentiæ: vnde ista est mihi æquè nota, sortes currit, Plato currit: & quilibet homo alius a sorte, & Platone currit, sicut ista, omnis homo currit, & è contra. Aliomodo fit sine ista particula, & sic de aliis, & F sic non est bona consequentia, vt iam visum est superius, licet bene sit probatiua. Et si quis quærat, nonne vniuersalis sit no ta ex singularib⁹? Dicitur quòd sic: sed tunc quantum est de se, non est bona consequentia: sed naturalis inclinatio intellectus ducit ad veritatem vniuersalis, & eius illationem, cum non videat instantiam in aliis singularibus. Vnde aduerte, quòd ad hoc, quod aliquid notificetur nobis per inductionē, quatuor conditiones requirūtur. Primo, requiritur iudicium actuale intellectus, puta, quòd iudicet, vel assentiat istum ignem esse calidum. Secundo, requiritur experientia, puta quòd videt istum ignem esse calidum. Tertio, memoria de singularibus, & eorum sensationibus. Quarto, requiritur ꝙ intellectus illarum singularium inferat veritatem vniuersalis, ex quo non videt rationem G diuersitatis in aliis: & mediantibus istis quatuor inductio non est ꝓbatiua propositionū immediatarū, saltē quæ sunt per se notæ, sicut sunt prima principia, vt de quolibet affirmatio, & negatio: quia talia cognoscuntur cognitis terminis: sed est probatiua propositionum immediatarum non per se notarum, sicut ista, omnis ignis est calidus: vel ista, omne reubarbarum sanat coleram.

An probatiua inductio sit bona consequentia.

DVBITATVR tertio: vtrū diffinitio enthymematis sit sufficiēter assignata. Pro cuius declaratione supponitur, quòd enthymema capitur tripliciter. Vnomodo large pro omni consequentia bona, in qua ex vna ꝓpositione in antecedente expressa vel ex pluribus non syllogistica cōbinatis infertur alia propositio: & sic capitur enthymema cum dicitur, ꝙ omnis consequentia est syllogistica, vel enthymematica. Aliomodo capitͬ strictè pro omni consequentia bona non inductiua, nec exemplari in qua ex vna propositione cathegorica, vel ex pluribus non syllogisticę combinatis infertur alia: & sic capitur cum dicitur, ꝙ omnis bona consequentia, vel est syllogismus enthymema, inductio, vel exemplum: & isto modo conuersiones ęquipollentiæ, & cōsequētię quę fiunt in hypotheticis dicuntur enthymemata. Aliomodo capitur strictissime pro omnia consequentia in qua ex vna sola propositione cathegorica in antecedente expressa infertur aliqua conclusio: cui si aliqua alia propositio addatur, esset bonus syllogismus H

An definitio enthym. sit bona.

A mus ad eandem conclusionẽ inferendam: & sic capitur in textu cum dicitur ꝙ est syllogismus supple imperfectus. Et si quis dicat, nonne bene sequitur est syllogismus imperfectus: ergo est syllogismus. Dico, quòd non: quia ly imperfectus diminuit.

Et aduerte, quod icos positũ in diffinitione eius idem est, quòd propositio probabilis quæ videtur omnibus pluribus aut maxime notis. Sed signum vocatur propositio ex qua necessario sequitur conclusio. Ex quo patet quod eadem propositio, secundum aliam, & aliam rationem considerata potest dici icos, & signum: vocatur icos inquantum est propositio probabilis: & dicitur signum: vt necessario infert aliam propositionem. Et ponitur B icotibus in numero plurali, ad denotandum, quòd illa præmissa quę infert cõclusionẽ virtualiter est plures præmissæ saltem in inferendo: quia infert talem conclusionem sicut duæ.

Supponitur finaliter, quòd exemplum potest capi dupliciter. Vnomodo large pro omni bona consequentia, in qua infertur conclusio propter similitudinem repertam inter res significatas per terminos antecedentis, & consequentis: siue antecedens, & consequens sint propositiones vniuersales, siue particulares. Et sic est ibi exemplum: Parisienses sunt diuites: ergo Rothomagẽses sunt diuites: quia vtriq; sese exercent in mercantijs. C Aliomodo capitur stricte pro consequentia bona probatiua conclusionis particularis ex alia propositione particulari, vel particularibus. Et aduerte, quòd exemplum, vt communiter solet fieri non est bona cõsequentia, sed solum est quædam probabilitas per quam vna singularis probatur ꝑ aliam: ideo inter omnes alias species argumentationis est debilior, quia solum tenet per modum similitudinis: modo talis argumentatio multis modis claudicat. Quã tum ad tertium artic. sit.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Philosophus sufficienter determinauit de tribus defectibus incidẽtibus circa syllogismos: & de aliis speciebus argumentationis a syllogismo. Hæc conclusio patet ex dictis. *Arti. 3.* D

Ad rationes ante oppositum. Ad duas primas patet solutio. Ad tertiam dicitur, ꝙ non est simile de sensu, & intellectu, vt aliàs videbitur. Ad quartam dicitur, ꝙ si deductio, & instantia capiantur pro syllogismo deductiuo, & instantiuo, nõ sunt aliæ species à syllogismo: licet aliquid connotent supra syllogismum. Ad quintam patet solutio.

ANALYTICORVM POSTERIORVM ARISTOTELIS.

LIBER PRIMVS.

Tex. cō. 1. & inde.

OMnis ars & omnis disciplina intellectiua ex preexistente fit cognitione. Manifestum est autem hoc speculantibus in omnes: mathematicæ enim quęcunq; scientiæ per hunc modū fiunt, & aliarum vnaqueq; artium.

F ISTE est primus liber Posteriorum analyticorum, id est, de posteriori resolutione, quæ ē resolutio consequentis. Et diuiditur in duas partes, scilicet ꝓœmialem, & executiuam: in prima parte prohemiali ponitur primo talis conditio. Omnis disciplina, & omnis doctrina intellectiua fit ex præexistenti cognitione: quam conclusionem probat inductiue tā in scientijs speculatiuis quàm practicis. In speculatiuis probat etiam inducendo: nam in mathematicis ex cognitione principiorum deueniunt in cognitionem conclusionis, & etiam in scientijs dialecticis, sicut sunt scientiæ, quæ habentur per sillogismum, & inductionem: & etiā in scientijs rhetoricis: sicut sunt scientiæ quæ habentur per enthymema, & exemplum. Vnde enthymema vere est syllogismus, i. virtualiter, & sic etiā probatur in scientijs practicis, in quibus notitia conclusionis habetur ex notitia principiorum. Consequenter subdit quòd duæ sunt præcognitiones in demonstratiuis, scilicet quid est, & quia est. Et secundum hoc tria inueniuntur in demonstratione, scilicet dignitates seu præmissæ, pasśio, & subiectum, de quibus præsupponitur aliqua præcognitio. Consequenter ponit ordinem cognitionis præmissarum ad conclusionem: dicens quòd maior, vel minor prius tēpore cognoscūtur quàm conclusio. Sed maiore, & minore simul cognitis, simul tempore cognoscitur conclusio. Finaliter remouet vnum errorem antiquorum qui dixerunt nos nihil posse scire de nouo, cuius rationem assignat Plato in Menone, id est, in tali libro: quia si sciremus aliquid de nouo, maxime essēnt cōclusiones: sed hoc non: quia si conclusiones sciremus de nouo, sic quòd prius nesciuerimus eas, sequitur quòd non magis assentiremus eis de nouo, quàm suis oppositis: vt probat per simile de seruo fugitiuo reperto a magistro, quem non cognosceretis, ni-

Tex. cō. 2.
Tex. cō. 3.
Tex. cō. 4. & inde.

H

A si prius cum cognouisset. Ad hanc rationem respondet Aristote. dicens quòd conclusiones ante demonstrationem quodam modo scimus, scilicet in vniuersali, sed ignoramus in propria forma, & in particulari.

An oīs doctrina & omnis disciplina fiat ex præ existēti cognitione.

QVAERITVR. Primo, vtrum omnis doctrina, & omnis disciplina fiat ex præexistente cognitione, Et arguitur primo quòd non: quia vel fieret ex præexistenti cognitione intellectiua, vel sensitiua. Nō primum: quia illa fit ex alia, & sic esset processus in infinitum. Nec secundum: quia de multis habemus scientiam, de quibus nō habemus aliquam notitiam sensitiuam, sicut de Deo, & de Angelis. Secundo sic: Aliqua notitia sensitiua potest fieri nulla alia præexistente: igitur & intellectiua, consequentia patet, B quia non videtur quare intellectus non posit habere notitiam suam, non præsupposita alia cognitione: sicut est sensus, qui est potētia inferior ad intellectum. Tertio, Si notitia intellectiua fieret ex præexistenti cognitione, hoc maxime esset ex præexistenti cognitione sensitiua: sed hoc non, quia vel ly ex, diceret circumstantiam causæ efficientis, finalis, formalis, vel materialis, sed nullum illorum est dicendum: igitur. Quarto sic; Si sic: sequeretur quòd notitia incomplexa fieret ex alia notitia incōplexa, quod videtur esse falsum: quia vna notitia non generatur ex alia, nisi mediante discursu: sed discursus solum est complexorum: igitur. Quinto sic: Non est posibile nos aliquid scire de nouo: igitur. Antecedens patet: quia scire debet esse C per causam, sed causæ non possint sciri: quia tunc oporteret, quòd scirentur per alias causas, & sic in infinitum. In oppositum arguitur auctoritate philosophi in textu. In quæstione erunt tres arti. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum quòd *Art. 1.* pro declaratione quæstionis supponitur primo, quòd doctrina, & disciplina capiuntur pro eodem, scilicet pro notitia conclusionis syllogismi demonstratiui, sed differunt ratione: nam dicitur doctrina, vt procedit a doctore: & disciplina vt recipitur in discipulo: Supponitur secundo quòd duplex est notitia. Quædam sensitiua: & est, illa, quam habet sensus de obiecto sensibili: cuiusmodi est audire, videre, & sic de alijs. Alia est intellectiua, quam habet intellectus, de intelligibili, siue præsente in se, siue in sua specie, siue D in aliquo alio. Notitia sensitiua est duplex, scilicet interior & exterior. Interior est illa, quam habet sensus interior de obiecto, sicut phantasia. Exterior, est quem habet sensus exterior de obiecto: vt visus de colore. & auditus de sono. His suppositis, dicitur primo quòd omnis doctrina intellectiua fit ex præexistente cognitione. Vnde doctrina & disciplina capiuntur in textu pro notitia conclusionis demonstratæ, quæ fit ex præexistēti cognitione præmissarū. Et licet hæc conclusio posit intelligi de omni cognitione intellectiua, saltem habita ex sensibilibus: tamen philosophus solum loquitur hic de cognitione con-

Vide latius in 3. & 2. de anima.

cluseratis

B clusionis. Dicitur tertio quòd cognitio terminorum intellectiua fit ex ipsorum cognitione sensitiua interiori. Sed cognitio sensitiua interior fit ex præexistenti cognitione sensitiua exteriori, quæ non præsupponit aliam cognitionem. Nam ad hoc quòd aliquis videat albedinem, non requiritur aliqua alia notitia seu cognitio: Dicitur vlterius, quòd cognitio intellectiua principiorum fit ex præexistenti cognitione suorum terminorum.

Omnis doctrina &c. an sit vera. SECVNDO sciendum, quòd circa textum incidit vna difficultas: vtrum illa propositio sit vera, scilicet omnis doctrina & omnis disciplina fit ex præexistenti cognitione? F Et videtur quòd non: quia ipsa est incongrua: quia singulare geminatum æquiualet plurali: ergo deberemus dicere fiunt, & non fit. Item doctrina quam ego habeo, non fit ex præexistenti cognitione: quia ipsa non fit, cum iam sit facta. Pro solutione supponitur quòd ly, & in illa propositione non capitur complexiuè, sed diuisiuè: vt est vna hypothetica copulatiua, & non vt est vna cathegorica de subiecto copulato: quia tunc esset incongrua. Vnde quando ly &, tenetur complexiue, bene requirit numerum pluralem: sed non quando tenetur diuisiuè. Secundo dico quòd illa propositio debet intelligi de doctrina, & scientia, quæ actu acquiritur, & non de illa, quæ iam actu acquisita est: nisi diceretur, quòd esset sensus, omnis doctrina fit vel fiebat ex præexistenti cognitione. G Sed restat vnum dubium, cum dictum sit, quòd doctrina, & disciplina sunt idem, scilicet notitia conclusionis: Quis posset arguere, quòd non: quia omnis forma denominat subiectum, in quo est; sed sic est, quòd disciplina est in discipulo, per quam denominatur discipulus: ergo etiam doctrina erit in discipulo: & per consequens discipulus vocabitur docens à doctrina. Respondetur, quòd non oportet semper formam denominare subiectum, in quo est secundum omnem modum suũ sed sufficit, quòd denominet secundum aliquem modum, ideo talis denominat secundum modum disciplinæ.

H TERTIO sciendum, quòd circa textum incidit vna difficultas; vtrum sit posibile nos aliquid scire de nouo. Et videtur quòd non: quia si possemus aliquid scire de nouo, hoc esset per viam sensus, aut per viam intellectus. *Vtrũ sit posibile aliquid sciri de nouo.* Non primum: quia sensus potest decipi circa suum proprium obiectum. Nec secundum: quia notitia intellectiua præsupponit notitiam sensitiuam: ergo si notitia sensitiua deficit, ita & intellectiua. Secundo sic: sequeretur quòd intellectus noster esset mutabilis: & per consequens alterabilis, quod videtur falsum. consequentia patet, quia tunc mutaretur de ignorantia in scientiam. Tertio sic: si intellectus noster non omnia sciret a principio suæ creationis, sequeretur, quòd fuisset creatus imperfectus, quod non videtur probabile. Quarto sic: principia sunt nobis nota à natura

A tura, & per consequens multa scimus a natura. In oppositum est experientia; experimur enim nos multa scire de nouo: experi tur enim, quòd per labores successiue acquirimus scientias: ideo restat soluere rationes.

Sco. li. 1. di. 3. q. 4 per totū.

Ad primam dicitur, quòd tam per viam sensus, quàm per viam intellectus multa scimus de nouo. & ad improbationem dicitur, quòd licet sensus quandoq; decipiatur circa suum propriū obiectum, propter indispositionem medij, vel organi, vel propter nimiam distantiam ad obiectum: non tamen semper decipitur, sed multa de nouo certitudinaliter pcipit, & cognosci.

Ad secundam dicitur, quòd licet intellectus alteretur, & mutetur alteratione perfectiua: nō tamen alteratione corruptiua: quando enim intellectus muta-B tur de ignorantia in scientiam: tunc dicitur perfici saltem accidentaliter. Et per hoc potest solui tertia ratio: nam non est inconueniens intellectum fuisse creatum imperfectum perfectione accidentali: tamen fuit verè creatus perfectus perfectione essentiali. Ad quartam dicitur, quòd dupliciter potest intelligi nos scire principia à natura. Vnomodo, ꝙ à natura habeamus notitiam actualem de primis principiis; & sic non est verum. Aliomodo, quòd à natura inclinemur ad eorum cognitionem propter magnam euidentiam illorum in veritate, & sic beue cōceditur, ꝙ principia sunt nobis nota à natura.

An idē intellect⁹ possit scire istam &c.

QVARTO sciendum, quòd incidit alia dfficultas: vtrum sit possibile vnum, & eundem intellectum scire istam, C omnis dualitas est par: & simul ignorare istam, ista dualitas est par. Pro cuius solutione supponitur, quòd aliquid dicitur sciri dupliciter. Vnomodo in vniuersali: alio modo in propria forma, & in particulari, vt prius visum est. Vnde ad hoc, quòd propositio vniuersalis dicatur scita in propria forma, requiritur, quòd omnes eius singulares sint scitæ in propria forma. Sed ad hoc, quòd sciatur in vniuersali, sufficit, quòd aliquæ singulares sciantur: & quòd non appareat instantia in aliis singularibus. Secundo supponitur, quòd sicut impossibile est totale antecedens esse verum, consequente existente falso: ita impossibile est totale antecedens esse cognitum conclusione incognita: & hoc si cogno- D scatur bonitas consequentiæ, & quòd intellectus aduertat circa tale consequens: & quod non sit indispositus, neque voluntas diuertat eum. Et ad rationem illius suppositionis ponit Sco. quòd conclusio non est nisi partialis cognitio præmissarum. Tertio supponitur, quòd sicut in consequentia syllogistica non est necesse, quòd si vna præmissarum sit cognita, quòd propter hoc cognoscatur cōclusio. Ex quo sequitur, quòd non est possibile scire istam, omnis dualitas est par: & ignorare istā ī vniuersali, ista dualitas est par. Dicitur secundo, quòd possibile est scire hāc propositionem, omnis dualitas est par: & ignorare istam in propria forma, ista dualitas est par: quia potest ignorari

Sco. li. 1. dist. viij. q. v. alias iiij.

E ri, vtrum ista dualitas sit dualitas: ideo ĩpossibile est scire istã, omnis dualitas est par: & hæc dualitas est dualitas, ignorando istam, hæc dualitas est par, dummodo intellectus aduertat ad bonitatem consequentiæ, & non sit indispositus, neq; voluntas eũ diuertat. Ex quo sequitur, quòd multum differt dicere, omnem dualitatem tu scis esse parem: & tu scis omnem dualitatem esse parem, quia prima est falsa: & hoc loquendo de scientia in particulari. Sed secunda potest esse vera, & est composita: & est sensus, tu scis istam propositionẽ, quòd omnis dualitas est par: & illa est vera. Similiter dicatur de istis, omnem numerum turonorum in bursa Platonis existentium quilibet scit esse parem: & F quilibet scit omnem numerum turonorum existentium in bursa Platonis esse parem. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Art. 4. DVBITATVR primo: Vtrum de sillogismo demõstratiuo sit hęc scientia tanquàm de subiecto attributionis per demõstrationem acquisita. *Vtrũ hæc sciẽtia sit de syllog. demõstratiuo.* Et videtur quòd non, quia omnis scientia acquiritur per demonstrationẽ: ergo si de demonstratione, siue de sillogismo demonstratiuo sit scientia, hoc erit per demonstrationem: & tunc quæretur de illa demonstratione, vtrum sit sciencia. In oppositum arguitur per communes expositores, dicẽtes; sillogismum demonstratiuũ esse subiectum in hac scientia. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd iste liber sic intitulaẽ. Iste est liber Posteriorum analyticorum Arist. i. de posteriori resolutione. i. resolutione consequentis. Vnde resolutio cõsequẽtis est, quàndo ostenditur, quòd præmissæ sunt veræ, & principia conclusionis. Supponitur secundo, quòd sillogismus demonstratiuus dupliciter potest capi. Vnomodo pro denominato, seu primæ intentionaliter, & sic nõ est subiectum huius scientiæ. Aliomodo capitur secundæ intentionaliter, vt est vnum intentionale, seu secunda intentio attributa sillogismo demõstratiuo mentali, vocali, vel scripto, & sic bene est subiectum in hac scientia, cuius propria passio est, generatiuum scientiæ: & de eius diffinitione postea videbitur. Supponitur tertio, quòd cuiuslibet sciẽtiæ duplex est subiectũ. s. totale, quod nihil aliud est, quã conclusio alicuius sillogismi demonstratiui, aliud est partiale, quod nihil aliud est, quàm subiectum illius conclusionis. Et hoc est quod communiter dicitur, quòd duplex est scibile. s. totale, & partiale. Totale est ipsa conclusio, vel res significata per ipsam. Sed scibile partiale est subiectum illius conclusionis.

Istis suppositis respondeo ad rationem, quòd de demonstratione secundæ intentionaliter capta habetur scientia tanquàm de scibili remoto: & hoc per demonstrationem primæ intentionaliter captam: de qua demonstratione primæ intentionaliter capta non est scientia, cum sit quoddam aggregatum ex præmissis mentalibus, vocalibus, vel scriptis.

DVBITATVR secundo, vtrum sint tantum duæ præcognitiones principiorum materialium *An tantum duæ sint præcognitiones.*

rialium

A terialium ingredientium demõstrationem, scilicet quod est, & quia est. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd præcognitio potest capi dupliciter. Vnomodo improprie, scilicet pro re præcognita, & sic præmissæ syllogismi demonstratiui dicuntur præcognitiones. Aliomodo capitur proprie, & hoc dupliciter. Vnomodo large pro quacunq; noticia præuia requisita ad habendum noticiam conclusionis: siue hoc sit demonstratiue siue dialectice: & sic non capitur hic. Aliomodo strictè: & sic non est aliud quam noticia intellectualis actualiter, vel habitualiter requisita ad habendum scientiam de aliqua conclusione per demonstrationem: & sic capitur hic: & sunt duæ, scilicet, quid est, & quia est. Et si quis dicat: quid est, & quia est sunt quæstiones scibiles, vt videbitur in secundo huius; ergo non sunt præcognitiones. Respondetur, quod duplex est, quia est: quoddam est quia est dignitatis, vel subiecti; & tale est præcognitio: aliud est quia est conclusionis; & tale est quæstio. Etiam duplex est quid est. s. quid nominis, & quid rei; quid rei est quæstio: quid nominis est præcognitio: & dico etiã, quòd quid rei est præcognitio: & quòd non est inconueniens idem, quòd sit quæstio, & præcognitio: sub alia tamen ratione.

Sco. li. 4. di. 1. q. 2. parũ ante 3. principale.

B

Quid est, & quia est, duplex.

Sed circa ista sunt aliqua partua dubia. Primum est: quid est præcognoscere, quia est dignitatis. Ad quòd dicitur, quòd quia est dignitatis nihil aliud est, quàm cognitio adhæsiua maioris, & minoris alicuius demonstrationis tanquàm veræ, & necessariæ. Secundum dubium, vtrum de dignitate possit præsupponi quid est. Respondetur, quòd de dignitate potest præsupponi quid nominis. i. quid per dignitatem, significatur: sed non quid rei. Vnde præcognitio quid nominis dignitatis: non est aliud quam noticia, per quam ego cognosco quid dignitates significent: vt noticia, per quam ego cognosco quid significet, omne animal rationale est risibile, vocaretur præcognitio quid nominis dignitatis.

C

Aduerte tamen, quòd dignitas potest capi dupliciter: vno modo strictè: & proprie: & sic prima principia vocantur dignitates: & sic non capitur, hic. Aliomodo capitur large: & sic dignitates vocantur præmissæ syllogismi demonstratiui: & sic capitur hic. Tertium dubium: quid est præcognoscere, quid est subiecti, & quia est subiecti. Dico, quòd quid est subiecti est duplex, scilicet quid rei, & quid nominis: quid rei est noticia per quam ego cognosco diffinitionem illius subiecti. Sed quid nominis est noticia per quam ego cognosco quid significetur per nomen subiecti: sed quia est subiecti est noticia per quam ego assentio isti propositioni, subiectum natum est esse, vel possibile est esse sic, quòd non implicet contradictionem: nam si implicaret contradictionem, tunc verissime est nihil, & sibi repugnat esse in intellectu, & extra. & per hoc soluitur argumentum de secundis intentionibus. Aduerte tamen, quod aliquando, quia est non

Dignitas dupliciter

H

Sco. li. 4. di. 3. q. 1.

A lis: Omnis doctrina, & omnis disciplina intellectiua fit ex præexistenti cognitione, scilicet præmissarum: & hoc satis probabatum est in quæstione. Ad rationes aute oppositum. Ad primam dicendum est, quòd deueniendum est ad notitiam sensitiuam exteriorem, quæ non præsupponit aliam notitiam.

Ad secundam dicitur, quòd non est simile de intellectu, & de sensu: nam in cognoscendo intellectus præsupponit sensum & non è contra: & vnde hoc veniat, videbitur in libris de Anima. Ad tertiam dicitur, quòd illa propositio ex, propriè non dicit circunstantiam alicuius causæ respectu notitiæ intellectiuæ: quia notitia intellectiua non causatur ex notitia sensitiua: licet benè præsupponat eam: dico tamen hoc quòd ly

B ex, in propositione Arist. in qua dicitur, omnis doctrina &c. dicit circunstantiam causæ efficientis. Nam notitia conclusionis causatur partialiter à notitiis præmissarum. Ad quartam negatur, quòd vna notitia incomplexa non possit causari ex alia: negatur etiam, quòd notitia non possit causari, nisi per discursum, vt videbitur in primo Physic. Ad quintam patet solutio ex dictis.

Te.cõ.7. & inde. SCIRE autem opinamur vnumquodque simpliciter (sed non sophistico modo, quod est secundum accidens) cum causam arbitramur cognoscere propter quã res est, & quoniam illius est causa, & non est contingere hoc aliter se habere. C

ISTA est pars executiua huius libri, quæ diuiditur in tres tractatus. In primo, determinat de demonstratione: & diuiditur in duodecim capitula. In primo determinat de scire, dicens: Scire autẽ vnumquodq; opinamur simpliciter, & non sophistico modo, cum causam arbitramur cognoscere, propter quam res est, & quoniam illius est causa: & non est contingere hoc aliter se habere: quam diffinitionem probat: quia tam scientes, quàm ignorantes vtuntur aliquo modo scire: & non nisi isto modo, quia scientes, & non scientes non credunt se aliquid scire, nisi causam cognoscant: & cum causam cognoscunt, credunt se aliquid scire. D Scire quid.

Secunda diffinitio scire: scire est per demonstrationem intelligere. In secunda parte ponit duas diffinitiones demonstrationis. Quarum prima dicitur formalis sumpta à fine, & est hęc. Demonstratio est syllogismus apodicticus, idest syllogismus faciens scire. Secunda diffinitio est materialis. Demonstratio est syllogismus procedẽs ex primis, veris, ĩmediatis: prioribus notioribus, causisque conclusionis. Et dicit, quòd prædictæ particulæ non conueniunt syllogismo demonstratiuo inquantum syllogismus est: sed inquantum est demonstratiuus. Et quòd procedat ex veris probat, quia conclusio vera non scitur, nisi ex veris: sed conclusio demonstrationis est vera: ergo Demonstratio quid.

E non scitur nisi ex veris. Minorem probat: quia quod non est, idest quod non est verum non contingit scire. Et quòd procedat ex primis, idest ex indemonstrabilibus probat: quia cõclusio non scitur, nisi per demonstrationem: vel ergo præmissæ illius conclusionis sunt in demonstrabiles, vel non: si primum, habetur intentum, si non sequitur processus in infinitum. Quod procedat ex causis, & immediatis probat: quia idem est primum, & immediatum: sed procedit ex primis: igitur de causis prioribus notioribus: probat per diffinitionem scire. Et subdit, quòd aliqua dicuntur notiora dupliciter. Vnomodo simpliciter, alio modo, quo ad nos, quæ sunt pro p̃i̇̃mora sensui, cuiusmodi sunt singularia. Sed illa sunt notiora simpliciter, quæ sunt remotiora à sensu, cuiusmodi sunt vniuersalia. Ex quo infert, quòd vniuersale, & singulare opponuntur ad inuicem. In tertia parte diffinit quædam principia materialia demonstrationis, & p̃imo ponit octo diffinitiones. Quarum prima est, propositio immediata est, qua non est altera prior, idest, carens medio, per quod possit ostendi. Secunda, propositio est altera pars ẽnunciationis enuncians vnum de vno. Tertia, propositio dialectica est propositio indifferenter capiens vtranque partem contradictionis: hoc est ambæ partes contradictionis sunt propositiones dialecticæ, dummodo non sint impossibiles. Quarta, propositio demonstratiua est quæ capit tantum vnam partem contradictionis, scilicet veram.

Notiora duplex. F

Propositio immediata quid.

Quinta, enunciatio est, quæ capit quamlibet partem contradictionis, idest, quælibet pars contradictionis est enunciatio, siue sit possibilis, siue impossibilis. Sexta, contradictio est oppositio, cuius secundum se non est dare medium. Septima, affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo. Octaua, negatio est enunciatio alicuius ab aliquo. G

Deinde diuidit propositionem immediatam in positionem, & dignitatem. Positio est propositio, quam non contingit demonstrare saltem in illa scientia, in qua est positio, & non est necesse quemlibet edocendum eam habere. Dignitas est propositio, quam non contingit demonstrare: & est necesse quemlibet edocendum eam habere. Deinde diuidit positionem: dicens, quòd positionum quædam est suppositio, & quædam est diffinitio. Suppositio est enunciatio enuncians aliquid de aliquo affirmando, vel negando. Sed diffinitio non affirmat, neque negat aliquid de aliquo. In quarta parte infert tria corollaria. Primum, in omni demonstratione principia sunt magis nota, quàm conclusio: quia propter vnumquodque tale, & illud magis: sed conclusio scitur propter principia: ergo principia sunt magis nota. Secundum corollarium est: necesse est magis credere permisis, quàm conclusioni: quia necesse est magis scire principia, quàm conclusionem. Tertium corollarium: nihil debet esse magis notum capienti scientiam per demonstrationem, quàm opposita principiorum esse falsa: quia qui

H *Positio quid, & quotuplex.*

A qui dubitat de falsitate vnius oppositorum, debet dubitare de veritate alterius: sed nullus debet dubitare de veritate principiorum: igitur nullus debet dubitare de falsitate suorū oppositorū.

Text.cō. 18. & in de. QVIBVSDAM autem propter id, quod oportet prima scire non videtur scientia esse.

Errores antiquorum circa scientiam. ISTVD est secundum capitulum, in quo ponit duos errores antiquorum. Primus est principiorum est scientia. Secundus error est, quòd principiorum est scientia per demonstrationem. Ratio primi erroris fuit: quia si sciatur aliqua conclusio, oportet, quòd sciatur per aliqua principia: & sic oportet ista principia esse scita, aut esset processus in infinitum:
B quod non est dicendum. Ratio secundi erroris fuit, quia sicut conclusio scitur per principia, ita principia per conclusionem.

Deinde reprobat dictos errores ponendo duas conclusiones. Quarum prima est, aliqua sciuntur sine demonstratione: quia primorum principiorum demonstrationis non est demonstratio: & tamen ipsa sciuntur sine demonstratione. Principia enim cognoscimus in quantum terminos cognoscimus. Secunda conclusio, impossibile est demonstrare circulariter, quod probat tribus rationibus. Prima, quia demonstratio procedit ex notioribus: sed impossibile est aliquid esse prius, & notius seipso: quod tamen contingeret si demonstraretur circulariter. Secunda ratio, in demonstratione circulari fit regressus super alterum principiorum: sed conclusio non habet vim demonstrandi, nisi secundum quod est demonstrata per tale principium: igitur tale principium æquiualenter demonstraretur per se ipsum, quod est impossibile. Tertia ratio, demonstratio circularis non habet fieri, nisi in his, quæ conuertuntur, vt dictum est in secundo Priorum: *cap.3.*
sed talia sunt pauca, & propter talia non est fienda demonstratio. Ex quo passu elicitur hæc auctoritas: propter pauca non est ponendum vnum genus demonstrationis. *Auctoritas.* Finaliter remouet vnum dubium, quoniam dictum est, quòd demonstratio circularis fit in terminis conuertibilibus, crederet aliquis,
D quòd ex vno posset sequi conclusio; hoc remouet, dicens: quòd ex vno nihil sequitur supple syllogisticè.

Vtrum scire, & demonstrationis diffinitiones sufficienter assignentur.

QVAERITVR, Vtrum diffinitiones scire, & demonstrationis sint à Philosopho sufficienter assignatæ. Arguitur primo, quòd non: quia si sic sequeretur, quòd demonstratio, quia est, faceret scire: sed consequens est falsum: igitur. Minor patet, quia omnis demonstratio est syllogismus faciens scire: sed demonstratio est demonstratio: ergo facit scire. Secundo sic arguitur.

A quid ex propositionibus per accidens, vt sic arguendo: ædificator ædificat, ædificator est albus: ergo album ædificat: Et ad illud. reducitur scire sophisticum, quòd est scire conclusionem syllogismi sophistici: vt sic arguendo. ędificator per se ædificat. ædificator est albus: ergo album per se ædificat, & istud scire sophisticum non est scire.

Quo demonstratio facit scire.

: SECVNDO sciendum, quòd quando dicitur, quòd demonstratio facit scire: ibi capitur demonstratio pro præmissis tantum, & non pro aggregato ex præmissis ex conclusione: quia sic non facit scire. Supponitur secundo, quòd prima diffinitio demonstrationis datur tam demonstratione propter quid, quàm quia est. Et dicitur formalis, non quia detur per causam formalem, vel per formam syllogismi B demonstratiui, quæ sunt modus, & figura: sed quia datur per finem qui reducitur ad causam formalem: vnde facere scire dicitur finis demonstrationis: Sed secunda diffinitio datur solum de demõstratione propter quid: & dicitur materialis: quia datur per illa, quæ sequuntur materiam, scilicet præmissas, & terminos: sicut est veritas, immediatio, & necessitas. Supponitur tertio, quòd in qualibet demonstratione duplicia sunt principia: quædam sunt incomplexa, & sic sunt subiectum eius, diffinitio eius, & eius passio: sed principia complexa sunt præmissę constitutę ex illis terminis, & illa vocantur etiam principia in aliqua scientia: ita, quòd cum quæritur, de principijs scientię quæritur de illis incomplexis, vel complexis. Supponitur quarto, quòd demonstrationem procedere ex causis potest intelligi dupliciter: vno modo: quia procedit ex præmissis, quarum noticia est causa noticiæ conclusionis: & sic quęlibet demonstratio dicitur procedere ex causis. Et sic proprie intelligitur illud dictum in quo dicitur, quòd pręmissę sunt causa conclusionis, & sic quęlibet demonstratio dicitur procedere ex causis. Et sic proprie intelligitur illud dictum in quo dicitur, quòd præmissę sunt causa conclusionis, idest noticia præmissarum est causa noticiæ conclusionis. Aliomodo dicitur procedere ex causis: quia procedit ex præmissis, vel medio, quorum res significatę sunt causa rerum significatorum per conclusionem. Et sic sola demonstratio propter quid dicitur procedere per causas.

Principia duplex.

An de non ente sit scientia.

D

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquę difficultates. Prima; vtrum non ens seu quod non est, possit sciri. Pro cuius declaratione supponitur primo, quòd aliqua dicuntur dupliciter primo nota. Vnomodo naturæ, aliomodo nobis. Vnde illa sunt primo nota naturæ quæ sunt priora inesse: cuiusmodi sunt causæ quæ prius sunt in esse suis effectibus. Et illa sunt nobis primo nota quæ sunt magis sensibilia, vel facilius deducibilia ex sensibilibus. Ex quo sequitur, quòd aliqua possunt esse prius nota naturæ, & nobis vt quando causæ sunt sensibiliores suis effectibus: Supponi-

E tur secundo, quòd demonstratio est duplex, scilicet, propter quid, & quia. Vnde demonstratio propter quid est cuius *Demõstratio duplex.* præmissæ, vel medium exprimunt causam rerum significatarum per conclusionem. Sed demonstratio quia est: est cuius præmissæ, vel medium ex primunt effectum, vel causam remotam rerum significatarũ per conclusionem. Et si quis arguat: omnis demonstratio debet procedere ex notioribus nobis: sed demonstratio propter quid non procedit ex notioribus nobis: quia procedit per causam, modo causæ sunt nobis minus notæ, quàm effectus. Respondetur quòd effectus sunt nobis primo noti quo ad quia est, seu quo ad esse: vnde primo cognoscimus F effectum esse quàm causam, & inde venimus ad cognitionẽ causæ. Aliomodo quantum ad propter quid: & sic causæ sunt prius notæ, etiam quo ad nos: quia non possumus scire propter quid de effectu, nisi per causam. Supponunt tamen aliqui, quòd illa propositio est simpliciter prior, cuius prædicatum dicitur immediatori modo de subiecto: vt ista est simpliciter prior, homo est risibilis, quàm ista, Petrus est risibilis. Vlterius supponitur, quòd cum dicit Aristot. in tex. quod non est, non cõtingit sciri: per non est, non intellexit non ens: sed intellexit propositionem falsam, ita quòd est sensus, quod non est verum, non contingit sciri.

QVARTO sciendum, quòd circa demonstrationem propter quid, sunt duo modi dicendi. Dicunt alqui, quòd ad hoc, quòd G aliqua demõstratio dicatur propter quid, requiritur, quòd in vna præmissarum, & conclusione ponatur terminus causalis importans causam ita essendi, sicut per conclusionem significatur. Et sic debet fieri, omne animal rationale est risibile propter animã rationalem: sed omnis homo est animal rationale. ergo omnis homo est risibilis propter animam rationalem: quia nisi fieret isto modo, posset quis ignorare, vtrum mediũ, vel præmissæ sint causa rerum significatarum per conclusionẽ. *Demonstrationes propter quid quæ requiruntur.* Alius est modus dicendi, qui videtur esse conformis Aristot. dicens, quòd ad hoc, quòd demonstratio dicatur propter quid, non requiritur talis expressio: sed sufficit, quòd significatum H per medium sit causa ita essendi, sicut per conclusionem significatur: & quòd ipse intellectus hoc percipiat, videlicet quòd intellectus se reflectat supra significatum per medium, & ipsum comparet ad sic esse, sicut per conclusionem significatur tanquàm ad suum effectum: vt omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Aduerte tamen, quòd talis demonstratio non formaliter, & manifestè, & virtute propria facit scire propter quid: sed solum virtute intellectus reflectentis se supra significatum ipsius medij: comparando ipsum ad significatum conclusionis: videtur tamen, quòd primus modus sit multum vtilis: dicendo ad Arist. quòd nolebat intelligere

A gere ꝙ tales demõstrationes essent simpliciter ꝓpter quid, sed cum modica additione: puta addendo terminum causalem in vna præmissa & conclusione. Secunda difficultas; an hæc ꝓpositio quã ponit philosophus in textu, propter vnumquodq; tale & illud, magis sit vera. Ad quam breuiter respondetur, ꝙ ipsa est vera tribus conditionibus obseruatis. Prima: quòd prædicatum in quo fit comparatio conueniat vtrique comparabilium: defectu cuius non sequitur, homo est ebrius propter vinum: ergo vinum est magis ebrium. Secunda condictio est, quòd tale prædicatum suscipiat magis & minus: defectu cuius non sequitur, sortes est homo propter patrem suum: ergo pater suus est magis homo. Tertia, quòd vnum illorum

Propter quod unũquodque, &c.

B quæ comparantur adinuicem, sit causa totalis propter quam illud prędicatum conueniat causato: ideo non sequitur: ferrum est calidum propter ignem: ergo ignis est magis calidus. Quãtum ad secundum artic.

Art. 2.

An sit necesse credere magis principiis quàm conclusioni.

Dubitatur primo. Vtrum sit necesse magis credere principiis quàm conclusioni. Pro cuius declaratione supponitur primo, quòd ibi ly necesse non dicit necessitatem absolutam sed conditionatam: ita quòd est sensus, si velimus assentire conclusioni per præmissas necesse est magis assentire præmissis, cum oporteat quòd per notitiam ipsarum deueniamus in notitiam conclusionis. Aduerte tamen, quòd aliquando magis assentimus conclusioni quàm præmissis: & hoc

C est, quando conclusio est demonstrata pluribus demonstrationibus potentibus generare scientiam cõclusionis, cum qualibet earum sit euidens & clara, tunc possibile est magis assentire cõclusioni quàm principiis saltem vnius demonstrationis: tamen quando conclusio scitur solum per vnam demonstrationem, necesse est magis assentire præmissis quàm conclusioni. Aduerte tamen: quòd talis propositio, videtur esse impropria: cum notitia præmissarum, & conclusionis non sunt eiusdem speciei. Sed restat alia difficultas: vtrum omnis demonstratio faciat scire. Et videtur quòd non: quia si quis faciat demonstrationem non aduertendo ad eam: illa non faciet scire. Respondetur, quòd demonstratio facit scire: dummodo intellectus aduertat ad eam. Et si quis arguat iterum, quòd non: quia

An demõstratio faciat scire.

D volo, quòd vna & eadem conclusio possit demonstrari per duas demonstrationes: vnam claram & euidentem, quæ generet intensam scientiam de conclusione: & alia non sit ita clara & euidens; tunc illa secunda non generabit scientiam, neque intendet eam, licet forte conseruabit eam: quia prima demonstratio continet totam euidentiam illius secundæ demonstrationis. Respondetur vno modo, quòd omnis scientia generat scientiam, dummodo non fuerit prius genita: Vel potest dici aliter, quòd licet actu non generet scientiam, tamen est in potentia ad generandum: ideo potest dic;

E set dici, ꝙ actu non est demonstratio sed solum in potentia. Si quis iterum arguat: aliquis potest credere processum demonstratiuum esse dialecticum: quo facto talis processus nõ facit scire sed magis opinari. Respondetur ꝙ quando dicitur, ꝙ omnis processus demonstratiuus facit scire: debet intelligi dummodo apprehendatur tanquam processus demonstratiuus. sicut diceretur de processu dialectico, quem non est necesse generare opinionem & scientiam. Et hoc est quando talis processus apprehendit tanquã sophisticus.

Dignitas et suppos. an bene definan. DVBITATVR secundo vtrum diffinitiones dignitatis & suppositionis sint a philosopho sufficienter assignatæ. Pro cuius solutione supponitur pri- F mo, quòd propositio immediata est duplex; quædam est per se nota, alia est non per se nota. *Sco. li. 1. d. 1. q. 2.* Propositio per se nota, est propositio quæ ex propriis terminis qui sunt aliquid eius, & non per aliquid aliud quod est ex proprijs terminis habet euidentem veritatem. Ex quo sequitur quòd non dicitur per se nota; sic, quòd ly per se excludat noticiam simplicẽ terminorum: quia nulla propositio est quæ possit cognosci non cognitis terminis: dicit enim Aristo. in textu principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus: sed dicitur per se nota prout ly per se excludit noticiã quæ est extra per se conceptum terminorum. Sequitur secundo quòd non dicitur per se nota eo quòd semper actualiter sit nota: sed quia quantum est ex natura suorum terminorum nata est facere euidentẽ veritatem in quo G cunq; intellectu concipiente terminos. Ex quo sequitur ꝙ si nullus conciperet propositionem per se notam, non minus esset ꝑ se nota. Sed propositio immediata non per se nota, est quæ ex ꝓprijs teris eius non habet euidẽtem veritatem, cuiusmodi sunt propõnes immediatę cõtingentes: vnde ad propõnem immediatam requiruntur duę conditiones. Prima, ꝙ talis propõ sit vera. Secunda, ꝙ eius prædicatũ de nullo prius prædicetur quam de eius subiecto. *Sco. li. 3. d. 7. q. 1.* Ex quo sequitur, ꝙ nulla propositio demonstrabilis demonstratione propter quid est immediata: licet tamen multæ propositiones in quibus passio prędicatur de subiecto sint immediatę: sicut sũt illæ, in quibus prædicantur pas- H siones simplices entis de ente, sicut ens est vnum. Sequitur secũdo, ꝙ oĩs propõ in qua prædicatur passio adæquata de diffinitione subiecti, est immediata: qa de nullo ꝑt prius prędicari. Sed ad propõnem per se notã requirunt tres conditiones. *Proposit. ꝑ se nota condit.* Prima est, ꝙ sit propõ immediata: ex quo sequitur ꝙ nulla propõ demr̃abilis est per se nota. Secũda, ꝙ talis ꝓpositio sit nata habere euidentẽ veritatem ex terminis proprijs: per quod excluduntur propõnes contingentes quæ non sunt notæ alicui sine noticia alicuius extrinseci: puta per experientiam & per sensum. Tertia ꝙ talis propositio sit nata cognosci absq; euidentia notitiæ alicuius extrinseci. Ex quo sequitur, quòd nulla propositio indigens sensu aut experientia ad sui notitiam est per se nota:

Et ii

A Et siquis arguat; quælibet propositio indemonstrabilis est per se nota: sed quælibet propositio immediata est indemonstrabilis: ergo quælibet talis est per se nota. Maior patet: quia si propositio indemonstrabilis esset nota per aliud esset demonstrabilis. Respondetur quod maior est falsa. Et ad probationem dicitur quòd non sequitur, cum possint sciri per sensum aut per exprientiam. Pro solutione dubij supponitur quòd positio dicitur propriè propositio intrans demonstrationem; sed dignitas est propositio indemonstrabilis constituta ex terminis communissimis: cuiusmodi sunt prima principia: vt de quolibet affirmatio & negatio. Supponitur finaliter quòd licet posito diuidatur in suppositionem B & diffinitionem: tamen diffinitio non est positio; ideo est ibi diuisio æquiuoci in æquiuocata.

An detur demõstratio circularis.

DVBITATVR tertio vtrum sit possibile demonstrare circulariter. Pro cuius solutione supponitur primo quòd quatuor modis potest fieri demonstratio circularis. Primo mutãdo demonstrationem propter quid in demonstrationem quia est; vel econtra. hoc est quòd prima demonstratio sit propter quid, & secunda quia est. Secundo fit; quando variantur genera causarum; vt quando vna demonstratio procedit per causam finalem, & altera per aliam causam: vt sic arguendo; omnis syllogismus faciens scire est syllogismus procedens ex primis veris & immediatis prioribus &c. sed demonstratio C est syllogismus faciens scire: ergo demonstratio procedit ex primis veris &c. ista dicitur procedere per causam formalem: sed ista, omnis syllogismus procedens ex primis veris &c. est syllogismus faciens scire: sed demonstratio est huiusmodi: igitur demonstratio facit scire & ista dicitur procedere per causam materialẽ. Tertio modo: quando vna conclusio demonstrationis ostenditur per plures demonstrationes: tunc per ipsam potest ostendi vna præmissa vnius demõstrationis, per quam prius conclusio demonstrabatur. & istis tribus modis non est incõueniens demonstrare circulariter. Quarto modo potest fieri: quaudo manet idem genus demonstrationis & etiam eædem causæ, & conclusio non ostẽditur per plures demonstrationes: & hoc modo non contingit demr̃are circulariter. Sed restat alia difficultas: vtrum scientia sit habitus conclusionis tantum: vel conclusionis & præmissarũ simul. Et videtur quod sic conclusionis & præmissarũ simul: D quia per scientiam propter quid non solum scimus quod ita est, sed ẽt propter quid ita est: sed per conclusionẽ non scitur propter quid: igitur. Secundo, quia per talem demr̃ationem: oẽ animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo oĩs homo est risibilis. assentimus tantũ hominem esse risibilẽ: & sic est demonstratio quia est: vel assentimus hominem esse risibilem propter ipsum esse rationalẽ: & sic erit simul cõclusionis & præmissarum. Ad istas rationes dicitur, quod in conclusione demrationis

An scientia sit habitus conclusionis tantum.

tionis

B tionis propter quid oportet exprimere terminum causalem: vel saltem subintelligi in conclusione. Et aduerte, ꝙ secundum istum modum dicendi, vnius & eiusdem conclusionis non possunt esse plures demonstrationes propter quid, habentes diuersa media, diuersas causas importantia; quia si sint diuersa media, etiam erunt diuersæ conclusiones: cum ille terminus causalis debeat exprimi in conclusione. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertiũ sit.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum. Diffinitiones scire & demonstrationis sunt a philosopho sufficienter assignatæ: vt patet ex dictis. Ad rationes. Ad primam dicitur, quòd prima diffinitio scire solum datur de scire propter quid & potissimo. Ad secundam dici-

F tur: quòd de deo habemus bene scientiam. Et quando dicitur, quòd deus non habet causam. Dico quòd verum est capiendo causam proprie, sed capiendo causam large pro medio exprimente aliquam diffinitionem: sic bene habet causam. Ad tertiã dicitur, quòd effectus sunt nobis prius noti quam causæ, quantum ad quia est: sed causæ sunt nobis prius notæ quantum ad propter quid est: Et etiã dico ꝙ causæ quo ad quia est sunt prius notæ quam effectus quo ad ꝑpter quid. Ad quartam dicitur negãdo antecedẽs. Et ad primam probationem dicitur ꝙ licet scire sit causa finalis demostrationis, tamen est effectus eius in genere causæ efficientis. Dicitur vlterius, ꝙ licet scientia causetur ab intellectu & obiecto: non tamen propter G hoc sequitur quin a præmissis causetur. Ad quintam dicitur negando antecedens: & ad ꝓbationem dicitur, ꝙ diffinitiones demonstrationis dantur de demonstratione ostensiua.

QVONIAM autem impossibile est aliter se habere cuius est scientia simpliciter. *Tex. com ment. 28. & inde.*

ISTVD est tertium capitulum huius tract. in quo philosophus probat demonstrationem ꝓcedere ex necessarijs: qui omnis sillogismus faciens scire procedit ex principijs necessarijs: sed omnis sillogismus demonstratiuus facit scire; ergo procedit ex necessarijs. Maior patet: quia omnis syllogismus faciens scire facit scire conclusionẽ necessariam: sed conclusio necessaria non scitur nisi per principia necessaria: igitur. Consequenter diffinit de omni dicens: De omni quidem dico, quod vtiq; inest nõ in quodã qdem sic, nec in quodã qdem non, nec aliqñ q dẽ sic, nec aliqñ quidẽ non, sed de oĩ & semper: vt hõ est aĩal, in omni linea est punctus. Hoc declarat a signo: quia nos nõ ferimus instantias contra demonstratorẽ, nisi sumat aliq̃ propõnem in qua prædicatum conueniat alicui supposito subiecti & alicui non. Cõsequenter ponit modos per se: dicens, ꝙ quatuor sunt modi per se. Primus quando prædicatũ est de ratione subiecti: vt linea ꝑ se inest triangulo & pũctus lineæ, q̃a substantia eorũ ex his est. i. in diffinitione substãtiali triãguli ponit lineas & in diffinitione lineæ punctus. Secundus modus per se est qñ pro-

Demõst. est ex necessarijs.

H

De omni quid.

Quot sũt modi per se.

A propria passio ꝑdicatur de subiecto. Et dat quatuor exempla. Primum est rectum vel circulare respectu lineæ: secundum, par vel impar respectu numeri, tertium est, primum vel compositum respectu numeri, quartum: æquilaterũ vel altera parte longius respectu trianguli: & isti duo modi per se dicuntur modi dicendi. Tertius est: quando illud quod dicitur per se non dicitur de aliquo subiecto per quod existat, cuiusmodi sunt substantiæ primæ: & iste modus dicitur modus essendi per se. Quartus est: quando in subiecto includitur causa vel ratio propter quã prædicatum sibi in est: vt interemptum interijt. Et subdit ꝙ in simpliciter scibilibus .i. in demonstrationibus reperiunt duo modi per se, scilicet primus & B secundus. Subdit etiam, ꝙ quæcunq; per se insunt, necessario insunt: quia quæcunq; per se insunt non contingit non inesse: igitur necessario insunt. Antecedens est notum de his quæ per se primo insunt: sed de his quæ per se secundo insunt patet: quia talia prædicata aut sunt simplicia aut cõposita ex duobus oppositis disiunctim: & vtroq; modo ista necessario insunt: vt lineæ necessario inest rectum vel obliquum. Consequenter diffinit vniuersale dicens, ꝙ vniuersale est quod est de omni de per se & de secundũ ꝙ ipsum .i. conuertibiliter se habens cum subiecto: Secũdam partẽ ꝓbat per exempla: nam punctus ꝑ se inest lineæ & ꝯm ꝙ ipsũ: similiter & rectũ & curuũ insunt ꝑ se lineæ & ꝯm ꝙ ipsum. Et subdit, ꝑ se, & ꝯm ꝙ ipsum idẽ sunt; sed

Quid est vniuersale.

non conuertibiliter: quia in plus se habet de ꝑ se ꝙ̃ ꝯm ꝙ ipsum. C

Tex. comment. 38. & inde.

OPORTET autem non latere, quoniam multotiens cõtingit peccare, & non esse vniuersale.

ISTVD est quartum capitulum, in quo remouet tres errores incidẽtes circa assignationẽ vniuersalis. Primus error est: quando sub aliquo superiori nõ possumus inuenire nisi vnũ singulare: si illi singulari assigneẽ passio superioris tanquam subiecto adæquato est error: vt si habere tres assignaretur per se adæquatè primo isoscheli est error. Secundus error est: quando aliqua passio inest pluribus differentibus specie, quorum superiori non est nomen impositum: si contingat demonstrare illam passionem superioris de D aliquo illorum tanquam de subiecto primo est error: vt commutatim proportionari inest numeris, lineis, corporibus & tẽporibus: & illa non habent superius nominatum, de quo huiusmodi passio primo possit demõstrari; ideo si de vno illorum demonstretur, est error. Tertius error contingit; si passio inferioris demonstretur de superioris tanquã de suo primo subiecto; vt si non cõcurrere quod est passio linearum parallelarum, demonstretur de lineis rectis tanquã de subiecto primo error est. Finaliter ponit duo documenta ad debite assignandum vniuersale. Primum: si aliqua duo subiecta sint penitus idẽ; tunc si aliqua passio demonstretur de vno tanq̃ de subiecto primo, & ꝑt demõstrari de alio

Quæ erratur circa vniuersale.

B tāq̄ de ſubiecto pri⁹. Scđm documentū: ſi aliqua paſsio inſit pluribus ſubiectis: & velimus ſcire cui illorū ineſt tanq̄ ſubiecto primo, vidēdū eſt quo illorū poſito ponat paſsio: & quo remoto, ipſa remouet: quia tunc illud eſt ſubiectū: vt iſtis tribus, figuræ: triangulo, & iſoſcheli, ineſt hæc paſsio habere tres: q̄ ponitur poſito triangulo: & remouet ipſo remoto: ideo triāgulus eſt eius primum ſubiectum.

Vtrum diffinitiones de omni, & vniuerſalis & modorum per ſe bene aſsignentur.

QVAERITVR Vtrū diffinitiones de oī vniuerſalis & modorū p ſe cōueniēter aſsignent in textu. Argr primo q nō: qa diffō de oī non cōuenit oī cōtento ſub diffinito: qa iſta eſt de oī oīs hō currit, cū ſit vniuerſalis: & tñ ſibi nō conuenit diffinitio, cū pdicatū non inſit cuilibet ſuppoſito ſubiecti. Etiā iſtę sūt de oī hō eſt aīal, hō eſt riſibilis: & tñ non conuenit ipſis diffinitio de oī: cū non ſint vniuerſales. Secundo ſic: Nō ſunt quatuor modi p ſe: ergo malè aſsignant quatuor in textu. Aīs patet: quia tm̄ ſunt tres modi p accñs: ergo tm̄ ſunt tres modi per ſe, cū per ſe, & per accñs opponātur. Tertio ſic: Per ſe & ſm q ipſum idē ſunt: ſed non ſunt quatuor modi ſm q ipſum: ergo nō ſunt quatuor per ſe. Quarto ſic: Diffō vniuerſalis nō conuenit oī cōtēto ſub diffinito: qa hæc eſt vniuerſalis, oīs hō eſt aīal: & tñ nō eſt ſm q ipſum: igr. Quinto ſic: Rectū & curuū eſt quoddā vniuerſale reſpectu lineæ: & tñ non ineſt ſibi ſm q ipſum: igit. Antecedens patet: quia ineſſe ſecundum q ipſum idem eſt, q ineſſe adæquatè, ſed rectum & curuum non ineſt adæquatè lineæ: quia nulla linea eſt recta, & curua: igitur. In oppoſitū arguitur per philoſophū in tex. In quęſtione erunt tres articul. Quantum ad primum. *Art. 1.*

PRIMO ſciendum, quòd pro declaratione huiuſmodi diffinitionum ſupponitur primo, q duplex eſt de omni. ſ. prioriſticum & poſterioriſticū. Vnde de omni prioriſticum eſt quādo pdicatū denotatur dici de quocunq; dr ſubiectum. Ex quo ſequitur, quòd dr̄ia eſt inter de omni prioriſticum & propōnem vniuerſalem: de quo ſatis viſum eſt in primo priorum. Sed de omni poſterioriſticum eſt quando pdicatum conuenit cuilibet cōtēto ſub ſubiecto p qualibet dr̄ia temporis, ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter: vt hō eſt aīal, hō eſt riſibilis, & iſtud eſt de quo determinatur in textu, & nō de omni prioriſtico. Sed reſtat dubiū Vtrum iſta ſit de omni: omnis eclypſis lunæ eſt ppter diametralem interpoſitionē terræ inter ſolem & lunam: & vtrū ſit de omni poſterioriſtico. Et vī q non: quia prædicatum nō conuenit ſubiecto pro qualibet differentia temporis: igitur. In oppoſitū arguitur: quia eſt propoſitio affirmatiua q̄ demonſtratur: igitur. Reſpondetur q talis propoſitio ſm eius propriū ſenſum non eſt demonſtrabilis nec de omni poſterioriſtico; ſed iſta conditionalis, vel temporalis eſt bene demonſtrabilis, qñ luna eclypſatur, luna eclypſat, ſi luna

(Margin notes: F; G; H; *De omni quotuplex.*; *Dubitatio.*)

A si luna eclypsatur, luna eclypsatur. Similiter dicatur de ista; omnis luna eclypsatur; nisi forte diceretur quòd ibi illud verbum est absoluitur à connotatione temporis.

SECVNDO sciendum quòd pro declaratione modorū dicendi per se: Supponitur, ꝙ modus dicendi per se non est aliud q̃ prædicatum propositionis per se veræ: vel quidam modus prædicandi specialis alicuius ꝓdicati de aliquo subiecto. Quod patet; quia idem est modus dicendi per se & modus prędicandi per se. Ex quo sequitur, quòd qñ dr̄ aliq̃ propositionem esse in aliquo modo dicendi ꝑ se: ibi ly in capitur pro de; ita ꝙ est sensus; propositio est de aliquo modo dicendi per se .i. prædicandi. Supponitur secūdo,

Mod⁹ dicendi per se quid.

B ꝙ primus modus dicendi per se est quando prædicatum est de diffinitione quidditatiua subiecti, siue prædicetur in recto siue in obliquo siue sit causa efficiens materialis formalis aut finalis; vel quando superius prædicat̄ de inferiori; vnde de isto modo dicendi per se sunt omnes propositiones, in quibus tota diffinitio vel pars diffinitionis ꝓdicat̄ de diffinito. Etiā oēs propōnes in quibus superius ꝓdicat̄ de inferiori. Et aduerte, ꝙ propō de aliquo mō dicendi ꝑ se non debet conuerti in propō nem de modo dicendi per se; iō nō oportet ꝙ si ista sit de per se, est homo animal ꝙ ista sit de per se animal est homo; ideo ista homo est per se animal conuertitur in istam. animal est homo, & non in istam, animal est per se homo. Supponitur

C tertio; quòd secundus modus dicendi per se, est quando propria passio prædicatur de suo subiecto vel de aliquo contento sub eo; vt homo est risibilis, Petrus est risibilis; vnde omnis propositio in qua propria passio prædicatur de suo subiecto adequato vel de aliquo eius inferiori est de isto modo dicendi per se. Dicunt etiam aliqui quòd propositio in qua prædicatur passio de superiori sumpto particulariter, est in isto secūdo modo; vt animal est risibile: quod tamen non videtur verum: cum omnis talis non sit de omni posterioristico; nisi diceretur ꝙ propositio per se non præsupponit propositionem de omni. Et isti duo modi vocantur modi dicendi. Supponitur quarto; quòd omne quòd habet esse per se; sic quòd non in

D alio sicut accidens in subiecto vel superius in suo inferiori est per se tertio modo; sicut sunt primæ substantię; vnde iste tertius modus vocatur modus essendi & non modus dicendi. Ex quo sequitur, quòd non oportet quærere aliquam propositionem de isto tertio modo per se; quia sola incomplexa cuiusmodi sunt primæ substantię sunt in isto modo per se. Supponitur quinto; ꝙ quartus modus dicendi per se qui proprie dicitur modus causandi, est quando subiectum est causa vel includit rationem quare ꝓdicatū sibi inest: vt voluntas vult, florens floret, loquēs loquitur, interemptum interijt. Sed modi per accidens sunt tres. Primus; quando prædicatur accidens de subiecto. Secundus est

quan-

E quando prædicatur subiectum de accidente. Tertius quando prædicatur accidens de accidente: vt album est dulce.

Chimera est chimera, an sit per se.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquæ difficultates. Quarum prima est: vtrum ista sit per se chimera est chimera, vacuum est vacuum. Et videtur quòd sic: nã omnis propositio videtur esse per se quæ est necessaria, & quæ infert seu ex qua fit bona consequentia; sed ex talibus propositionibus fiunt bonæ consequẽtiæ & propositiones necessariæ: nam ex terminis huius chimera est chimera fit ista consequentia, si chimera est, chimera ẽ chimera: etiã si vacuũ est, vacuum est vacuum. Pro solutione huius supponitur, ꝙ propositio ꝑ se est propositio directa habens ex significatione terminorum, quòd non possit esse falsa: & sic

F Propõ ꝑ se quid.

se habens quòd qualitercunque per suum cõtradictorium significatur impossibile est ita esse. Et dicitur notanter directa t qa nulla propositio in directa est in aliquo modo dicendi per se: ideo licet ista homo est animal sit in primo modo dicendi per se, non tamen ista animal est homo. Dr̃ notanter habens ex significatione terminorum &c. ad remouendum propositiones contingentes, quæ non habent ex significatione terminorum, quòd non possint esse falsæ. Remouentur etiam istæ propositiones, chimera est chimera, vacuũ est vacuum: quæ ex significatione terminorum non determinant sibi quòd non possint esse falsæ: licet ex earum terminis fiant bene consequentiæ necessariæ. Dr̃ notanter sic se hñs &c. G ad remouendum istam propositionem, aliqua ꝑpositio est particularis: quæ licet ex significatione terminorum determinet sibi quòd non possit esse falsa: tamen non est per se, cum possibile sit ita esse sicut per contradictorium eius significatur puta per istam, nulla propositio est particularis, quę est eius contradictoria. Ex omnibus istis patet, quòd istę non sunt per se, corpus est coloratum, homo est coloratus, neq; necessariæ: immo merè contingentes, & possunt esse falsæ: licet prædicatum pro aliqua differentia temporis conueniat cuilibet contento sub diffinito.

An ꝑpõ, in qua ꝑdicatur passio de subiecto, sit immediata.

QVARTO sciendum quòd secunda difficultas est talis; vtrũ propositio in qua prædicatur H passio de subiecto, sit immediata. Et videtur quòd sic, quia prædicatum de nullo alio prius dr̃ quàm de subiecto adæquato. Respondetur quòd licet talis propositio sit immediata immediatione subiecti: non tamen est immediata immediatione causæ, neq; immediatione euidentiæ; immo ista est euidentior, omne animal rationale est risibile. Aduerte tamen ꝙ subiectum potest dici primũ respectu passionis dupliciter. Vnomodo primitate ꝑfectionis: & sic dico ꝙ illud est subiectum primũ; quod est perfectius inter illa subiecta quibus inest passio; quemadmodum diceretur ꝙ homo esset subiectum primum respectu sensibilis: quia est perfectus inter omnia illa, quibus conuenit illa passio. Aliomodo dicitur subiectum primum primitate adęqua-

A adæquationis: & est illud cũ quo conuertitur passio; quemadmodum animal respectu huius passionis sensibile: & homo respectu huius passionis risibile. Tertia difficultas: vtrum non concurrere sit passio omnium linearum rectarum. Respondetur ꝙ non, sed est passio linearũ paralellarum: & non quarumcunq; linearum rectarum. Vnde propriȩ lineȩ paralellæ sunt, quibus sup veniens linea recta facit triãgulũ. Quãtũ ad ſm art.

Arti. 2.

Dubium de pdicatione superioris differentia.

DVBITATVR primo. Vtrũ dr̃ia supior pdicet̃ p se de dr̃ia inferiori: & vtrũ dr̃ia per se includat genus. i. vtrum ista sit p se, rõnale est aĩal. Pro cuius solutione supponitur, ꝙ isti termini rõnale, sensibile, & alij termini dr̃iarum sunt termini essentiales. Vnde termini essentiales sũt

B q̃ vltra illud, pro quo supponũt nihil connotant extrinsecè per modum adiacentis, vel nõ adiacentis. Dr̃ notanter extrinsecè: quia intrinsecè bene pñt cõnotare. Supponit̃ secundo, ꝙ isti termini de rigore sermonis supponunt ꝓ suppositis. Quod patet: quia terminus dr̃ supponere pro illo, quod dat primo intelligere: seu pro illo quod primo cognoscimus: sed tales termini dãt primo intelligere suppositũ: nã qñ dr̃ rationale est sensibile: intellectus immediatè intelligit, ꝙ hñs rationem est sensibile: & sic diceretur ꝙ ista esset per se: rõnale est sensibile, & sibi similes. Ex quo sequitur ꝙ tales termini de rigore non supponunt ꝓ suis significatis formalibus: sed pro quibusdam realitatibus: determinantibus realitates illorum, q̃ diuidunt. Vnde rationale de per significato, seu de significato formali significat realitatem, q̃ formaliter non est homo nec aĩal: sed est q̃dam realitas, vel formalitas determinans aĩalitatem: tñ quia intellectus est principale agens in istis proprietatibus logicalibus, potest præcisè accipere illos terminos pro suis per se significatis. f. pro illis realitatib. ita ꝙ rationale supponat ꝓ vna realitate & nõ pro habente ani mam rõnalem, & sic vr̃ moueri dubium. Ad quod breuiter respondetur ꝙ dr̃ia superior non pdicatur p se primo de dr̃ia inferiori, neq; dr̃ia inferior per se includit dr̃iam superiorẽ: vt ista non est per se, rationale est sensibile, sic capiendo terminos: quia de cõceptu simpliciter simplici nihil dr̃ quidditatiuè, sed istæ dr̃iæ important conceptum simpliciter simplicem. i. non resolubilem in alios conceptus: quorũ vnus sit determinãs & alius

D determinabilis. Ad secundam partem respondetur, quòd dr̃ia per se non pdicatur de genere quod diuidit: neq; econtra: vt ista nõ est per se, rationale est aĩal, neq; ista: aĩal est rationale. Et siqs arguat: bene sequitur, omnis hõ per se est aĩal, oĩs homo per se est rationalis: ergo rationale p se est animal: consequentia est formalis & præmissæ sunt veræ: ergo conclusio est vera. Respondetur quòd consequentia nõ est bona: immo committitur fallacia accidentis: non enim oportet quòd si extremitates vniant̃ cũ medio sub aliquo modo speciali prædicandi seu cum aliqua determinatione hoc denotante, quòd extremitates sic vniantur inter se.

E DVBITATVR secundo. Vtrũ omnis propõ in qua prædicatur passio de subiecto sit demonstrabilis. Et videtur ꝙ sic; qa oĩs talis est dubitabilis; ergo talis est demrabilis. Pro cuius solutione supponitur ꝙ omnis propositio demrabilis demonstratione propter quid est dubitabilis, & efficitur certa per notitias aliquarũ propõnum. Vnde nota ꝙ intellectus nõ põt assentire propõni dubiæ nisi determinetur per notitias aliarum propõnum inferentiũ talẽ propõnẽ in consequentia formali & euidenti; nam licet intellectus naturaliter inclinetur ad assentiendum cuilibet vero & dissentiendum cuilibet falso; tamen qtũ est de se non magis determinat ad assentiendum vni propõni q̃ suæ oppositæ; ergo indiget notitia propõnum inferẽtium talẽ

An propõ, ĩ qua passio pdicatur de subiecto, sit demonstrabilis.

F propõnem dubiã in consequentia bona & formali. Et ideo qa propõ demrabilis debet esse dubia, dicit Scot. ꝙ principia prima, q̃ non sunt dubia non põt demrari demonstratione, qa est. Supponitur secundo ꝙ duplices sunt passiones, quædã sunt transcendentes, sicut sunt positiones entis, & istæ sunt duplices: q̃dam sunt simplices, vt vnum, bonum verum: aliæ sunt disiũctæ, sicut contingens, vel necessariũ, causa vel effectus, creatum vel increatũ. Et de oĩbus istis dico, ꝙ oẽs propõnes in quibus pdicantur istæ passiones, tam simplices q̃ disiunctæ de ipso ente sunt immediatę & indemrabiles; vt ista est immediata, ens est creatũ, vel increatum; cuius tñ multi nolentes intelligere Scot. dñt oppositum. Vnde dicit ꝙ passiones cõuertibiles entis immediate dicũtur de ente: qa ens habet conceptum simpliciter simplicẽ, ideo non potest esse medium inter ipsum & suã passionẽ, qa neutrius est diffinitio, quæ possit esse mediũ; nec est dicendũ ꝙ passio prima possit accipi ad demonstrandum alias passiones; quia difficile est videre talem ordinem inter passiones, quia credo quòd nullus talis est, & dato ꝙ essent certæ propositiones compositę ex ipsis, non viderentur multo euidentes q̃ cõclusio. Sed aliqui Scotizantes sumunt pro se illum passum Sco. in. 1. q. prolo. vbi dicit ꝙ medium essentialiter ordinatum; est quando diffinitio est medium vel passio prior. Aliæ sunt passiones limitatæ, & tunc dico quòd propositiones in quibus tales passio-

G nes prædicantur sunt bene demonstrabiles & dubitabiles.

DVBITATVR tertio. Vtrum conclusio demonstrationis possit sciri aliquo modo ante actualem demonstrationem. Et videtur quòd non: quia intellectus non potest assentire alicui propositioni dubiæ nisi per notitiam propositionum per quas potest deduci in consequentia bona & necessaria; vt supra visum est, igitur non possumus scire propositionem demonstrabilem, quæ est propositio dubia nisi per demonstrationem. Respondetur breuiter, quòd conclusio demõstrationis ante actualem demonstrationem potest aliquo modo sciri quo ad quia est: & hoc per experientiam, vel aliquam inductionem, aut per aliquas propositiones probabiles, sed non perfe-

An conclusio possit sciri ante actualẽ demonstrationem.

A perfectè: tamē quo ad propter quid non potest sciri nisi per demonstrationē. Sed quæreret aliquis verū notitia quam quis habet de conclusione demonstrationis ante demōstrationem sit eiusdē spēi cum illa quā quis habet de eadē conclusione per demonstrationem. Et vr̄ φ nō; qa notitia quā quis habet per experientiam de illa conclusione nō vocatur scientia, seu notitia scientifica, sed illa q̄ habetur de illa eadē conclusione per demr̄atione vocat̄ scientifica. Sed in oppositum argr̄: quia notitia q̄ hr̄ de conclusione per demr̄ationē; & q̄ hr̄ de eadem per experientiā non differunt, nisi quia ē diuersis causis producunt̄, sed illud non est sufficiens ad faciendum drīam specificā inter aliq̄ duo: vt patet de calore producto à sole & ab igne qui sunt eiusdem

Dubitatio.

B speciei: & tū producuntur à diuersis causis. Respondetur ergo probabiliter φ tales notitiæ sunt eiusdem speciei: & φ notitia de illa conclusione intendit notitiā quæ habebatur de eadem conclusione prius per experientiā: nec est inconueniens φ vna vocetur scientifica, seu scientia, & alia notitia experimētalis, & nō scientifica, seu scientia: quia forte scientia non connotat vltra notitiam nisi modū habendi, seu acquirendi talis notitiæ, quæ nō est sufficiens facere differentiā essentialem: si tamen diceres φ notitia conclusionis, non solum transit super conclusionem simpliciter, sed super conclusione cum reduplicatione causæ, sic aliud esset dicendum. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

C CONCLVSIO responsalis. Diffinitio de omni & vniuersalis & modorum per se sunt sufficienter positæ in textu, vt patet ex dictis. Ad rationes. Ad primam patet solutio ex dictis: nam ista, omnis homo currit, est bene de omni prioristico, sed ista, homo est animal, est de omni posterioristico. Ad secundam dicitur, quòd modi per se, & modi per accidens non opponuntur, sed magis se habent vt disperata. Ad tertiam dicitur, quòd licet per se & secundum quòd ipsum sunt idem, non tamen sunt idem conuertibiliter. Ad quartam dicitur, quòd ibi non diffinitur vniuersale pro propositione vniuersali, sed magis pro prædicato, quod conuertibiliter se habet cum subiecto, ita φ illa propositio est de vniuersali, in qua prædicatum conuertitur cū subiecto. Ad quintam dicitur, quòd licet rectum non sit passio lineæ, neque curuum: tamen rectum, vel curuum est passio lineæ sub illa disiunctione.

Arti.3.

D

SI igitur est demonstratiua sciētia ex necessarijs principijs; quod enim scitur non potest se habere aliter.

ISTVD EST quintum capitulum, in quo philosophus ostendit φ omnis demonstratio est ex propōnibus per se. Et intendit sēptē conclusiones: Prima est, demonstratio procedit ex propositionibus per se, quia demōstratio est ex necessarijs, sed propositiones per se sunt necessariæ. ergo ꝓcedit ex ꝓpōnibus per se. Maiorē probat dua-

Demonstratio ꝓcedit ex proposit. per se.

B bus rationibus & vno signo. Prima est; quia illud quod demonstratur, puta ipsa conclusio est necessaria: ergo demõstratio est ex necessarijs: quia necessarium non scitur nisi ex necessarijs. Secunda ratio: quia demonstratio procedit ex illis q̃ sunt per se: sed illa q̃ sunt per se insunt per se primo vel secundo modo: & quodlibet illorum est necessarium: igitur. Deinde probat à signo: quia ex illis est demonstratio, propter quorũ defectum ferimus instantiã contra demonstratorẽ: & hoc est q̃n præmissæ nõ sunt necessariæ: igitur. Scd̃a conclusio: necessarium non scit̃ nisi ex necessarijs: probat duabus rationibus. Prima: nullus scit aliquid nisi cognoscat illud propter quod est verum, sed necessarium non est verum ꝓpter

Secund conclusio nu proba tio per rationes.

F medium cõtingens, igitur oportet tale medium esse necessariũ. Secunda ratio: quia si res sit salua. i. scibilis, & tu sis saluus. i. nõ corruptus, & nihil sis oblitus; & illud medium contingẽs fit mutatum, per quod tu sciebas conclusionem: tunc nihil es oblitus, & tamẽ tu nescis illud medium: quia est mutatum; ergo tu non sciuisti illam conclusionem per illud mediũ. Et subdit quòd non impedit si ponatur tale mediũ cõtingens esse falsum; quia possibili posito inesse, nullum sequitur impossibile. Tertia conclusio, q̃uis necessarium non demõstretur nisi ex necessarijs; tamẽ bene syllogizatur ex non necessarijs. Quod probat per simile: quia verum bene syllogizatur ex non veris. Quarta conclusio: ex necessarijs nõ syllogizat̃ nisi necessariũ, sicut ex veris nõ syllogizatur nisi verũ. Quinta G conclusio sic conclusio non sit necessaria ꝑmissæ nõ sunt necessariæ; patet ꝑ cõclusionẽ ꝓcedẽtẽ. Sexta conclusio; conclusio demonstrationis est per se; quia omnis propõ necessaria saltem intrans demonstrationem est per se: sed conclusio demonstrationis est necessaria: igitur. Septima cõclusio: demõstratio est ex propositionibus per se; quia demonstratio est ex propositionibus necessarijs; sed omnes ꝓpositiones necessariæ, quæ supple intrant demonstrationẽ propter quid sunt huiusmodi; igitur Si q̃reret quis quare ergo quæritur de consensu respondentis circa præmissas contingentes, si non potest demonstrari conclusio necessaria per pręmissas contingentes. Respondent per Ari. H ꝙ hoc ideo est; quia si præmissæ concedantur, oportet concedere conclusionem, & non ꝙ conclusio necessaria demonstretur per ipsas. Et sic infert, ꝙ nulla est demr̃atio conclusionis contingentis: cũ possit aliter se habere: nec contingentes erunt demonstrationis medium.

PROPTER ipsum autem oportet & medium tertio & primum medio inesse. *Tex. com men. 56. & inde.*

ISTVD est sextum capitulum, in quo philosophus oñdit demr̃ationẽ ꝓcedere ex vniuersalib⁹, & intẽdit sex cõclusiones. Prima: oĩs demr̃atio est ex vniuersalibus; q̃a omnis demr̃atio ꝑꝑ quid & potissima est ex propõnibus q̃ sunt per se & ẜm ꝙ ipsum: ergo oĩs demr̃atio est ex propõnib⁹ vniuersalib⁹. Scd̃a cõclusio, nõ cõtingit demr̃atorem

A rem descendere de genere in genus, sic ꝙ per principia vnius scientię non potest demonstrari cōclusio alterius scientię. Et dicit ꝙ in demōstratione sunt tria scilicet dignitas, passio, & subiectum. Conclusionem probat: in qualibet demonstratione propter quid extrema debent esse eiusdem generis cū medio: hoc est debent conuerti cum medio: sed impossibile est ꝙ medium vnius scientię conuertatur cum extremis alterius scientiæ: igitur. Ex quo infert duo correlaria. Primum vna scientia nō demonstrat aliquid de subiecto alterius scientiæ: vt geometria non demonstrat ꝙ contrariorum eadem est disciplina per medium proprium eius. Secundū correlariū: vna scientia non demonstrat omnia de suo subie-B cto, quæ sibi insunt: sed solum quæ sibi insunt ꝙ ipsum ꝫm cuiusmodi sunt passiones: vt geometer non demonstrat rectam lineam esse pulcherrimā. Tertia conclusio; necesse est cōclusionē demonstrationis esse perpetuam: quia demonstratio est ex vniuersalibus & necessarijs quæ sunt perpetua; igitur.

Quarta cōclusio; corruptibiliū nō est demr̄atio nec scientia; qa scientia est ex vniuersalibus & necessarijs, q̄ sunt ꝑpetua; igit̄. Ex quo infert̄ vnū correlariū. ꝙ diffinitio nō ē corruptibiliū; qa diffinitio est principiū vel finis demr̄ationis vel tota demr̄atio pōne differens. Et siquis obijciat; illorū quæ aliqn̄ sunt, & aliqn̄ non sunt est scientia; vt de eclypsi lunę; igit̄ non est ex his quæ sunt incorruptibilia. R̄ndet ꝙ quamuis eclypsis lunæ, & similia non semper sint; tn̄ inquātū de ipsis est demr̄atio, semper sunt. Quiuta conclusio; demōstratio propter quid non debet constitui ex principijs communibus; quia vnūquodq; debet demonstrari ex his, quæ faciunt scire secūdum ꝙ ipsum: sed principia communia licet sint vera & indemonstrabilia, non tamen faciunt scire secundū ꝙ ipsum; igitur &c. Sexta cōclusio; nul la scientia habet demr̄are sua principia; quia scientia procedit ex prioribus & notioribus; sed in scientia nihil est prius aut notius suis principijs: igitur. C

Difficile autē est noscere si sciuit aut non, difficile est enim noscere si ex vniuscuiusque. *Tex. com ment. 72. & inde.*

Istvd est sextum capitulum, in quo philosophus ostendit qūo scientiæ speciales vtunt̄ principijs cōibus. Et dicit primo ꝙ demr̄atio nō descēdit de genere in genus: nisi vbi vna est subalternans & altera subalternata; vt arithmeticę subalternatur musica. Et dicit ꝙ difficile est cognoscere, quando aliquid scimus vel non; quia non ex quibuscunq; principijs etiam immediatis contingit scire: sed solū ex principijs proprijs. Vnde propria principia alicuius sciētię sunt propositiones veræ: quas non contingit demonstrare. Ex quo ponit aliquas suppōnes. Prima; principiorū alia sunt propria: & alia sunt cōia. Exemplū de proprijs: vt in geometria linea est longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta; similiter ista; rectum est cuius medium non D *Scientiæ spāles quō vtuntur principijs cōibus.*

E exit ab extremis. Exemplum de communibus; si ab æqualibus æqualia demas quæ remanent sunt æqualia: & est commune geometriæ & arithmeticæ. Secunda suppositio; nulla scientia specialis vtitur principio cōi manente in sua communitate; sed solum vtitur eo contracto p terminos proprios. Primā partem probat, quia principium commune manens in sua communitate est indifferens ad diuersas scientias speciales; igitur vna non potest magis vti eo quam alia. Secundam partem probat: quia si contrahatur per terminos proprios iam appropriatur tali sciētiæ. Vnde in geometria sic contrahitur; si ab æqualibus magnitudinibus &c. ad arithmeticam sic contrahit, si ab æqualibus numeris &c.

F Tertia suppositio, principia propria alicuius scientiæ specialis sunt illa, de quibus præsupponitur quid est & quia est; vt arithmetica præsupponit de vnitate quid est & quia est, & similiter dicatur de alijs scientijs, vt geometria præsupponit quid est & quia est de magnitudine. Ex quo infertur quòd tria sunt in demonstratione de quibus aliqua p̄supponunt scilicet subiectum, passio, & dignitas. Et siqs quærat, vtrum in qualibet sciētia oporteat illa in pricipio narrare seu de ipsis mentionem facere. Respondet philosophus ꝙ non; quia illa aliquando sunt ita nota, ꝙ non oportet de ipsis mentionem facere. Quarta suppositio, dignitas, suppositio & petitio in aliquo conueniunt & in aliquo differunt. Conueniunt in hoc ꝙ sunt propositiones per se veræ: sed differūt, qa dignitas est propō oībus p se nota non ægens aliquo extrinseco, sed sufficit ei ratio quę est in anima, & contra eam non fit instātia, non autem suppositio & petitio; nam dignitas est principiū verū ex se euidens ab oībus cōiter concessum; vt de quolibet affirmatio & negatio, & de nullo ambo simul. Sed suppō est principiū in aliqua scientia, nec ita euidens quin non indigeat aliqua probatione; quia non est ab omnibus concessum. Sed petitio est propō cui neq; addiscēs assentit: neq; contrarium eius opinatur. Deinde ponit dr̄iam inter pōnem, petitionem, & quæstionem. Vnde pō dr̄ suppositio vt est cōcessa ab addiscente, sed dr̄ petitio prout nec est negata, nec concessa ab addiscente, sed dr̄ qō prout est ab eo negata.

Tria sūt in cō demonstratione.

Dignitas Suppō, Petitio, & Diffinitio quō differūt.

H Consequenter ponit tres differētias inter diffinitionem & suppōnem. Prima; quia suppō dicit esse vel non esse: hoc est, est affirmatiua, vel negatiua: diffinitio vero non. Secunda: quia diffinitio non subordinatur conceptui complexo complexione distante, sed bene suppositio. Tertia; quia ex suppositionibus debitè ordinatis infert̄ conclusio sed non ex diffinitionibus. Et siquis dicat, in scientijs aliquando supponuntur falsa: ergo male dicitur qnòd suppositio vera. Antecedens patet: nam geometer aliquando supponit lineam esse bipedalem quæ non est bipedalis. Respondet philosophus quòd geometer nō supponit de linea scripta in pariete quòd sit bipedalis; sed supponit illud de linea, quæ per eam intelligitur.

Conse-

A Consequenter & finaliter infert vnum correlarium contra Platonem: dicens, ꝙ propter demõstrationem non est necesse ponere vniuersalia esse aliquid vnũ extra animam; licet vniuersale sit vnum in multis de multis, vt aliàs visum est.

An demonstratio procedat ex necessarijs, & incorruptibilibus.

QVAERITVR Vtrum demonstratio procedat ex necessarijs & incorruptibilibus. Arguitur primo ꝙ non: quia aliqua demonstratio est ex contingentibus: ergo non quælibet est ex necessarijs. Antecedens probatꝰ: quia quælibet propositio pt non esse; ergo potest non esse vera, & per consequens nulla est necessaria. B Etiam tales propositiones possunt esse falsæ, subiectis pro nullis supponentibus. Secundo sic; Si demrãtio procederet ex necessarijs, sequeretur ꝙ omne scibile esset necessarium & impossibile aliter se habere, sed consequens est falsum: igitur falsitas consequentis patet, quia omnia entia naturalia sunt scibilia, & tamen possunt aliter se habere: igitur. Tertio sic; Si aliquod scibile esset necessarium, vel illud esset vniuersale, vel singulare: non singulare: quia singularia sunt corruptibilia, nec vniuersale: quia vniuersale est corruptibile ad corruptionem suorum singularium. Quarto sic; contingit descendere de genere in genus: ergo male dicit Arist. ꝙ non contingit demonstratorem descendere de genere in genus. Antecedens patet; qa per principia scientiæ superioris C contingit demonstrare passionẽ de subiecto scientiæ inferioris; etiam per principia scientiæ subalternãtis contingit demonstrare passionem de subiecto scientiæ subalternatæ. Quinto sic: conclusio demonstrationis aliquando fuit, & aliquando non erit; ergo nulla conclusio demõstrationis est perpetua & necessaria. In oppositum arguitur auctoritate philosophi in textu. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

Art. 1.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis soluendæ sunt aliquæ difficultates. Prima an hæc consequentia sit bona, hoc inest per se: ergo de necessitate. Dicitur quòd talis consequentia est bona: quia ibi arguitur ab inferiori ad superius affirmatiuè: nam de per se D infert necesse. Et si quis dicat si talis consequentia esset bona sequæretur, quòd philosophus peteret principium, nam ex propositionibꝰ de necessario infert propositiones de per se: & ex propositionibus de per se infert propositiones necessarias: ergo videtur ꝙ arguat circulariter. Ad hoc respondetur ꝙ ista consequentia non est formalis; hæc propositio est de necessario; ergo est de per se; quia ibi arguitur a superiori ad inferius affirmatiuè licet talis posset esse materialis. Nam quando philosophus probat propositiones de per se ex propositionibus de necessario: ibi capit propositiones de necessario, vt intrãt demrãtionem: modo tales sunt de per se. Et qñ dicitur ꝙ petit principiũ, negatꝰ; nã ex propõnibus de neces-

An valeat. Hoc inest per se, ergo de necessitate.

E necessario, quæ pluribus rationibus sunt probatę, infert propositiones de per se nondum aliquomodo probatas: & ex propositionibus de per se infert seu probat propositiones necessarias: modo propositiones necessarię quę pluribus rõnibus sunt probatæ, sunt notiores illis de per se nondum vel vnica ratione probatis.

Sortes est corruptibilis: an sit per se. SECVNDO sciendũ ꝙ secunda difficultas est talis: vtrũ ista sit per se: sortes est corruptibilis. Et videtur ꝙ non: quia nõ est necessaria: ergo non est per se. Antecedens probatur: quia potest falsificari: nam sorte mortuo ista est falsa, sortes est corruptibilis: igitur. Pro responsione istius & multarum talium propositionum supponitur ꝙ si ly corruptibile dicat aptitudinẽ,

F ipsa est necessaria: sicut ista sortes est risibilis & est per se secundo modo: sed si ly corruptibile diceret quandam dispositionem vel principium ad corrumpi: illa non esset per se. Et si quis dicat si ista esset per se, sortes est corruptibilis; sequeretur ꝙ ista esset vera, sortes de necessitate est corruptibilis: quod est falsum: quia sua contradictoria est vera, scilicet sortes potest esse non corruptibilis; quia ista est vera, sortes potest non corrumpi: ergo etiam ista erit vera, sortes potest esse non corruptibilis. Respondetur ꝙ nõ sequitur sortes potest non corrumpi: ergo sortes potest esse non corruptibilis: q̃a ly corrumpi dicit actũ, & corruptibile dicit aptitudinẽ, vt præsuppositum est. Et si quis dicat; sortes de necessitate est corruptibilis: ergo non potest

G non esse corruptibilis: ergo potest esse corruptibilis, quæ est falsa: posito ꝙ sortes non sit. Dico ꝙ illa est vera, & bene sequitur: & dato ꝙ sortes non sit, adhuc potest corrumpi. Si tamen vlterius inuestigaretur forte esset difficile saluare tales ꝓpositiones: ideo illi qui dicunt, ꝙ requiritur in talibus propositionibus, ꝙ subiectum pro aliquo supponat, faciliter se expediunt & multum probabiliter.

Diffinitio quo principium, sinis, seu demonstratio. TERTIO sciendum, quòd circa textum est alia difficultas talis: qualiter intelligitũ, ꝙ diffinitio sit principium demonstrationis: & finis seu conclusio & tota demonstratio positione differens. Pro cuius solutione supponitur quòd duplex est diffinitio; quædam est incomplexa

H constituta solum ex vno genere diffinitionum: sicut est ista, animal rationale, vel ista faciens scire: & talis bene potest esse principium demonstrationis; & etiam conclusio siue finis demonstrationis: si sumatur cum suo diffinito. Alia est diffinitio complexa, quæ componitur ex pluribus generibus diffinitionum, seu quæ componitur ex duabus diffinitionibus, vnius diffiniti. Vnde vnũ diffinitum potest habere duas diffinitiones: sicut pro exemplo, syllogismus demonstratiuus habet duas diffinitiones scilicet faciens scire, & procedens ex primis veris: & tunc per vnam potest demonstrari alia de diffinito; & tunc illa quæ erit medium dicitur principium demonstrationis: & alia sumpta cum diffinito dicitur finis seu conclusio demonstra-

A monstrationis: & nulla talis potest esse tota demonstratio positione differens: sed ex illis duabus fit vna totalis diffinitio, quę sumpta cũ diffinito erit totalis demõstratio positione differẽs, idest ordine terminorum; qui si ordinentur, tunc ex ipsis poterit fieri vna totalis demonstratio: vt patet sic dicendo, syllogismus demonstratiuus est faciens scire tanquàm procedens ex veris &c. & tunc potest sic fieri tota demonstratio, omne procedens ex veris &c. est faciens scire; syllogismus demonstratiuus est huiusmodi: ergo syllogismus demonstratiuus facit scire.

An sciẽtia specialis vtatur principiis cõibus.

QVARTO sciendum, quòd pro declaratione textus adhuc soluendæ sunt aliquæ difficultates. Prima, an scientia specialis vtatur aliquo modo principiis communibus. Respondetur, ꝙ scientiæ speciales aliquo modo B vtuntur principiis cõmunib⁹: non in sua communitate manentibus: sed vt determinantur per terminos proprios talis scientiæ specialis. Prima pars patet, quia scire simpliciter est scire per causam propriam: sed principia cõmunia manentia in sua communitate non possunt esse causa propria. & adæquata alicuius scientiæ specialis: igitur nõ possunt accipi in aliqua scientia ꝓ ꝓpriis, & adæquatis principiis.

Oĩs triangulus primo habet tres, an sit concedenda.

Secũda difficultas: vtrum ista sit concedenda, omnis triangulus primo habet tres, seu omnis homo est primo risibilis. Ad quam respondent aliqui, quòd hęc propositio, omnis triangulus primo habet tres, est concedenda, & sub ea non debet fieri descensus: ergo isosceles primo habet tres, quia illa est falsa, sed sic, ergo isosceles inquantũ triangulus primo habet tres. C Aliter tamen potest dici, & magis de rigore sermonis, quòd in ista propositione, omnis triãgulus primo habet tres, si ly primo tantum valet, sicut ly per se illa est vera, quia sensus est, omnis triangulus per se habet tres: si autem ly primo dicat immediationem, vel adæquationem: tunc illa est falsa: omnis triangulus primo habet tres: quia isosceles primo, idest adæquatè nõ habet tres. Et hęc de primo art. Quantum ad secundum.

Aart. 1.

An scibile sit aeternum.

DVBITATVR primo: vtrum scibile, seu illud, de quo habemus sciẽtiam sit æternum & perpetuũ, & incorruptibile. Pro cuius solutione supponitur, quòd scibile capitur dupliciter. Vnomodo pro conclusione demonstrabili. Aliomodo pro subiecto, vel re significata per terminum conclusionis. Hoc supposito dicitur, quòd quãdo Aristot. dicit, quòd scientia est ingenerabilium, & incorruptibiliũ; D intelligit de scibili primomodo, puta de conclusione demonstrabili, quæ vocatur scibile totale: nam talis conclusio demonstrationis propter quid est ingenerabilis, idest infalsificabilis: quia nunquàm potest esse falsa: ideo capitur ibi incorruptibile logicaliter, vt tantum valet, sicut infalsificabile: vt ista, homo est risibilis, dicitur esse incorruptibilis, idest infalsificabilis, qa nunquam potest esse falsa. Et si quis dicat, talis propositio potest esse õn vera: cum possit nõ esse; ergo potest esse falsa: non valet consequentia. Siquis iterũ

dicat

E dicat talis propositio erit falsa, terminis pro nullo supponentibus. Respondetur, ꝙ ad tales propositiones non requiritur, ꝙ termini pro aliquo existente supponant: sed sufficit, ꝙ supponant pro aliquo inesse cognito; vt aliàs visum est de consimilibus propositionibus. Et si quis quærat de scibili remoto, scilicet, de subiecto, vel re significata per subiectum conclusionis vtrũ sit generabile, & corruptibile. Respondetur, ꝙ quodlibet tale creatum secundum proprium esse potest corrumpi, & desinere esse: Etiam quantum ad esse cognitum, quod habet in intellectu creato est corruptibile, cum quilibet intellectus creatus possit desinere illud cognoscere: sed secundum esse cognitum, quod habet in mente diuina numquàm corrumpetur: impossibile est, enim Deum non intelligere talia scibilia remota. F Vnde res cognita participatiue, & obiectiue habet tale esse, quale habet cognitio, per quam cognoscitur: sed cognitio Dei est æterna, & ipse Deus: ideo talia scibilia participatiue dicũtur esse æterna. Et similiter dicatur de diffinito, quod est æternum, & incorruptibile.

Sco. li. 4. d. 1. q. 1.

Quid sciatur conclusio, an res significata per cõclusionẽ.

DVBITATVR secundo, Vtrum illud, de quo habemus scientiam, sit ipsa conclusio: vel vtrum sit res significata ad extra per talem conclusionem. Et quòd sit ipsa conclusio probatur: quia nihil scitur, nisi verum: sed sola propositio est vera; igitur. Secundo sic, illud scitur per demonstrationem, quod indicatur esse verum; sed sola cõclusio iudicatur esse vera: igitur. Item illud scire per demonstrationem, in quo prædicatur passio de subiecto: sed solum illud est conclusio: igitur. G Item quod omnino nihil est, non scitur per demonstrationem: sed illud, quod significatur per conclusionem, vt plurimum nihil est: igitur. In oppositum arguitur: nam si conclusio esset obiectum scientiæ, seu illud, quod scitur, sequeretur, quòd quilibet sciens actu scientia acquisita per demonstrationem apprehenderet ipsam conclusionem sed hoc est falsum: vt patet per experiẽtiam: quàmuis enim demonstret conclusionem: tamen non reflectitur super ipsam conclusionem, immo intellectus primo figit se circa significatum conclusionis: & primo versatur circa illud. Item vel apprehenderetur sola apprehẽsione simplici, quod non est dicendum, cum talis non sit scientia: vel iudicatiua, qua iudicaret ipsam esse veram: sed hoc non: quia notum est, quod demonstrans non semper habet tale iudicium. H Item illud est scibile propinquum, de quo prius habetur scientia: sed de re significata per conclusionem prius habetur scientia: quia non possumus scire aliquam conclusionem, nisi sciendo prius, ita esse, sicut per illam significatur.

Pro respõsione dicitur, quòd propositio non dicitur scibile propinquum, eo quòd intellectus prius circa eam versetur, quàm circa res ad extra: nam bene stat intellectum assentire vni propositioni antequàm consideret circa illam propositionem. Vnde rusticus scit multas propo-

A propositiones, quas non scit se scire. Dicitur secundo, quòd propositio, seu conclusio dicitur esse scibile propinquũ: quia prius apud intellectum formatur, quàm sciatur ita esse in rebus ad extra, sicut per eam significatur. Ex istis faciliter potest intelligi, quando dicitur, quòd de conclusione habemus sciẽtiam non tãquàm de illo, circa quod primo versatur intellectus: sed tanquàm de illo, quod primo formatur ab intellectu antequã sciatur, ita esse, sicut per talem conclusionem significatur.

An contingat demonstratorem descendere de genere in genus.

DUBITATUR tertio, vtrũ contingat demonstratorem descendere de genere in genus. Pro cuius declaratione supponitur, quòd duplex est genus, scilicet genus prædicabile, quod natum est de pluribus prædicari: & de isto non est hic ad proposi-

B tũ: Aliud est genus scibile, quod non est aliud, quàm subiectum attributionis alicuius scientiæ: sic quòd illa, quæ ad ipsum attribuuntur, dicuntur esse vnius generis scibilis: & de isto est hic ad propositum. Supponitur secundo, quòd demonstratorem descendere de genere in genus nihil aliud est, quàm per propria principia vnius scientiæ demonstrare aliquid de subiecto alterius scientiæ. Supponitur tertio, quòd subiectum vnius scientiæ aliquando continetur sub subiecto alterius scientiæ sine essentialiter, siue accidẽtaliter, quemadmodum subiectum scientię subalternatæ. Et sic dico, quòd tunc bene contingit demonstratorem descendere de genere in genus. Vnde per propria principia metaphysicę possunt demonstrari passiones de subiectis aliarum scientiarum; non dico passiones proprias: sed transcendentes, seu cõmunes. C Similiter diceretur, quòd per principia scientiæ subalternantis possunt demonstrari conclusiones in scientia subalternata: Aliæ sunt scientiæ, quarum subiecta sunt totaliter diuersa, sicut Geometria, cuius subiectũ est magnitudo, vel linea: & arithmetica, cuius subiectum est numerus: & in talibus non contingit demonstratorem descendere de genere in genus. Sed quæreret aliquis circa principia demonstrationis, vtrum sint quinque, scilicet dignitas, suppositio, petitio, quæstio, & diffinitio.

An quinque sint principia demonst.

Et videtur quòd non, quia dignitas non ingreditur demonstrationem. ergo non videtur quòd sit principium demonstrationis. Item principia sunt, quę cum sint vera non contingit demonstrare; sed diffinitio non est vera: igitur non est principiũ demonstrationis. D Etiam diffinitio non potest esse præmissa demonstrationis: ergo videtur, quòd non sit principium. Respondetur breuiter, quòd dignitas potest capi dupliciter. Vno modo proprie, & tunc non est principium ingrediens demonstrationem, licet bene præsupponatur. Aliomodo capitur large pro omni propositione immediata: & sic bene ingreditur demonstrationem. Dicitur vlterius, quòd licet principia materialia, & propinqua demonstrationis sint vera, sicut præmissæ demonstrationis, non tamẽ principiũ remotũ cuiusmodi est diffinitio. Aduerte finaliter, quòd ista princi-

B principia maxime attenduntur ex parte addiscentis: nam propositio demonstrabilis quando capitur ab addiscente, vt probabilis dicitur suppositio non simpliciter, sed quo ad addiscentem: sed si addiscens non dissentiat, neque assentiat dicitur petitio; sed si addiscens habeat contrariam opinionem, dicitur quæstio. Et hęc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Artic. 3. CONCLVSIO responsalis, demonstratio procedit ex necessarijs incorruptibilibus, & proprijs. Et hęc conclusio satis relinquitur probata ex dictis in articulis. Etiam ad rationes patet quid sit dicendum in dictis articulis.

T. co. 85. & inde. CONTINGERE autem idem simul affirmare, & negare, neq; vna quidem recipit demonstratio. F

Primũ principiũ quomodo ingreditur demõstrationẽ. ISTVD est octauum capitulum, in quo Philosophus ostendit quomodo primum principium intrat demonstrationẽ: dicens, quod istud principium Non contingit idem simul esse, & non esse, non ingreditur demonstrationem ostensiuam. Quod probat, quia si aliqua demonstratio ostensiua vteretur illo principio, hoc esset ex parte maioris extremitatis: sic arguendo, omnis homo est animal, & non est non animal; callias est homo; ergo callias est animal, & nõ est nõ animal. Vel esset ex parte medij in maiori propositione, vel minoris in mi nori: sed nullum illorum est dicendum, quia negacio simpta cum affirmatione nihil facit quo ad veritatem: licet virtute præmissarum aliquid faciat ad inferendum talem, vel talem conclusionem. Deinde ponit talem conclusionem: primum principium bene ingreditur demonstrationem ad impossibile si contrahatur in tali demonstratione: quia in tali demõstratione aliquid demonstratur verum per hoc, quod eius oppositum est falsum, quod non potest fieri sine primo principio. Sed quòd debeat esse contractum, patet, quia demonstratio ostensiua fit ex propriis terminis: ergo & demonstratio ad impossibile; patet, quia demonstratio ad impossibile, & demõstratio ostẽsiua fiunt ex eisdem terminis. G

Finaliter ponit quædam incidentia. Primum, omnes scientiæ speciales in hoc conueniunt: H quia cõmunicant in principiis cõmunibus, quibus vtuntur nõ in sua cõmunitate manentibus, sed contractis ex illis, ex quibus demõstrant. Secundũ incidens: Dialectica, & etiã Metaphisica quæ sunt scientiæ communes, vtuntur his principiis: non tamen quod demõstrent illa principia, cum demonstrent tantum vnam partem contradictionis, scilicet veram. Nam demonstrator non interrogat de vtraque parte contradictionis: dialectica vero vtranque concludit: nõ per eundem syllogismum, sed per diuersos. Et subdit finaliter, quòd dialectica non est circa determinatum genus, sicut sunt aliæ scientiæ speciales. Et hoc intelligitur de dialectica vtente, & quo ad applicationem: quia diale-

E dialectica est applicabilis ad omnes alias scientias syllogizando, & demonstrando ex terminis aliarum scientiarum.

T.cō.85. & inde. Si autem idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis.

Cuiuslibet scientiæ propria interrogatiōes Istvd est nonum capitulum, in quo Philosophus ostendit, quòd sicut demonstratio requirit propria principia: ita requirit proprias interrogationes ponens talem conclusionem. In qualibet scientia sunt propriæ interrogationes. Probat, quia vnaquæque scientia habet proprias ꝓpositiones: ergo ꝓprias interrogationes. consequentia patet: quia illud quod primo est interrogatio, est postea propositio, differunt autem interrogationes a principiis: quia principia alicuius scientiæ nō possunt demonstrari in illa scientia: sed interrogationes bene demonstrantur. Ex quo infert aliqua corollaria. Primum, non omnis interrogatio est geometrica, nec medicinalis: & sic de aliis: sed illa dicitur geometrica, quæ ex propriis principiis geometriæ demonstratur, vel quæ ex propriis terminis geometriæ est cōstituta: & proportionabiliter dicatur de aliis interrogationib⁹. Secundum corollarium, nō pertinet cuilibet artifici facere quālibet interrogationem, neque ad quamlibet respōdere: sed solum ad determinatas, & proprias illius scientiæ. Tertium corollarium, si aliquis disputet cum habente geometriam per principia geometriæ, tunc bene disputat: sed si non disputet per principia geometriæ, non bene disputat: quia per talem disputationem non poterit geometer redargui: etiam de tali disputatione non potest cognosci, an aliquis male, aut bene disputet. G

Quæstiones. Cōsequenter mouet tres quęstiones circa interrogationes scientiarum. Prima, vtrum sicut sunt aliquæ interrogationes geometricæ: ita etiam sint aliquæ non geometricæ: & similiter in aliis scientiis. Secunda quæstio: Vtrum interrogationes facientes ignorantiam in geometria sint non geometricæ. Tertia quæstio, vtrum syllogismus procedens ex oppositis principiorū alicuius scientiæ, dicatur peralogismus, aut syllogismus secundū ignorantiam. Respondet primo, quo ad primam quęstionē, quòd aliqua est interrogatio nō geometrica: quia interrogatio musica est interrogatio nō geometrica: igitur. Ad secundam dicit, quòd dupliciter interrogationes aliquæ possunt dici non geometricę. Vnomodo, quia nullomodo sunt geometricæ, sicut illæ, quæ non constituuntur ex terminis geometricis. Aliomodo, quia aliquid habent de geometrica, tamen prauè, sicut sunt interrogationes compositæ ex terminis geometriæ, quæ tamen sunt falsæ, quod declarat per simile. Nam arithmon vnomodo dicitur, quod nullomodo sonat, aliomodo, quia prauè sonat. Ad tertiam respondet, quòd ex quo interrogationes facientes errorem in geometria sumunt opposita principiorum: syllogismus procedens ex illis dicitur syllogismus H

E *Scientiæ doctrinales, & dialecticæ discrimina.* gismus secundum ignorantiam. Finaliter ponit quinque differentias inter scientias doctrinales, & dialecticas. Prima, quia in scientiis doctrinalibus, siue demonstratiuis non fit peralogismus: sed bene in dialecticis. Quod probat, quia in scientijs doctrinalibus maior extremitas dicitur vniuersaliter de medio, & medium de minori extremitate; sed hoc excludit omnem dubitationem in syllogismo: igitur. Minor probatur per simile: quia sicut in paralogismis, puta in isto, omnis circulus est figura; carmen homeri est circulus; ergo carmen homeri est figura: excluditur dubitatio per demonstrationem ad sensum; puta demonstrando aliquem circulum in pariete descriptum: ita in scientiis F demonstratiuis excluditur dubitatio, seu latentia per diffinitionem. Vnde circulus accipitur dupliciter. Vnomodo pro metro, sicut carmen homeri dicitur circulus. Aliomodo capitur circulus pro linea circulari. Secunda differentia, in scientiis doctrinalibus non infertur instantia, nisi vniuersalis; sed in dialecticis infertur instantia tam vniuersalis, quàm particularis; igitur. Tertia differentia, quia in scientiis doctrinalibus frequenter obmittitur forma syllogistica, vt probat per exemplum Zenonis, qui arguebat ex puris affirmatiuis in secunda figura, quæ est bona argumentatio gratia materiæ cum termini sint conuertibiles. Arguebat sic; omne quod generatur in multiplicata analogia cito generatur; sed ignis cito G generatur; ergo ignis generatur in multiplicata analogia: Sed in dialecticis non potest ita obmitti forma syllogistica. Vnde illa sunt generata in multiplicata analogia, quando magnitudo est multiplex ad magnitudinem eius, ex quo generatur; sicut ignis genitus ex aere in decuplo est maior ipso aere, ex quo generatur. Quarta differentia, in demonstrationibus doctrinalibus fit facilior resolutio, quàm in dialecticis: quia in doctrinalibus fit resolutio tantum ad vnum, scilicet ad verum: sed in dialecticis potest fieri resolutio, & ad verum, & ad falsum: modo facilius est resoluere in vnum, quam in multa: igitur. Quinta differentia, demonstrationes doctrinales non possunt augeri per diuersa media, cum in demonstratione H propter quid, & potissima fit tantum vnum medium: sed in scientiis dialecticis possunt syllogismi dialectici augeri per diuersa media cũ eadem conclusio possit per diuersa media dialecticæ augeri; possunt tantum demonstrationes doctrinales augeri in post assumendo, & in latus assumendo.

SED quia differt, & propter quid scire primum quidem eadem scientia, & in hac dupliciter. *T. co. 95. & inde.*

ISTVD est decimum capitulum, in quo Philosophus ponit duas differentias inter demonstra

A monstrationem propter quid, & demonstrationem quia est. Prima demonstratio propter quid procedit per causam propinquam; sed demonstratio quia est procedit per causam remotam, vt omne quod respirat, est animal: sed nullus paries est animal: ergo nullus paries respirat: ecce quomodo ibi ista demonstratio procedit per causam remotam: quia non esse animal non est causa non respirandi: ergo nec esse animal est causa propinqua respirandi; quia sicut se habet affirmatio ad affirmationem, ita negatio ad negationem. Dat aliud exemplum apud Scythas non sunt vites: ergo apud Scythas non sunt sibilatores. Secunda differentia: quia demonstratio propter quid procedit per causam, sed demonstratio, quia est

Demonstratio pp quid, & quia, quo differũt.

B procedit per effectum: vt si arguatur sic: quæcunque stellæ non scintillant sunt prope nos: sed planetæ non scintillant: ergo planetæ sunt prope nos: hic enim demonstratur causa per effectum, cum non scintillare sit effectus, & esse prope nos est causa: si aut conuertatur argumentum erit demonstratio propter quid. Dat aliud exemplum sic arguendo: quicquid crescit, & decrescit per portiones arcuales est circularis figuræ: sed luna crescit, & decrescit per portiones arcules: ergo luna est circularis figuræ: ibi est demonstratio, quia est: quæ si conuertatur, erit demonstratio propter quid. Ex istis infert vnum corollarium, dicens, quòd demonstratio propter quid pertinet ad scientiam subalternantem, & demonstratio, quia est ad scientiam subalternatam. Dat exemplum de scientia subalternante, vt Geometria respectu Perspectiuæ, & Arithmetica respectu Musicæ, & astrologia scientiæ naualis, quæ considerat signa serenitatis, & tempestatis. Vnde istæ scientiæ sic se habent, quòd vna earum considerat speciem, & alia considerat genus, idest subiectum scientiæ subalternantis contrahitur ad subiectum scientiæ subalternatæ per differentiam accidentalem. Deinde remouet vnum dubium, quia ex quo dictum est, quòd demonstratio propter quid, pertinet ad scientiam subalternantem: & quia est ad scientiam subalternatam: ideo crederet aliquis, quòd in scientia subalternata nunquàm fieret demonstratio propter quid. Respondet, quòd demonstrationes propter quid, bene etiam fiunt in scientia subalternata, & hoc capiendo scientiam subalternatam large, quia scientia subalternata respectu vnius bene potest esse subalternans respectu alterius: vt perspectiua, quæ est subalternata geometriæ est subalternans respectu scientiæ de Iride. Ex istis finaliter infert, quòd demonstratio propter quid, & demonstratio quia est, fiunt in scientiis, quarum vna est subalternans, & alia subalternata: fiunt etiam in scientiis disparatis, vt sunt medicina, & geometria. Vnde medicus cognoscit, quia est illius conclusionis; vulnera circularia tardius sanantur, quàm oblonga: sed geometer cognoscit talem propter quid.

C

D

FIGV-

E

T.cō.103. & inde.

Figvrarvm autem magis faciens scire maxime est prima: mathematicæ enim scientiarum &c.

Istvd est vndecimum capitulū, in quo Philosophus determinat de forma ipsius demō strationis, ostendendo, in qua figura habeat fieri: ponens talem conclusionem. Prima figura, idest primus modus primæ figuræ facit magis scire, quàm aliquis alius, probat vno signo, & tribus rōnibus. Signo, mathematicæ scientiæ, q̄ maxime sunt scientiæ faciunt demonstrationes per primum modum primæ figuræ. Prima ratio, illa figura maxime facit scire quæ facit scire propter quid: sed prima figura facit scire propter quid: igitur demonstratio debet fieri in tali figura. Secunda ratio, illa figura maxime facit scire per quā

Demonstratio, in qua figura fiat.

F demonstratur diffinitio de diffinito: sed prima figura est huiusmodi: igitur Minorem probat: quia diffinitio pdicatur vniuersaliter, & affirmatiue de diffinito: sed solus primus modus primę figurę potest concludere vniuersalem affirmatiuā. Tertia ratio: illa figura magis facit scire, qua indigent aliæ figuræ, & quę non indiget alijs figuris: sed prima figura est huiusmodi, igitur.

T.cō.104 & inde.

Sicvt autem a in b esse contingit indiuidualiter sic, & non esse conceditur.

Istvd est vltimum cacapitulum huius primi tractatus, in quo Philosophus ostendit aliquam propositionem negatiuam esse immediatam: ponens talem conclusionem: sicut aliquæ propositiones affirmatiuæ sunt immediatę: ita aliquæ negatiuæ: & sicut sunt aliquæ affirmatiuæ mediatę: ita aliquæ negatiuæ mediatę. Et subdit, quòd propositio negatiua tribus modis dicitur mediata. Primo quādo subiectū est in aliquo toto. i. cōtinetur sub aliquo superiori: & prædicatum non continetur sub illo: vt nullum animal est quantitas. Secundo: quando prædicatum est in aliquo toto, sub quo non est subiectum: vt nulla substantia est albedo. Tertio: quando prædicatum est in aliquo toto, sub quo non est subiectum, sed est sub alio: vt nullum animal est caliditas. Ex quo infert, q̄ extremum propositionis potest contineri sub aliquo, sub quo non continebitur aliud extremum; quia coordinationes prædicamentorum sunt impermixtæ. Finaliter declarat, quòd aliquæ propositiones negatiuæ sunt immediatæ: dicens, quòd quando neutrum extremorum propositionis continetur sub aliquo toto, tūc illę propositiones dicuntur immediatæ: vt nulla substantia est quantitas. Quod probat: quia si tales propositiones haberent medium, tunc necesse esset alterum extremorum esse in aliquo toto, in quo non est aliud, & sic posset syllogizari in aliqua figura, quod est falsum; igitur.

G

Propositio negatiua immediata dabilis.

H

T.cō.109 & inde.

Ignorantia autē non secundum negationem, sed secundum dispositionem dicta est &c.

Istv

A *Syllog. ignorātiæ quis.* Iste est secundus tractatus huius libri, in quo philosophus determinat de syllogismo ignorantiæ; & continet vnicū capitulum quod diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, ꝙ duplex est ignorantia: quædam est pure negationis: alia est praue dispositionis. Et primo ponit sex conclusiones de ignorantia praue dispositionis. Prima conclusio; vniuersalis affirmatina falsa in prima figura in syllogismo ignorantiæ concluditur ex duabus falsis, siue in toto, siue in parte secunda conclusio; vniuersalis negatiua falsa in prima figura concluditur per syllogismum ignorantiæ ex ambabus falsis; vel ex vna vera & altera falsa. Tertia conclusio; vniuersalis negatiua falsa in secunda figura concludi B tur per syllogismum ignorantię ex ambabus in parte falsis & ex vna vera & altera falsa siue fuerit maior siue minor. Quarta cō clusio; vniuersalis negatiua falsa concluditur in prima figura ex ambabus negatiuis per syllogismum ignorantiæ in parte falsis. Quinta conclusio; vniuersalis negatiua falsa concluditur per syllogismum ignorantiæ in secunda figura ex ambabus negatiuis falsis, siue ex vna vera & altera falsa. Sexta conclusio: vniuersalis affirmatiua falsa concluditur in prima figura per syllogismum ignorantiæ ex ambabus falsis & ex vna vera & altera falsa per mediū non proprium. Vnde medium proprium est per quod fit syllogismus contradictionis ad ostendendum contrarium vel contradictoriam conclusionis. In secunda parte ostendit quomodo C causatur in nobis ignorantia pure negationis: dicens, ꝙ deficiēte nobis aliquo sensu a natura necesse est scientiam nobis deficere de propriis sensibilibus illius sensus. Probat: quia nos non capimus scientiam nisi per demonstrationem, aut inductionem; sed deficiente nobis aliquo sensu non potest fieri aliquid notum nobis de sensibilibus illius sensus per demonstrationē, aut inductionem. Probat primo de inductione: quia inductio procedit ex singularibus, quæ cognoscuntur per sensum. De demonstratione probat, quia demonstratio procedit ex propositionibus vniuersalibus: sed propositiones vniuersales cognoscūtur per suas singulares & singularia per sensum. D

Vtrum ea, quæ in textu dicta sunt sint vera.

Quaeritvr Vtrum ea quæ dicta sunt in textu præcedenti sunt vera, & sufficienter posita. Arguitur primo ꝙ non; quia eiusdem rei possunt plures diffinitiones; sed quælibet diffinitio potest esse medium ad demonstrandum passionem de subiecto: ergo demonstrationes possunt augeri per diuersa media. Quinto sic: Affirmatio non est causa affirmationis: nec negatio negationis: ergo male dicitur in textu ꝙ sicut se habet affirmatio ad affirmationē: ita negatio ad negationem. Tertio sic; deficiente sensu non oportet deficere sensibile illius sensus: igitur poterimus habere scientiam de illo, con-

Secunda pars. D d seque-

sequentia patet: quia anima separata habet scientiam à sensibilibus, & tñ nō habet sensum: igitur. Quarto sic: Aliquis homo pōt acquirere scientiā de coloribus & de figura, sensu visus deficiente: igr. Antecedens patet, posito casu ꝙ sortes efficiatur cęcus adhuc possūt remanere species colorum in eius phantasia, mediātibus qbus intellectus poterit cognoscere colores. Quinto sic: Ponatur casus ꝙ sortes à natiuitate careat, auditu, visu, & olfactu, tamen deus poterit creare in anima eius scientiā de sensibilibus illarum potentiarum: igr. In oppositum est philos. In quæstione erunt tres artic. Quantum ad primum.

Art. I. PRIMO sciendum, quòd ꝓ declaratione illorum q̄ dicta sūt in textu, supponitur ꝙ duplex est demonstratio. s. ostensiua, & ad impossibile. *Demonstratio duplex.* Vnde demōstratio ostensiua est quæ facit scire conclusionē ex præmissis scitis: vt omne aīal rationale est risibile; omnis homo est animal rōnale: ergo omnis homo est risibilis. Sed demonstratio ad impossibile est quę ex opposito cō clusionis probandæ cum vna necessaria infert vna falsam & impossibilem; ex cuius falsitate vel impossibilitate infertur falsitas, & impossibilitas alterius præmissæ; ex cuius falsitate infertur veritas & necessitas conclusionis probandæ: vt si quis velit demonstrare istam, omnis homo est risibilis per impossibile, accipiat istam, quidam homo non est risibilis, cum ista omnis homo est rationalis, & tunc arguat sic; quidam homo non est risibilis, omnis homo est rationalis: ergo quoddam rationale non est risibile: conclusio est falsa, & impossibilis: ergo altera præmissarū: & non minor puta ista, omnis homo est rationalis: ergo maior puta ista, quidam homo non est risibilis: & vltra ista est falsa, quidam homo non est risibilis: ergo sua contradictoria est vera, scilicet ista, omnis homo est risibilis: & tenet ista vltima consequentia virtute primi principij, in quo dicitur quòd impossibile est idem affirmare & negare de eodem. Ex quo sequitur quòd duo contradictoria, non possunt simul esse vera. Istomodo tale principium intrat demonstrationem ad impossibile non in sua communitate manens sed vt contrahitur. Sed circa illud dicit Ari. ꝙ non intrat demonstrationem ostensiuam: quia vel esset ex parte medij vel maioris vel minoris extremitatis: sed hoc non: quia negatio nihil facit ad euidentiam conclusionis neque alicuius præmissæ: quia affirmatio sumpta cum negatione nihil facit ad euidentiam conclusionis, vel præmissæ. i. non habet maiorem euidentiam quàm propositio sumpta sine tali negatione, vt ista, omnis homo est animal, & non est non animal non est mihi magis euidens, q̄ ista, omnis homo est animal: ideo dicebat. Arist. ꝙ affirmatio sumpta cum negatione nihil facit ad euidentiam.

SECVNDO sciendum, pro declaratione illorum, quæ dicta sunt in textu supponitur, quòd ad hoc quòd demonstratio dicatur propter quid, nō sufficit, *Demonstrationis ꝓpter qd conditiones.*

ficit,

A ficit quòd mediũ importet causam sic essendi, sicut significat per conclusionem, sed requiritur quòd in vna præmissarum, & conclusione ponatur terminus causalis, importans causam sic essendi, sicut per residuum conclusionis significatur: quia demonstratio propter quid facit scire conclusionem propter qd: modo ad scire propter quid, nõ sufficit cognoscere effectus per causam, sed vltra hoc requiritur cognoscere effectum esse à tali causa, & talem causam esse causam illius effectus. Ex isto sequitur ꝙ licet eiusdem rei sint diuersæ causæ secundum diuersa genera causarum: tamẽ eiusdem conclusionis non possunt esse diuersæ demonstrationes ꝓpter quid, quæ quidem demonstrationes habeant diuersa me-
B dia, diuersas causas importãtia, quia secũdum quòd fuerit aliud & aliud medium causale, secundum hoc alter terminus ponetur in conclusione, vel saltem subintelligetur. Et sic ipsa conclusio diuersificabitur, & per cõsequens non erit eadem demonstratio. Et hoc forte volebat Aristot. cum dicebat ꝙ demonstrationes non pñt augeri per diuersa media. Ex isto patet solutio cuiusdam dubij quod solet quæri, Vtrum eadem conclusio possit demõstrari pluribꝰ demõstrationibus. Ad quod dr̃ tenendo istũ modum ꝙ non, quia secundum diuersitatem demonstrationum propter quid etiam diuersificantur conclusiones.

Dubitatio.

Demonstratio, quia, quotuplex.

TERTIO sciendum, quòd demonstratio, quia est, potest fieri multis modis. Primo: quando est demonstratio causati per suam causam non immediatam, sed remotam, & iste modus satis patet in textu. Et siquis dicat talis demonstratio potest esse propter quid: quia in conclusione potest poni terminus causalis qui facit scire propter quid. Dico quòd verum est, quòd potest poni, sed hoc non sufficit ad hoc, quòd sit demonstratio propriè ꝓpter quid: sed requiritur, quòd sit terminus causalis causæ immediatæ. Secundus modus est: quando est demonstratio causæ per effectum, & iste modus satis patet in textu. Et aduerte, quòd istis duobus modis demonstratio propter quid, & quia est fiunt ex eisdem terminis. Tertius modus est; quando non est demonstratio causati per causam, neque causæ per effectum: & istomodo demonstrationes mathematicæ dicuntur demonstrationes, quia est: D
quia in ipsis propriæ non proceditur à causis ad effectum nec ecõtra, sed proceditur à p̃missis naturali ordine magis cognitis conclusione: ideo communiter dicuntur demonstrationes propter quid: non tamen proprie immo magis propter similitudinem & conformitatem quam habent ad demonstrationes propter quid: quia procedunt ex præmissis ordine cognoscendi magis notis conclusione sicut demonstrationes propter quid. Exemplum: triangulus demonstratur habere tres angulos per hoc quòd angulus extrinsecus æquiualet duobus angulis extrinsecis sibi oppositis: modo certum est, quòd ille angulus extinsecus

E non est causa quare triangulus habet tres: quia si nunquam fuisset ille angulus extrinsecus non minus triangulus habuisset tres angulos ęquales. Et si quis dicat, scientia præmissarum in talibus demonstrationibus causat scientiam cõclusionis: ergo procedit a causa ad effectum. Nego consequentiam: quia propter hoc non dicitur demonstratio procedere a causa: vt iam alias visum est; quia tunc omnis demonstratio diceretur procedere a causa: & per consequens diceretur propter quid. Quartus modus est; quando est demonstratio causati per causam etiam propriam & immediatam, sed nõ notificat quoniã F illius est causam; & tunc illa esset demonstratio quia est, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis.

Quot modus scĩa dicitur alteri subalternari.

QVARTO sciendum quòd aliqua scientia dicitur subalternari alteri multis modis. Primo; quando vna scientia considerat de aliquo propter quid: & alia considerat de eodẽ quo ad quia est: tunc illa quæ considerat de illo quo ad propter q̃d dicitur subalternans respectu illius quæ considerat de eodem quo ad quia est: vt naturalis considerat de iride quod est corpus vel portio arcus quo ad q̃a est: quia illud est notum quo ad sensum. Sed perspectiua considerat de eodem quo ad propter quid: quia per perspectiuã ostẽdit quare iris est portio arcus: & oẽs rationes quas facit Arist. in tertio metheororum de iride sunt perspectiuæ. Nota etiam ꝙ vna, & eadem scientia habet considerare de eodem quo G ad quia est, & quo ad propter quid est; vt luna eclypsatur pertinet ad naturalem quo ad quia est; quia cognoscitur per sensum & quo ad propter quid est: sed hoc diuersimode: nam illa propositio quo ad quia est pertinet ad scientiam naturalem tanq̃ principiũ illius scientię; sed quo ad propter quid, pertinet ad eandẽ scientiam tanq̃ conclusio demrata in tali scientia; & sic patet ꝙ vna & eadem propõ in vna & eadem scientiam potest esse principium & conclusio. Secundo modo aliqua scientiam dicitur alteri subalternari: q̃a vna est de gñe, & alia de specie. Vnde illa quæ est de genere dicitur H subalternans. & illa quæ est de specie dicĩ subalternata. Tertio modo, q̃a vna considerat de aliquo simplici & alia de eodẽ cõtracto, siue hoc sit per differentiã per se siue per accñs. Quarto mõ vna scientia dicitur subalternans; quia per principia vel conclusiones eius demratur aliqua conclusio in alia scĩa: & sic geometria dr̃ subalternans respectu chirurgię. Nam per principia geometrię demratur ista in chirurgia vulnera rotunda tardius sanantur quam oblonga per hoc ꝙ partes vulnerum circulariũ magis distant, quàm partes vulnerum oblongarum: & hæc de primo arti. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo Vtrum scientia subalternata dicatur proprie scientia. Et videtur ꝙ non: q̃a de ente per accidens non de scientia, vt habet Ari. 6. metaphis. sed scientia subalter- *Arti. 2.*

alter-

An scia subalterna sit propria sciētia.

A alternata est de ente p accidēs: quia est de subiecto contracto per dr̄iam accidentalem cuiusmodi est musica q̄ est de numero sonoro. Pro respōsione est aduertendum ꝙ scientia pt dupliciter hr̄i de aliquo. Vno modo tanquā de scibili remoto, cuiusmodi est subiectum talis sciētiæ, & sic non est inconueniens scientiā haberi de ente per accidens. Aliomodo tanquā de scibili totali, & sic habetur de totali conclusione, & tunc scientiam esse de ente per accidens, nō est aliud q̄ scientiam esse de conclusione contingenti, & tunc dubiū est, Vtrum de tali possit haberi scientia: nam cum scientia subalternata sit de aliquo contracto per dr̄iam accidentalem de quo nihil potest dici nisi contingenter: vr̄ sequi ꝙ scientia subalternata sit de conclusione contingenti. Nam de isto subiecto qđ est numerus sonorus nihil pōt dici nisi contingenter, & propō. nes q̄ sunt de tali possunt esse falsę subiecto pro nullo supponēte: vr̄ etiam sequi ꝙ scientia subalternata propriæ dicta nō sit vna vnitate generis vel speciei, cum subiectū eius sit ens per accn̄s, quod non est, neq; genus, neque species. Vnde ad scientiā ꝓpriæ subalternatā duæ cōditiones requiruntur. Prima ꝙ subiectum scientię subalternatę contineat sub subiecto scientiæ subalternātis sicut pars in modo. Scđa conditio ꝙ principia scientiæ subalternatæ capiantur à principijs scientiæ subalternantis. Nā vbi finit scientia subalternans incipit scientia subalternata: immo qđ magis est nullus pt hr̄e scientiam subalternatam nisi habeā scientiam subalternantem: vt dicit Sco. in 3. distinct. 2. Ex isto sequitur quòd nullæ propositiones in scientia subalternata sunt per se notæ: quia tales demonstrant per principia superioris scientiæ: & de hoc magis videbitur in 6. metaph. ideo pro nunc maneat materia.

Aliquid scitur dupliciter.

B

C

Si affirmatio cā affirmationis, etc.

DVBITATVR secundo qualiter intelligenda est regula Aristotel. in qua dicitur ꝙ si affirmatio sit causa affirmationis, negatio erit cā negationis. Ad quàm dr̄ breuiter ꝙ illa regula intelligitur qn̄ affirmatio est pcisa & adæquata causa affirmationis, vt si habere pulmonem sit causa præcisa respirandi: tunc non habere est causa non respirandi, & non est intelligenda regula de causis nō adæquatis: ideo nō sequitur ignis, est causa caloris: ergo non ignis est causa non caloris, quia sol est non ignis: & tamen est bene causa caloris. Pōt etiam exponi logicaliter, sic videlicet si propō affirmatiua inferat propositionem affirmatiuam, contradictoriam eius infert contradictoriā consequentis, & tunc solum habet verum in propositionibus compositis ex terminis conuertibilibus.

D

Sed restat alia difficultas, vtrum demonstratio possit augeri per media. Et arguitur primo quòd sic, quia ad eadem conclusionē demonstrandam possunt fieri plures demonstrationes. quarū vna datur per causam, altera p effectum. Item aliqua conclusio est demonstrabilis inter cuius subiectum, & prædicatum sunt plura media per quorum quodlibet potest demonstrari, vt ista, omnis homo est substantia, quæ

E potest demonstrari per hoc medium animal & corpus. Item eadem conclusio demonstratur in diuersis scientijs per diuersa media: ideo demonstrationes possunt augeri per diuersa media. Ad istam dubitationem respondetur breuiter ꝙ tenendo ea quæ dicta sunt, puta ꝙ ad hoc ꝙ sit demonstratio propter quid proprie dicta requiritur ꝙ in vna præmissa & conclusione ponatur terminus causalis, ꝙ nulla demonstratio potest augeri per diuersa media. vt iam visum est. Si autem alia pars teneretur. i. si non poneretur terminus causalis in conclusione posset dici ꝙ eadem conclusio posset demonstrari per diuersa media incompleta, & non totalia; & etiam in diuersis scientijs in vna per medium propter quid,
F & in alia per medium quia est. Dubium est etiam quomodo demonstratio augeatur in post sumendo & in latus assumendo: cum nullo illorum modorum maneat eadem demonstratio neq; demonstratur eadem conclusio.

Deficiente sensu quo scientia deficit. DVBITATVR tertio qualiter intelligendum est ꝙ deficiente nobis aliquo sensu a natura, necesse est deficere scientiam de sensibilibus illius sensus, cum non videatur quòd sensus posit deficere: cum non sit aliud quam ipsa anima. Respondetur quòd dupliciter potest intelligi quòd deficiat nobis aliquis sensus. Vnomodo a natiuitate, & tunc sensus est: an deficiente nobis aliquo sensu a natiuitate possimus habere scientiam de proprio sensibili illius sensus: & hoc potest dupliciter intelligi. Vnomodo supernaturaliter: & sic dico
G quòd non est necesse deficere nobis scientiam de tali sensibili; nā Deus potest in nobis causare noticias talium sensibilium. Aliomodo naturaliter & hoc dupliciter. Vnomodo quo ad conceptus communes & cōfusos: & sic dico ꝙ non est necesse deficere nobis scientiam de tali sensibili: nam cæcus a natiuitate cognoscit colores quo ad conceptus confusos: quia cognoscit colorem esse ens. Vnde cognoscendo ens cognoscimus omnia inferiora ad ens quo ad conceptum confusum. Aliomodo potest intelligi quo ad conceptus proprios & distinctos: istomodo intelligebat Arist. puta si a natiuitate deficiat nobis aliquis sensus necesse est nobis deficere, scientiam naturaliter & quo
H ad conceptus proprios de sensibilibus illius sensus. Supponitur vlterius, quòd sensus potest capi dupliciter. Vnomodo pro actu sentiendi seu noticia sensitiua: & istomodo non videtur capere. Aristo. Aliomodo pro potentia sensitiua, quæ est quoddam compositum ex quadam realitate animæ & parte corporis: vt videtur habere Scot. in 4. & distinguitur realiter ab anima, & potest ista corrumpi corrupta parte corporis: & sic videtur capere Aristo. & de illis potentijs magis videbit in libris de anima. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium sit. *Sco. li. 4. d. 44. q. 2. Et lib. 1. d. 3. q. 6*

CONCLVSIO responsalis; illa quæ dicta sunt ab Aristotele in textu, sunt sufficienter positas *Arti. 3.*

positas

A posita. quòd satis patet ex dictis. Ad rationes ante oppositum satis patet solutio in articulis.

Tex.com mēt. 135. & inde.

Est autem omnis syllogismus per tres terminos, & hoc quidem demonstrare possibile est.

Iste est tertius tractus huius libri, in quo philosophus ostendit non esse processum in infinitum; in medijs demonstrationis; & diuiditur in tria capitula. In primo hoc principaliter ostendit ponendo aliquas suppositiones.

In medijs demōstrationū non est pcedēdum in infinitum.

Prima; syllogismus est ex tribus terminis. Secunda affirmatiua syllogizatur ex duabus affirmatiuis; negatiua ex B ex vna negatiua, & alia affirmatiua, & hoc in demonstratione syllogistica; quia non oporteret in demonstratione enthymematica. Tertia ex tribus terminis fiunt duæ propositiones quæ sunt principia demonstrationis. Quarta; syllogismus demonstratiuus & dialecticus differunt: quia sillogismus demonstratiuus non est ex his quæ prædicantur per accidens, licet bene dialecticus. Deinde mouet tres quæstiones. Prima: vtrum dato infinito subiecto sit processus in infinitum sursum ascendendo in prædicatis. Secunda quæstio; vtrum dato supræmo prædicato sit processus in infinitum, descendendo per subiecta illius prædicati. Tertia quæstio: vtrum extremis de-

Qōnes.

terminatis possibile sit media C esse infinita. Et subdit, quòd prædictæ quæstiones possunt moueri tam in negatiuis quàm in affirmatiuis; sed non debent moueri in terminis conuertibilibus: quia inter ipsos non est supræmum nec infimum subiectum. Consequenter soluit prædictas quæstiones. Ex primo soluit tertiam: dicens quòd in affirmatiuis determinatis extremis impossibile est media esse infinita: quia si media essent infinita, nunquam contingeret deuenire ad vltimum, cum sit impossibile infinita pertransire; ergo si sint extrema determinata necesse est media esse finita. Deinde hoc probat in negatiuis; dicens quòd si sit status in affirmatiuis, etiam erit status in negatiuis. Pro- D bat inductiuè in omni figura: primo in prima; quia in prima conclusio negatiua ostenditur ex maiore negatiua, & minore affirmatiua: sed si in illa affirmatiua sit dabile subiectum, de quo primo dicatur prædicatum: etiam hoc erit in negatiua, cum omnis negatiua habeat reduci ad affirmatiuam; & hoc declarat in terminis non significatiuis. Sed posset declarari in terminis significatiuis: vt si sit hæc conclusio, nullus homo est quantitas: concludendo in prima figura per hoc medium corpus, sic arguendo: nullum corpus est quantitas; omnis homo est corpus; ergo nullus homo est quantitas: huius syllogismi maior est mediata, quę iterum potest probari assumendo

E illud medium de quo primo negatur vniuersaliter q̄titas. Et arguatur sic, nulla substantia est: quantitas: omne corpus est substantia: ergo nullū corpus est q̄titas. Deinde soluit quandā obiectionem: posset enim aliquis dicere ꝙ licet sit status in eadē figura, non tamen in diuersis: vt syllogizando nunc per vnā, nūc per alia. Respondet ꝙ si qualibet illarū sit finita etiam omnes simul sumptæ erunt finitæ. Finita enim finities sumpta nō sunt infinita. Consequenter ostendit esse statū in sursum & deorsum, ponens hanc conclusionē: in prędicationibus, & demōstrationibus affirmatiuis extrema sunt determinata: ita ꝙ non proceditur in infinitum in prædicatis ascendendo, neq; in subiectis

Obiectio soluta.

F descendendo. Et hoc probat tribus rationibus: quarum prima est; quia si esset processus in infinitum, hoc maxime esset in p̄dicationibus essentialibus, sed hoc non: quia tunc non contingeret aliquid diffiniri: q̄a in diffinitione alicuius debēt poni oīa prædicata essentialia eius. Et licet non ponantur explicitè: tamen oportet resoluere ad vnum quousq; deueniamus ad irresolubile. Sed si poneretur processus in infinitum in sursum, nunquam deueniremus ad finem resolutionis: & tunc nihil posset perfectæ diffiniri. Deinde ponit aliquas suppositiones. Prima est: eorum quæ prædicantur de aliquo: quædam prædicantē secundum accidens sicut quando subiectum prædicatur de accidente, vel accidens de accidēte, quædam prædicantur secundum se, vt accidentia de subiectis.

Suppositiones.

G Secundo suppō: eorum quæ prædicantur, q̄dā prædicātur in quid, quædā in quale, q̄dam in quantū: & sic de alijs p̄dicamentis. Differunt aūt illa q̄ prædicātur in quid ab alijs: quia q̄ prædicantur in quid, dicunt totam essentiam subiecti, aut aliquid essentiæ subiecti: alia vero non. Ex quo infert falsitatem erroris ponentium vniuersalia esse separata à singularibus: quia tunc non prædicarentur in quid de ipsis: nec essent de essentia ipsorum: ideo dicit de illis derisoriæ: Gaudeant genera & species: quia si sic sunt, monstra sunt, scilicet nihil sunt. Secunda ratio: si in prædicatis essentialibus esset processus in infinitum sequæretur quòd conclusio non posset sciri per demonstrationē cum eius essent infinita media.

H Tertia ratio: quæcunque prædicantur in demonstratione, vel prædicantur per se primo modo, vel secundomodo, sed in nullo istorum modorū est processus in infinitum: igitur. Ex istis infert tria corollaria. Primum: non omne illud quod inest pluribus & non vni per alterum, inest eis per aliquod commune; quia tunc esset processus infinitus. Genus inest primo & immediate suis speciebus & non vni per alterum: & tamen non inest illis per aliquod commune: vnde hæc est communis regula: Omne quod inest pluribus & non vni per alterum: inest illis per aliquod commune: quæ solum habet verum in passionibus. Secundum corollariū: cuiuslibet conclusionis demōstrabilis tot sunt elementa quot sunt media

ad

A ad demonstrandum illam conclusionem: & dicuntur elementa in proposito propositiones vniuersales immediatæ. Tertiũ corollarium, in nulla demõstratione medium est foras extremitatum, aut extraneum vtriq; extremitati: nam in demonstrationibus medium conuertitur cum extremis. Finaliter ponit duo documenta ad reducẽdum propositiones mediatas ad immediatas. Primum est, ad reducendum propositiones affirmatiuas mediatas ad immediatas: dicens, quòd in talibus necesse est capere aliquid, quod prius prædicetur de subiecto, quàm prędicatum illius propositionis. Secundum, ad reducendum propositiones negatiuas mediatas, capiendum est medium, a quo
B prius remoueatur altera extremitatum.

T. cõ. 16. & inde. Cvm autem sit omnis demonstratio: alia quidem vniuersalis: alia vero particularis.

Qua potior demõstratio uniuersalis an particularis. Istvd est secundum capitulum huius tractatus, in quo comparat demonstrationem ad inuicem. Et primo comparat demonstrationem vniuersalem ad particularem. Et arguit primo tribus rationibus, quòd particularis sit potior. Prima, illa demõstratio est potior, quæ magis facit scire rem: sed demonstratio particularis est huiusmodi: igitur. Minor patet, quia res magis scitur, quando scitur secundum se, quàm quando scitur secundum aliud: sed demonstratio particularis facit scire rem secundum se, & non est vniuersalis: igitur. Secunda ratio, illa C demonstratio est potior, quæ est de veriori ente, quàm illa, quæ est de minori ente: sed demonstratio particularis est huiusmo di: igitur. Singularia enim verius sunt, quàm vniuersalia. Nã vniuersale si sit, non est aliquid præter singulare. Tertia ratio, illa demonstratio est potior, quę minus dat causam errandi: sed demõstratio particularis est huiusmodi respectu vniuersalis. Nam eo quòd demõstratio vniuersalis demonstrat aliquid de aliquo communi quis posset credere, quòd illud commune esset separatum a singularibus: & tũc erraret: igitur. Consequenter soluit prædictas rationes. Et primo primam, negãdo minorem. Et ad probationem dicitur, ꝙ demonstratio vniuersalis facit D scire rem secundum se, sicut & particularis, & adhuc perfectiori modo: quia facit scire secundum quòd ipsum, sed non particularis. Ad secundam dicitur, quòd singulare bene est verius ens, idest perfectius ens, quàm vniuersale: sed ex hoc non sequitur, ꝙ demõstratio particularis sit potior, quàm vniuersalis.

Ad tertiam dicitur, quòd licet demonstratio vniuersalis demõstret aliquid de vniuersali, idest de subiecto adæquato: non tamẽ propter hoc est imaginandum, quòd vniuersale sit separatum a singularibus, cum vniuersale nihil sit, nisi per intellectum.

Consequenter probat rationibus, quòd demonstratio vniuersalis est potior particulari. Prima ratio, illa demonstratio est potior, quæ facit scire passionẽ de subiecto proprio per propriã cau-

B causam, sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi: igitur. Secunda ratio: illa demõstratio est potior quæ procedit per causam, vltra quam non contingit aliquid quærere propter quid: sed vniuersalis est huiusmodi: igitur. Maior patet: quia cum habemus vltimũ propter quid non contingit plus quærere: vt si quęratur propter quid aliquis venit: & respondeatur vt rapiat argentum: contingit quærere vltra, scilicet propter quid vult recipere argentum: & respondeatur, vt soluat creditori suo: tunc ibi erit standum. Tertia ratio: quanto magis descenditur ad particularia: tanto magis itur ad infinita: sed hoc fit in demonstratione particulari, & non vniuersali: igitur. Quarta ratio, illa demonstratio est potior, quæ plura facit scire: sed demõ-

F stratio vniuersalis est huiusmodi; quia facit scire vniuersale, & particulare: igitur. Quinta ratio, illa demonstratio est potior quæ est ex immediatis: sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi: igitur. Sexta ratio, cognoscens vniuersale cognoscit particulare, saltem in vniuersali, seu conceptu confuso: igitur demonstratio vniuersalis est potior particulari. Septima ratio: sicut intellectus est dignior sẽsu: ita demõstratio, q̃ est p̃ mediũ intelligibile est potior ea, quæ est per mediũ sensibile: sed demõstratio vniuersalis est huiusmodi: igitur. Consequenter comparat demõstrationem affirmatiuam ad negatiuam ponendo hanc conclusionem: demonstratio affirmatiua est potior negatina. Quod probat quinq; rationibus. Prima illa de-

Demonstratio affirmatiua potior negatiua.

G monstratio est potior quæ est paucioribus indigens: sed demõstratio affirmatiua est huiusmodi: igitur quia ipsa est solum ex vno genere propositionũ: puta affirmatiuarũ: negatiua vero ex duobus generibus, s. affirmatiuarum, & negatiuarum. Secunda ratio, ex duabus affirmatiuis bene fit syllogismus: sed non ex duabus negatiuis. Tertia ratio, illud, per quod aliud demonstratur: & quo indiget est potius aliud: sed negatina indiget affirmatiua, & non econtra: igitur: Quarta ratio, illa demonstratio est potior quæ procedit ex prioribus, & notioribus: sed demonstratio affirmatiua est huiusmodi, cum ipsa procedat: per affirmatiuas: igitur. Quinta ratio, illa demonstratio est potior, quæ procedit ex propositionibus prioribus: sed affirmatiua est huiusmodi: igitur. Finaliter comparat demonstrationem ostensiuam ad demonstrationem ad impossibile ponens hãc conclusionem: demonstratio ostensiua est potior demonstratione ad impossibile. Et hoc probat ponendo differentiam inter ipsas: quia demonstratio ostensiua procedit ex prioribus secundum naturam, & ex veris, Sed demonstratio ad impossibile procedit saltem ex vna falsa: cõueniũt tamen in hoc, quia possunt fieri ex eisdem terminis.

H *Demonstra. ostens. potior. ducẽte ad impossib.*

Certior autem est scientia, & prior quæ ipsius quia, & propter quid eadẽ est. *T. c. 178 & inde.*

Istud est vltimum capitulum huius tractatus, in quo comparat Philosophus scientias ad inui-

A inuicem: & ad alios habitus intellectuales: & primo comparat conclusiones adinuicem: ponēs tres modos, quibus vna scientia est certior altera. Primus modus: illa scientia est certior quæ facit scire quia est: & propter quid, quàm illa, quæ solum facit scire propter quid alicuius conclusionis. Secundus modus, illa scientia est certior quæ est de subiecto non contracto, quàm illa quæ est de subiecto contracto; vt scientia quæ est subalternans est certior, quàm scientia quę est subalternata. Terti⁹ modus, illa scientia quæ est de simpliciori est certior illa, quæ est de minus simplici. Dat exemplū de geometria, & arithmetica: arithmetica enim considerat de vnitate: & geometria de puncto, modo vnitas habet simpliciorem rationē q̄ punctū: quia punctū vltra vnitatē dicit positionē in continuo.

Quæ scīa certior.

B Cōsequenter ostendit a quo scīa continēs in se diuersas cōclusiones, & demonstrationes dicitur vna, & a quo scientiæ dicantur diuersę: ponens duas conclusiones. Prima, scientia totalis continens in se plures habitus cōclusionum dicitur vna: ex eo, ꝙ est vnius generis subiecti, cuius sunt partes passiones, & principia: de quibus omnibus talis scientia considerat. Secunda conclusio, illę scientiæ sunt diuersæ, quarū principia sunt diuersa, non dependentia ex aliis, nec ex se inuicē. Et subdit Philosophus ad eandem scientiam pertinent plures demonstrationes. pōt.n. vna, & eadem cōclusio demonstrari pluribus demōstrationibus, & per plura principia, & hoc contingit dupliciter.

Scientia unde habet unitatem.

C Vnomodo capiendo plura media eiusdem ordinis sicut sunt superius, & inferius. Secūdo modo capiēdo plura media diuersorū ordinū. Dat exemplum, vt illa cōclusio, lætās transmutatur: pōt vnomodo sic demonstrari, omne, qđ moueť transmutatur, sed lætās moueť: ergo lætans trāsmutať. Aliomodo pōt sic ꝓbari; oē quiescēs trāsmutať; sed lętās quiescit: ergo letās transmutať, & capitur ibi quiescens; vt tm̄ valet, sicut hoc cōpletū, trāsiēs de motu in quietem. Consequenter ostēdit de quibus hr̄ scientia, ponens duas cōclusiones. Quarū prima est, eorū, quæ sunt a casu, & fortuna nō est scientia, qa oīs demōstratio est ex necessariis, & de necessariis; sed causalia, & fortuita nō sunt necessaria: ergo de illis nō est scīa. Vnde per causalia, & fortuita debemus proprie intelligere propositiones cōtingētes, de quibus nō est proprie scīa.

Quorum est scientia.

D Scđa conclusio, per sensum nō pōt haberi scīa: probat trib⁹ rōnib⁹. Prima, scīa est de vniuersalibus q̄ sunt vbiq;: & semper, sensus vero est de illis, quæ sunt hic, & nunc: ergo ꝑ sensum non possum⁹ hr̄e sciam. Scđa rō, scīa est cognitio ꝑꝑ quid conclusionis, sed talis nō pōt haberi a sensu: ergo ꝑ sensum nō valem⁹ habere sciam. Minorē probat per duo exēpla. Primū, qa si per sensum possemus percipere, ꝙ triāgulus habeat tres: adhuc quæremus ꝑꝑ quid hr̄et tres. Secūdū exemplū: qa si quis esset supra lunam, & videret terrā interpositā inter solem, & lunam: adhuc quæreret propter quid vniuersaliter luna eclypsatur. Tertia ratio, vniuersale est honorabilius

quàm

E quàm singulare: ex quo vniuersale est prima causa passionum inexistentium suis singularibus: singulare vero non: ergo scientia est honorabilior quàm noticia sensitiua, quæ est singularium: ergo scientia differt a cognitione sensitiua: & per consequens per sensum non habemus scientiam. Non est tamen intelligendum, quòd sensus nõ requiratur ad scientiam: sed quòd scientia non est noticia sensitiua: Et ita sensus quodammodo ordinatur ad scientiam: quia de quibusdam quærimus propter quid de quibus si ea vidissemus non quæremus propter quid: vt si videremus poros qui sunt in vitro, per quos transit lumen non quæremus propter quid vitrum est transpa F rens: Et ponitur hoc exemplum propter illos qui ponebant vitrum esse perforatum: & plenũ paruis poris. Deinde ponit hanc conclusionem: impossibile est omnium syllogismorum esse eadẽ principia. Probat octo rationibus. Quarum prima est: syllogismorum alij sunt veri, & alij sunt falsi: sed verorum principia sunt vera, & falsorum falsa: igitur. Secunda ratio, conclusiones falsę possunt esse contrariæ adinuicem: sed conclusionum contrariarum principia sunt contraria: igitur. Tertia ratio, diuersorum generum diuersa sunt principia: sed multi fiũt syllogismi de diuersis generibus: igitur. Quarta ratio: si omnium syllogismorum verorum essent eadem principia: hoc maxime esset verum de principijs communibus. sed talia principia sunt diuersa secũdum, quòd capiuntur in syllogismis factis G in diuersis scientijs: quia non ingrediuntur demonstrationem, nisi secundum, quòd sunt appropriata ad certum genus. Quinta ratio: principia non sunt multum minora conclusionibus: sed conclusiones sunt diuersæ: ergo etiã principia. Sexta ratio: principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia: igitur nõ omnium syllogismorum eadem sunt principia. Septima ratio: geometriæ, & medicinæ sunt alia, & alia principia: igitur. Octaua ratio: quod si omnium cõclusionum essent eadem principia: tunc ex quibuscunq; principijs posset demonstrari quælibet conclusio, quod est falsum: quia non quæcunq; demõstrantur ex omnibus principijs. Ex quo infert, quòd vniuscuiusq; H scientiæ principia sunt diuersa, & propria. Finaliter Philosophus comparat scientiam ad alios habitus intellectuales: & ponit primo talem conclusionem: Scibile, & scientia differũt ab opinabili, & opinione: quia sciẽtia est vniuersaliũ, & necessariorum: opinio vero est possibilium aliter se habere. Secũda conclusio: intellectus non est scientia nec opinio: quia intellectus est habitus propositionum indemonstrabilium: scientia vero, & opinio non: differunt tamen scientia, & intellectus ab opinione: quia scientia, & intellectus sunt circa verum, & necessarium: opinio vero circa verum aut falsum contingens.

Deinde mouet duas dubitationes: quarum prima est: vtrum contingat idem simul opinari, & sciri. Secunda est: quare scientia

Omnium syllog. nõ eadẽ principia.

Scientia quomodo se habet ad habitus intellectuales.

An idẽ contingat opinari,

A *& sciri, & cur scientia non est opinio.* scictia non est opinio. Et probat, ꝙ contingat idem simul sciri, & opinari sic: Omne illud, quod aliquis scit ante quàm habuerit de illo demonstrationem potuit opinari: ergo idem potest sciri, & opinari. Consequenter soluit secundam dubitationem: dicens, quòd si velimus habere noticiã conclusionis necessario oportet habere per medium necessarium cuiusmodi sunt diffinitiones. Sed si haberemus noticiam conclusionis non necessariæ per medium contingens: tũc est opinio, & non scientia: igitur. Deinde soluit primam dubitationem dicens, quòd quodam modo eiusdem est opinio, & scientia. Deinde subiungit quomodo se habeat scientia ad alios habitus intellectuales, scilicet sapientiam, prudentiam, & artẽ: & dicit, quòd hoc non pertinet ad logicum determinare.

B Deinde describit solertiam: dicens, quòd solertia est quædam subtilitas inueniẽdi medium in non perspecto tempore: declarat tribus exemplis. Primum, quia aliquis videns, quòd luna semper est illuminata versus solem, statim intelligit propter quid hoc est, scilicet, quia illuminatur a sole: ipse habet solertiam. Secundum exemplum. si aliquis videat diuitem disputantẽ cum paupere: & statim intelligat, quòd hoc est, quia diues mutauit pecuniam pauperi quam non restituit: talis dicitur solers. Tertium exemplum, si aliquis videns duos qui prius erant inimici esse amicos: si intelligat statim, quòd hoc est quia facti sunt inimici alicuius tertij ille dicitur solers.

C *An de eodem obiecto possit simul, & semel haberi scientia, & opinio.*

QVAERITVR vtrum de eodem obiecto possit haberi scientia, & opinio simul, & semel, vel successiue. Et arguitur primo, ꝙ simul, & semel: quia simul, & semel possum cognoscere illas duas propositiones homo est risibilis, & homo currit: ergo de eodem simul, & semel habetur scientia, & opinio: puta de homine. Secundo sic: Ex opinione fit scientia: igitur de eodem obiecto simul habetur opinio, & scientia: Antecedens probatur: quia ex noticia incerta, & non firma fit notitia certa.

Tertio sic, quia si de eodem obiecto non posset simul, & semel haberi scientia, & opinio: hoc maxime esset propter istam contradictionem, ꝙ assentiret conclusioni sine formidine, & non assentiret sine formidine: sed hoc non sequitur, quia licet bene sequatur, iste habet opinionem de ista propositione: ergo assentit cum formidine: non tamen sequitur, iste habet scientiam de eadem propositione: ergo assentit sibi sine formidine: sed solum sequitur: ergo assentit illi propositioni sine formidine per scientiam. Quarto sic: Illud, quod scitur ab vno, opinatur ab alio: & eidem ab eodem potest sciri, & opinari in diuersis temporibus: igitur de eodem potest haberi scientia, & opinio. D

Quinto sic: Actus scientialis est actui opinatiuo composibilis respectu eius, de obiecti: ergo scientia, & opinio sunt compossibiles adinuicẽ. Accidẽs patet: quia

E quia pōt esse aliquis actus scientialis, adeo intēsus, quòd erit generatiuus scientiæ: sed talis compatitur secum in intellectu habitum opinatiuum: quia vnicus actus bonus non corrumpit habitum malum: ergo nec vnicus actus scientialis corrumpit habitum opinatiuum. In oppositum est Philosophus in textu. In quęstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. I.

Demonstratio duplex.

PRIMO sciendum, quòd duplex est demonstratio, scilicet vniuersalis, & particularis. Vnde aliqua demonstratio potest dici vniuersalis tripliciter. Vno modo, quia componitur ex terminis communibus, sic quòd illa dicitur magis vniuersalis, quę componitur ex terminis magis communibus. Aliomodo, quia cōponitur ex propositionibus, F quarum subiecta distribuuntur. Et istis duobus modis non capit Arist. demonstrationem vniuersalem in textu. Tertio, dicitur vniuersalis, quia cōponitur ex propositionibus de, secundum quòd ipsum.i.ex propositionibus compositis ex terminis conuertibilibus: & sic capit Philosophus in textu. Et sic ibi est demōstratio vniuersalis, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Et ibi est particularis, omnis triangulus habet tres: omnis isosceles est triangulus: ergo omnis isosceles habet tres. Ex quo sequitur, quòd demonstratio non dicitur vniuersalis ex eo, quòd conclusio sit ꝓpositio vniuersalis: nec particularis ex eo, ꝙ conclusio sit propositio particularis: & ēt tot modis potest dici demonstratio particularis, sicut vniuersalis ex opposito tñ ipsi⁹ vniuersalis. G

Sed restat vna difficultas: vtrū sit aliqua demonstratio contingens? Respondetur breuiter, ꝙ propositiones contingentes nō sunt proprie scibiles, vel demonstrabiles, capiendo demonstrationem, vel scientiam proprie.

Et si dicatur Arist. multotiēs demonstrat cōtingentes, vt istā, luna eclypsatur: & istā, terra est rotunda. Dico, ꝙ Arist. non demonstrat illas contingentes, nisi in quantum resoluendæ sunt in necessarias: vel nisi capiendo demonstrationem large pro demōstratione, per q̃ hr̃ assensus firmus de conclusione: siue hoc sit in ꝓpositionib⁹ necessariis, siue contingentibus: & ibi est vltim⁹ gradus cognitionis scientificæ.

Sco. li. 1. di. 3. q. 4.

Demonstrationis diuisio.

SECVNDO sciēdum, ꝙ demonstratio vnomodo diuiditur in affirmatiuam, & negatiuam: Vnde affirmatiua est cuius ambæ præmissæ sunt affirmatiuæ. H Negatiua, cuius altera præmissarum est negatiua. Et si quis arguat, ꝙ nulla sit demonstratio negatiua; quia in nulla tali prædicatur passio de subiecto, neq; videtur quòd tales ꝓpositiones sint per se. Dicitur ꝙ omnia illa, quæ dicta sunt de demonstratione, intelliguntur de demonstratione affirmatiua. Est tamen aduertendum, quòd ad veritatem istorum prius dictorum tres conditiones requiruntur. Prima, quòd talis demonstratio sit categorematica: sic quòd nulla præmissarum sit hypothetica, vel de hypothetico extremo: quia si sic, non oporteret, vt sic arguendo, omnis homo est rationalis, vel irrationalis:

A nullus homo est irrationalis: ergo omnis homo est rationalis: vnde ista demonstratio est affirmatiua, ex quo conclusio est affirmatiua, & tamen altera præmissarum est negatiua, scilicet minor. Secunda, quòd non arguatur in terminis infinitis: variando medium penes finitum, & infinitum; nam si sic, bene staret, quòd ambæ præmissæ essent affirmatiuæ, & quòd conclusio esset negatiua; & etiam è contra, vt patuit in prioribus. Tertia, quòd huiusmodi demonstratio sit ostensiua, & non ad impossibile; quia si demonstratio sit ad impossibile inferens finalem conclusionem negatiuam, tunc ambæ præmissæ, & eius cõclusio primi syllogismi erunt affirmatiuæ: & tamen tota demon-
B stratio erit negatiua, ex quo cõclusio erit negatiua: & si talis demonstratio ad impossibile inferat conclusionem finalem affirmatiuam: tunc vna præmissarum, & conclusio primi syllogismi erunt negatiuæ: & tamen tota demonstratio erit affirmatiua, ex quo conclusio finalis erit affirmatiua. Aduerte etiam, quòd demonstratio affirmatiua potest esse triplex: & etiam negatiua, scilicet quædã est de præsenti, quædam de præterito, & quædam de futuro: vt ista luna eclypsatur: infertur per hoc, ꝙ terra interponebatur inter solem, & lunam. Et proportionabiliter dicatur de aliis.

Demonstratio affirmatiua, & negatiua triplex.

TERTIO sciendum, quòd restat vna difficultas, quomodo propositio affirmatiua dicitur esse propositio prior propositione negatiua. Respondetur, quòd aliqua propositio dicitur prior alia dupliciter. Vnomodo, quia est simplicior: & sic omnis affirmatiua est prior sua negatiua; quia negatiua includit aliquid, quod non affirmatiua: puta negationem. Aliomodo aliqua propositio dicitur prior alia, quia est euidentior: & secundum hoc ponuntur aliquæ propositiones. Prima, propositio negatiua est firmioris euidẽtiæ, quàm affirmatiua sibi correspõdens: vt ista, nullum ens est non ens, quàm ista omne ens est ens quia negatiua est euidens gratia formę, cum teneat in omnibus terminis, & alia gratia materiæ: quia ista est falsa, chimera est chimera. Et dicitur probabiliter, puta tenendo vnam regulam, quòd a negatiua ad affirmatiuam variato prædicato penes finitum, & infinitum debet poni constantia subiecti: quia forte est vera, si instantiæ bene ponderentur. Et etiam posset dari ratio huius ꝓpositionis: quia negatiuæ ad sui veritatem non indigent aliqua suppositione, sicut affirmatiuæ. Secunda propositio, quę magis conceditur ab omnibus, quòd ꝓpositio de est, est euidentior, quàm propositio de inesse verbi gratia, sicut consueuimus dicere, ꝙ homo est animal: ita logici consueuerunt dicere, quòd animal inest homini: vbi debet capi inest pro prædicari: aliter non videtur propositio vera. Tertia propositio, quæ potest probabiliter poni, quòd propositio de possibili affirmatiua est euidentior, quàm affirmatiua de inesse: nam dato, quòd Deus adnihilaret omnes asinos aliquis dubitaret de ista, asinus est animal, vbi non dubita-

C *Affirmatio an prior negatione.*

D *Sco. li. 1. d. 38. q. 1. arg. 1. ante oppositum.*

E dubitabit.de ista, asinum possibile est esse animal. Quarta propositio, ꝓpositio de hypotetico extremo est euidentior simplici cathegorica, vt ista, qđ licet est, vel non est, est euidẽtior, q̃ ista quod licet est. Quinta propositio, propositio hypothetica de inesse, est euidentior propositione hypothetica modali composita ex contradictoriis: vt ista sortes currit, vel sortes non currit, est euidentior, quàm ista sortes potest currere, vel sortes nõ potest currere. Vltima propositio, propositio de, est secundo adiacente est euidentior, quàm propositio de est tertio adiacente: nam aliqui cõcesserunt multa esse, de quibus non concesserunt esse entia.

F QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas, Vtrum opinio, & sciẽtia possint esse de eodem. Pro cuius declaratione supponitur, quòd opinio potest capi dupliciter. Vno modo large pro omni assensu alicuius propositionis, siue contingentis, siue necessariæ, cum formidine de opposito: & sic dico, quòd scientia, & opinio possunt esse de eodem tanquàm de scibili, vel opinabili propinquo: & etiam remoto, non tamẽ simul, sed successiue. Alio modo capitur opinio pro assensu alicuius propositionis contingentis cum formidine de opposito: & tunc dico, quòd scientia, & opinio non possunt esse de eodem tanquàm de scibili, vel opinabili propinquo: licet bene tanquàm de scibili, vel opinabili remoto: cuius ratio est: quia scientia proprie dicta non est de contingentibus. Ex isto sequitur, quòd nec

An scientia, & opinio possint esse de eodem.

Sco. li. 3. dist. 24.

G scientia, nec opinio dicuntur ꝓpositio, cum sint assensus: & hoc tenendo, quòd assensus non est propositio. Ex istis potest clare videri, quomodo differũt sciẽtia, & opinio. Vnde opinio potest haberi sine argumentatione præuia, non autem scientia. Prima pars patet: quia aliter esset processus in infinitum: quia opinio proprie dicta est assensus propositionis, vel ergo ille assensus est genitus sine argumentatione præuia; & sic habetur intentum: vel cum argumentatione præuia: & tunc esset processus in infinitum: sed scientia non potest haberi sine demonstratione, saltem mediate, vel immediate. Et dicitur notanter mediate, quia non omnis scientia immediate habetur per demonstrationem: sicut patet de scientia habituali, quæ immediate generatur ex actibus frequenter reiteratis. Secundo patet de sciẽtia actuali, quæ fit ex inclinatione scientię habitualis, cum habitus inclinet ad cõsimiles actus, ex quibus generatur. Differunt secundo, quia scientiæ est assensus certus, & euidens, nõ autem opinio. Vnde ad hoc, quòd aliquis assensus sit certus, duæ conditiones requiruntur. Prima, ꝙ sit sine formidine de opposito. Secunda, quòd sit respectu propositionis firmiter veræ. Vnde euidentia est assensu, quo assentimus alicui propositioni propter aliquam ratione cogentem vel propter manifestam veritatem. Primum dicitur propter propositiones euidentes euidentia intrinseca, sicut sunt prima principia. Differunt etiam, quia scientia non potest esse nisi in respe-

H

Conditiones assensus certi.

A in respectu propositionis veræ: sed opinio potest esse, & respectu propositionis veræ, & falsæ. Quantum ad secundum articulum.

Art. 2. *An simul, & semel eiusdem sit scientia, & opinio.*

DVBITATVR primo, vtrum de eodem simul, & semel quis possit habere opinionem, & scientiam. Pro cuius declaratione supponitur, quod opinio, & scientia capiuntur dupliciter. Vnomodo pro opinione, aut scientia actuali, qua intellectus actualiter assentit ipsi propositioni. Aliomodo pro opinione, vel scientia habituali, quæ est quædam qualitas habitualis genita ex assensibus actualibus inclinans ad actus consimiles illis, ex quibus generatur, hoc supposito dicitur primo, quòd opinio actualis non B est composibilis scientię actuali: nec habitualis habituali respectu eiusdem propositionis, & in eodem intellectu: quia non est posibile aliquem intellectum naturaliter assentire alicui cum formidine, quod est euidenter, & sine formidine sibi notũ. Nam tunc prædicamenta cõtradictoria dicerentur de eodem. *Sco. vt supra.* Dicitur secundo, quòd scientia actualis est bene composibilis cum opinione habituali: quia non semper necesse est actum scientiæ esse tam intensum, quòd cito corrumpat opinionem. Dicitur tertio, quòd opinio actualis bene stat cum scientia habituali: quòd potest probari sicut prima. Dicitur quarto, quòd opinio habitualis, & scientia habitualis non stant simul in eodem respectu eiusdem: quia illi habitus habent adinuicem repugnantiam: quorum actus C adinuicem sunt actus repugnantes: sed actus scientificus: & actus opinatiuus in eodem repugnant: igitur & habitus. Sed *Dubitatio.* restat talis difficultas, vtrum ad aliquem habere scientiam, & opinionem simul de aliquo tanquàm de scibili propinquo, vel de opinabili propinquo sequatur illa contradictio, quæ communiter solet inferri: puta, quòd aliquis simul assentiret alicui cum formidine, & sine formidine: quia per opinionem assentimus cum formidine, & per scientiã sine formidine: ergo talis assentit cum formidine, & sine formidine. Dico, quòd nõ sequitur: nec potest aliud inferri, nisi quòd per opinionem assentit cum formidine: & per scientiam sine formidine, sed illa non contradicunt, igitur: Et similiter pos D set dici de scientia, & fide, quis enim posset assentire alicui euidenter per scientiam, & sine euidentia per fidem: sed non sequitur: ergo assentit euidenter, & non euidenter.

DVBITATVR secundo, probando, quòd non omnis opinio sit cum formidine: quia tunc sequeretur, quòd aliqua opinio alicuius veri esset falsa: & volo, quòd sit ista propositio, homo est animal: & de ipsa quis habeat opinionem: tunc talis opinabitur illud posse aliter se habere, quia alias non haberet formidinem de ipsa. Secundo sic, aliquis est actus quo intellectus considerat præcise propositionem esset veram, non considerando contingentiam: & talis est sine formidine: quia *An oĩs opinio sit cum formidine.*

E non respicit contingentiam sui oppositi: & talis actus est opinatiuus: cum per ipsum, & similes generetur habitus opinatiuus: cum non videatur aliquis alius habitus generari. Tertio sic: potest augeri opinio non augmentata formidine: igitur formido non est de essentia opinionis. Antecedens probatur. quia si quis dubitet de aliqua conclusione: quanto plures rationes probabiles adducentur: tanto diminuetur formido, & augebitur opinio: quia talis assensus per tales rationes intenditur. Quarto sic: actus oppinatiui non corrumpunt scientiam: igitur sunt sine formidine, consequentia patet: quia si haberem formidinem corrumperē scientiam: cum actus alicuius habitus corrumperet habitum op-
F positum. Antecedens patet: quia Aristot. adducit multas rationes probatiuas, & opinatiuas ad habendam scientiam.

Pro solutione supponitur: quod opinio aliquando capitur pro prçsumptione, qua quis præsumit se scire aliquid, quod non scit: & sic non est nisi assensus temerarius, quo quis assentit se habere scientiam de aliquo, & non habet: & sic non capitur hic: quia tunc est quædam species erroris. Alio modo accipitur pro assensu cum formidine de eius opposito: & sic capitur hic, & tunc respondetur ad rationes. Ad primam dico, quòd opinio potest esse de aliquo vero necessario: & dico, quòd non est necesse, quòd opinans aliquid existimet illud posse aliter se habere, nec ad hoc sequitur, quòd G opinetur sine formidine: Aliud enim est timere de opposito, & illud existimare posse aliter se habere. Ad secundam dicitur, quòd si tales considerationes sint cum formidine de opposito, ex ipsis generabitur opinio: si sine formidine, generabitur alius habitus, & non ipsa opinio. Ad tertiam dico, quòd intelligendo formidinem esse de essentia opinionis, idest per se consequens opinionem: nego consequentiam: & hoc patet instantia, & maxime de suspitione, quæ non est sine formidine: & tamen quanto aliquis magis suspicatur, tanto minus formidat. Et si quis dicat: ergo poterunt adduci tot rationes: probabiles, quòd nihil erit de formidine, & sic erit opinio sine formidine. H Dico, quòd si desinat esse formido non plus erit opinio, sed vnus alius habitus. Ad quartam dicitur, quòd actus opinatiuus corrūpunt scientiā si inueniant eam: & ad improbationem dicitur, quòd illæ rationes quas adducit Ari. ad habendam scientiam non sunt opinatiuæ, neq; capiuntur cum formidine: vnde secundum Commentatorem in scientijs demōstratiuis Arist. adducit rationes probabiles aliquando ante demonstrationem ad exercitandum, & dubitandum: aliquando post, vt faciat conuenire sermones probabiles cum demonstratiuis. Et si quis prius habuerit scientiam de conclusione, & tunc postea fierent probationes dialecticæ, quæ habent generare opinionem. Dico, quòd illę probationes

A nes tunc nihil causant: quia impeditur effectus ipsarum.

Sco. li. 3. dist. 24.

An de casu, & fortuna, & fortuitis sit scientia.

DVBITATVR tertio, vtrum de fortuna, & casu, & etiam de alijs, quæ sunt a casu, & a fortuna sit scientia. Et respondetur breuiter, ꝙ casus, & fortuna, & etiã alia, quę sunt a casu, & fortuna possunt capi dupliciter. Vnomodo logicaliter: & sic dico, ꝙ non sunt aliud quàm propositiones contingentes verę, & in paucioribus: & sic de casu, & fortuna & de alijs quæ sunt a casu, & fortuna, non est proprie scientia. Aliomodo capiuntur physicaliter, & quodãmodo primi intentionaliter: & hoc dupliciter. Vnomodo pro per se significato: & sic fortuna non est aliud quàm respectus agentis liberi ad effectum productum non intentum ab eo. Et casus est respectus agens B naturalis ad effectum ab eo productum præter intentionem seu inclinationem. Aliomodo capiuntur pro denominato: & sic fortuna non est nisi agens liberum producens aliquem effectum ab eo non intentum: & casus non est nisi agens naturale producens aliquem effectum ab eo non intentum: & sic dico, quòd de casu, & fortuna potest esse scientia tanquàm de scibili remoto: de quo magis videbitur in secundo Physicorum.

Alia difficultas, vtrum demonstratio ostensiua sit potior demonstratione ad impossibile. Et videtur, quòd non, quia demonstratio ad impossibile magis cogit cum fundetur in primo principio. Respondetur, quòd non magis cogit: quia nulla est species argumentationis, quæ sit ita C efficax ad inferendum, vel concludendum, sicut syllogismus ostensiuus: & etiam propter hoc vna demonstratio non dicitur potior alia: vt visum est in textu. Alia difficultas, vtrum solertia sit vnus habitus. Respondetur, quòd solertia potest capi dupliciter. Vnomodo pro quadam promptitudine, seu habilitate inueniendi medium, seu causam alicuius in non perspecto tempore, idest paruo tempore: & sic dico, quod non est habitus. Aliomodo accipitur pro quadam qualitate acquisita ex frequentatione illorum actum: & sic bene est habitus. Alia difficultas vtrum omnium syllogismorum sint eadem principia. Ad quam respondetur breuiter, quòd omnium syllogismorum possunt esse eadem principia D formalia saltem in genere quæ sunt modus, & figura: sed non eadem principia materialia. cum non omnium syllogismorum sint eædem propositiones.

An solertia sit vnus habitus.

An syllogismi sint eadẽ principia.

Alia difficultas, & vltima: vtrum per sensum possumus habere scientiam? Pro cuius responsione supponitur, quod illa propositio habet duplicẽ sensum. Vnus sensus est: vtrũ sensus requiratur, seu cõferat ad sciam habendã: & sic dr, ꝙ sic. Alius sensus est: vtrum aliqua noticia sensitiua dicatur sciẽtia? Et videtur, quòd sic nam aliqua est noticia sensitiua adhesiua certa, & euidens alicuius propositionis: igitur. Respondetur, quòd ista nomina, scilicet scientia, & opinio, sunt imposita ad placitum,

An scientia sit per sensum.

E scilicet solum pro noticijs intellectualibus: & sic nulla noticia sensitiua dicitur scientia. Quantum ad tertium articulum sit.

Art.3. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Aliquando de eodem potest esse scientia, & opinio saltem successiue, & in diuersis, & aliquando non, secundum quòd diuersimode capitur

F opinio. Ad rationes. Ad primam patet solutio. Ad secundam dicitur, quòd verum est, si ly ex, dicat circunstantiam ordinis: sed non si dicat circunstantiam causæ: ita quòd non est aliud dicere, quàm, quòd idem actus intellectus continuatus ab ipso intellectu potest esse primo opinatiuus: sed destructa formidine propter aliquas rationes, ille idem actus potest G dici scientificus. Ad tertiam dicitur, quòd non sequitur illa contradictio, sed potest dici, alia contradictio, scilicet, quòd eadem propositio esset euidens, & non euidens eidem intellectui.

Ad quartam, & quintam patet solutio. Et aduerte, quòd dato quòd in eodem intellectu simul, & semel esset medium H probabile, & necessarium: adhuc tamen non sequeretur, quòd generetur scientia, & opinio de eodem obiecto in eodem intellectu: quia medium necessarium est fortius: ideo generaret suum effectum, scilicet scientiam: & hoc supposita naturali inclinatione intellectus, quæ est ad magis assentiendum vero, quàm falso.

A POSTERIORVM C

ANALYTICORVM ARISTOTELIS.

LIBER SECVNDVS.

QVAESTIONES æquales sunt numero his, quæcunq; verè scimus, Quærimus autē quatuor: quia propter quid, si est. & quid est. Cū enim vtrum hoc insit, aut hoc quærimus in numerum ponētes, vt vtrum sol deficiat, aut B non, ipsum quia quærimus.

ISTE est secundus liber Posteriorum, in quo Philosoph⁹ determinat de quę stionibus verè scibilibus. Et diuiditur in tres tractatus. In primo determinat de numero ipsarum, & intendit duas conclusiones, quarum prima est, quæstiones verè scibiles sunt æquales his, quæ verè scimus. Et sunt quatuor quæstiones verè scibiles, scilicet si est, quid est, quia est, & propter quid est. Exemplum de si est: vt cum quæritur, vtrum Deus est: & quę ritur de esse rei simpliciter. Exēplum de quæstione quid est: vt cū cognoscimus, quòd Deus est, quærimus quid est Deus. Exemplum de propter quid est, vt qñ cognoscimus, quòd sol eclypsatur: quærimus propter quid sol eclypsatur. Secunda conclusio, omnes quæstiones scibiles quærunt de medio, quod probat ratione, & signo. Ratione sic, omnis quæstio vere scibilis quærit de causa: sed medium in demonstratione est causa: ergo omnis quæstio quærit de medio. Maiorem probat, quia omnis quæstio quærit de illo, quod requiritur ad habendum scientiam de conclusione demonstrabili: sed omne tale dicitur quodāmodo causa scientiæ: igitur. Et subdit, quod D quid est, & propter quid est, idē quærunt: nam per idem respondetur ad vtranque: nam si quæratur, quid est eclypsis lunæ? Respondebitur, quòd est priuatio luminis in luna, propter interpositionem terræ inter solem, & lunam. Et si quæratur propter qd luna deficit: etiam respondetur propter priuationem luminis in luna, propter interpositionem terræ inter solem, & lunam. Signo sic probat: quia si medium sit nobis notum, cessat omnis quæstio: ergo signum est, quòd omnis quæstio est quæstio medij. Antecedēs probat exemplo: quia si essemus supra lunam, &

Quæstiones scibiles quæ et quot.

E videremus interpositionem terræ inter eam, & solem: tunc non quæreremus, vtrum luna eclypsetur: neque propter quid eclypsatur. Finaliter remouet paruum dubium, quia dictum est superius, quòd per sensum non habemus scientiam: nam si quis esset supra lunam, & videret lunã eclypsari, adhuc non haberet scientiam: & tamen hic dicitur, quòd nõ quæreret propter quid: respondetur, quòd non quæreret propter quid est talis eclypsis lunæ: tamen adhuc dubitaret, vtrum vniuersaliter sic fiat eclypsis lunæ.

An tantum sint quatuor quæstiones veræ scibiles.

QVAERITVR; Vtrum tantum sunt quatuor quæstiones veræ scibiles? Arguitur

F primo; quòd non: quia plura sunt dubitabilia, quàm quatuor: igitur plures erunt quæstiones scibiles. Secundo sic: omnis quęstio est quęstio medij: sed tantum est vnum medium: igitur tantum erit vna quæstio. Tertio sic: si est, & quid est, nõ sunt quæstiones veræ scibiles: igitur nõ sunt quatuor. Antecedẽs probat, quia si est, & quid est nihil præsupponũt per quod possint sciri; igitur non sunt quęstiones. Maior patet de si est: quia cum sit prima quęstionum nihil præsupponit ante se: sed de quid est patet: quia non præsupponit, nisi esse per quod non potest demonstrari: cum esse cuilibet rei creatæ accidit. Quarto sic: quia vel quęstio si est, quęrit de esse essentiæ, vel de esse existentiæ, non de esse essentiæ: quia

G non distingueretur a quæstione quid est: nec de esse existentiæ, cum tale accidat rei. Quinto sic: quid est, & propter quid est non differunt: igitur non sunt quatuor. Antecedens probatur, quia quælibet quærit de medio, quod medium non est scibile: igitur. In oppositum est Philosopus in textu. In quęstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione primæ partis quæstionis, supponitur primo, quòd quęstio potest capi dupliciter. Vnomodo, communiter pro omni propositione sumpta cum signo interrogatiuo, siue sit de contingentibus, siue necessariis, siue impossibilibus, & sic non capitur hic. *Art. 1.* *Quæstio dupliciter.*

H Aliomodo specialiter pro aggregato ex propositione necessaria scibili, & signo interrogatiuo: & adhuc sic non capitur hic, sed capitur pro propositione necessaria scibili, cui additur signũ quæsitiuum. Supponitur secũdo, quòd veræ scibile capitur dupliciter. Vnomodo pro illo, quod per veram demonstrationem est scibile: cuiusmodi est conclusio demonstrabilis: & sic sola cõclusio est vere scibilis. Aliomodo capitur vere scibile pro omni illo, quod est certitudinaliter cognitum, habita actuali demonstratione, & sic capitur hic. Ex quo patet, quòd non solũ quæstiones dicuntur in proposito veræ scibiles. Supponitur tertio, quòd duplex est quia est, scilicet principiorum, & illud est pręcognitio. Et quia est passionis, & illud est quæ-

A quæstio. Etiam duplex est quid est, scilicet quid rei: & illud est quæstio. Et quid nominis: & illud est præcognitio: licet etiam quid rei possit dici præcognitio: vt visum est in primo.

His præsuppositis dicitur, ꝙ habita actuali demonstratione quatuor veræ scimus: capiendo scire large. Primum, sibi est subiecti. Secundum, quid est subiecti. Tertium, quid est passionis, idest quòd passio inest subiecto. Quartum, propter quid passio inest subiecto: quia omnis demõstratio ostendit causam propter quam passio inest subiecto. Et hæc omnia scimus elicitiue demonstratione habita.

SECVNDO sciẽdum, quòd cum dicimus, aliquam quæstionem esse si est, vt quærendo, si

B homo est, ibi proprie debet capi si, pro vtrum: & est sensus, si homo est, idest vtrum homo est. Ex quo sequitur, quòd quęstio si est, non habet suum quæsitiuum: licet bene quæstio quid est: & similiter quæstio propter quid.

Sed videtur etiam, quòd improprie quæratur quia est, de aliquo: vt non proprie quærimus, quia homo est risibilis: ergo nõ debet poni aliqua talis quæstio quia est. Respondetur, quòd nomina sunt ad placitum instituta: & ideo Arist. & sui translatores vsi sunt hoc nomine quia est: pro tali genere quæstionis, siue talis vsus sit conformis modo loquendi nostro, siue non.

Aduerte tamen, quòd demonstrator, & dialecticus diuersimode formant suas quæstiones: nã dialecticus format suas quęstiones, quærendo de vtraque parte contradictionis sub quadam

C disiunctione: sed demonstrator quærit solum de vna parte contradictionis proponendo determinate vnam partem contradictionis, puta veram, & necessariam; vt vtrum homo est risibilis, quam ipse vult demonstrare, vel scire per demonstrationem.

TERTIO sciendum, quòd prædictæ quæstiones multipliciter differunt inter se. Primo, quia quæstio si est, & quid est, se tenent ex parte subiecti: sed quæstio propter quid, & quæstio quia est, se tenent ex parte prædicati. Primum patet, quia quęstio si est: quærit de esse subiecti: & quid est, quęrit de quidditate eius. Secundum patet, quia quæstio quia est, quærit de inhærentia prædicati ad subiectum: & propter quid quærit de causa illius inhærentiæ. *Quõ differũt prædictæ quões.*

D Secundo differunt, quia quæstio si est, & quæstio quid est, sunt quęstiones non ponentes in numerum, idest quærentes secundum adiacens: sed quæstio quia est, & propter quid est, sunt quæstiones ponentes in numerum: quia illud, quod quęrunt, importat aliquid, vel aliquam dispositionem circa illud, de quo quæritur. Et sic patet, quòd duæ sunt quæstiones ponentes in numerum: & duæ non ponentes, scilicet si est, & quid est. Et ex istis potest videri qualiter differant tales quęstiones adinuicem.

QVARTO sciendum, Vtrũ tantum sint quatuor quæstiones scibiles: & an sint æquales numero his, quæ veræ scimus. Pro *Quot sint quões scibiles.*

E cuius ſolutione ſupponitur, q̃ iſta propoſitio Tãtum ſunt quatuor quæſtiones ſcibiles: habet duplicẽ ſenſum, ſcilicet propriũ, & improprium. Proprius ſenſus eſt, quatuor ſunt quæſtiones ſcibiles, & non plures, quàm quatuor: & ſic ille ſenſus eſt falſus. Alius ſenſus eſt improprius: & eſt, quatuor ſunt quæſtiones ſcibiles non coincidentes in ſuis rationibus formalibus: & non ſunt plures ſic diſtinctæ in ſuis rationibus formalibus. Ex quo ſequitur, quòd cum dicitur, q̃ non ſunt niſi quatuor quæſtiones ſcibiles: hoc non eſt intelligendum de diſtinctione numerali: quia ſic ſunt multo plures, quàm quatuor: nec eſt etiam intelligendum de diſtinctione ſpecifica quæſtionum: quia etiam ſic ſunt multo plures, quàm quatuor: nam quæſtiones metaphyſi-

F cales diſtinguũtur ſpecie ſpecialiſsima a quæſtionibus naturalibus: debet ergo accipi ad ſenſum prius datum. Ex quo patet quomodo debet intelligi propoſitio Philoſophi, in qua dicitur, quòd quæſtiones verè ſcibiles ſunt æquales numero his, quæ verè ſcimus, quæ habet duos ſenſus: Vnus eſt, quòd tot ſunt in numero quæſtiones ſcibiles, quot ſunt ſcibilia: & ſic non capit Ariſtotel. Alius ſenſus eſt, quòd tot ſunt genera quæſtionum ſcibilium, quot ſunt genera ſcibilium. Et ſic volebat capere Ariſt. vel ſic: quòd omnis quæſtio ſcibilis eſt propoſitio ſcibilis, & è contra. Et hoc de primo articulo. Quantum ad ſecundum.

Art. 2. DVBITATVR primo. Vtrũ omnis quæſtio ſit quæſtio medij? Pro cuius declaratione ſupponitur, quòd quæſtio ſcibilis proprie eſt propoſitio dubitabilis cum ſigno dubietatis conſtituta. Ex quo patet, quòd quæſtio eſt propoſitio mediata, quæ medio inuento fit nobis certa: dummodo tale mediũ bene applicetur. Et quia in omni quæſtione quærimus habere euidentiam de illo, quo quærimus: ideo omnis quæſtio eſt quæſtio medij quęrens illud medium, per quod habetur euidẽtia de tali quæſtione. Supponitur ſecundo, quòd medium capitur dupliciter. Vno modo, pro termino, qui bis ponitur in præmiſsis alicuius ſyllogiſmi: & ſic non capitur medium cum dicitur, quòd omnis quæſtio eſt quæſtio medij: quia ibi capitur medium pro illo, quo inuento ceſſat dubitatio: modo bene ſtat, quòd habeatur tale medium, vbi non ceſſaret dubitatio. Alio modo capitur pro omni illo, quod inſtrumentaliter requiritur, & ſufficit ad hoc, quòd habeatur ſcientia de aliqua concluſione, ſeu propoſitione mediata: & ſic capitur cum dicitur, quòd omnis quæſtio eſt quæſtio medij: vnde cum quærimus: vtrum homo ſit: quęrimus ſcientiam huius, quod eſt, homo eſt. Et cum quærimus, vtrum homo eſt riſibilis, quærimus ſcientiam huius; quod eſt, homo eſt riſibilis: & ſic de aliis quæſtionibus.

G *An om̃is q̃stio sit q̃stio medij.*

H

DVBITATVR ſecundo: Vtrum quæſtio quid eſt, & quæſtio propter quid eſt, ſint quæſtiones per demonſtrationem verè ſcibiles adinuicẽ diſtinctæ. *Dubium de q̃ne quid est, et q̃a est,*

A Pro cuius solutione supponitur primo ꝙ aliquid dicitur esse sci bile dupliciter. Vnomodo propriè tāquam illud quod scitur: cuiusmodi est conclusio scibilis per demonstrationem: & sic solum quæstio quia est, est propriè scibilis. Aliomodo dicitur aliquid scibile per demonstrationē elicitiuę; quia per demr̄ationem potest elici eius noticia; & sic quatuor quæstiones dicuntur scibiles per demr̄ationē; quia ex quo per demr̄ationē habetur notitia de cōclusione tanquam de eo quod directè scitur, statim habetur elicitiuè notitia aliarum quæstionum. Aduerte tñ ꝙ istæ quæstiones non dicuntur sciri per demonstrationem nec elicitiuè, nec directè, eo ꝙ formaliter ingrediuntur demonstrationem, sed quia per demonstrationem sciuntur illa de quibus quærunt: & sic terminantur per demonstrationem.i.notificā
B tur. Supponitur secundo, ꝙ istas quæstiones quid est, & ꝓꝑ quid est, esse distinctas ꝑt intelligi dupliciter. Vnomodo ex parte quæsiti, & sic dico ꝙ nō sunt distinctæ, cum quærant de eodē puta de medio: nam ipsum quid est, & propter quid est sæpe coincidunt: & sic intellexit Arist. istas quæstiones non esse distinctas. Aliomodo ex parte modi quærendi, & sic sunt quæstiones distinctæ; quia habent distinctos modos quærēdi. Nam quæstio quid est quærit de quidditate rei simpliciter & absolutè. & quęstio propter quid, potest quęrere illud idem sub illa ratione qua est causa sic essendi, sicut significatur per conclusionem, & sic bene distinguuntur. Ex quo patet ꝙ quæstiones scibiles sunt terminabiles per demonstrationem.i.notificabiles, vel directè, vel elicitiuæ. C

DVBITATVR tertio. Vtrum quæstio si est, sit terminabilis per demonstrationem. Pro cuius declaratione supponitur, quòd quæstio si est, quærit de esse existentię aptitudinali, vel possibili subiecti: ita ꝙ sit sensus, Vtrum hō est.i.vtrum hō sit natus, vel possit esse. Et est duplex esse existentiæ.s.actuale & aptitudinale: qō.n.si est, non quærit de esse existentiæ actuali: nam tale dr̄ merè cōtingenter de subiecto supponente pro recreata: quia de deo dr̄ merè quidditatiuè & necessario: sed quærit de esse exisťetiæ aptitudinali, quod conuenit rei per se secundomodo: quod non est aliud quàm respectus aptitudinalis quo aliqd dr̄ formaliter aptum natum existere, & sic dr̄ ꝙ pōt demōstrari propter quid: quia omnis talis respectus, seu propō in qua est talis prædicatio est demr̄abilis per diffinitionē sui subiecti. Ex quo sequitur ꝙ qō si est, est terminabilis per demr̄ationē: nam qōnem si est, terminari per demonstrationem, non est aliud quàm talem propositionē puta hō natus est esse, vel aliquam sibi similem demr̄ari. Et si quis dicat; si qō si est posset terminari demonstratiuè, hoc maximè esset per quid est; sed hoc nō: qa si est prius cognoscitur q̄ quid est. Ad hoc dr̄ ꝙ licet si est, priꝰ cognoscatur q̄ quid est, cognitione imperfecta, & quo ad qa est; tamen perfectè & quo ad propter quid cognoscitur per ipsum quid est. Et hæc de secundo D

An qō si est, sit terminabilis ꝑ demonstrationē.

Esse existentia duplex.

cundo

B cundo articu. Quantum ad tertium sit.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis. Tantum sunt quatuor quæstiones veræ scibiles, vt satis patet in articulis. Ad rationes. Ad primam patet solutio & etiã ad secundam, vel posset dici ꝙ licet esset tãtum vna quæstio generalis puta medij, tñ possunt esse plures speciales. Ad tertiam dicitur, ꝙ licet si est, & quid est nihil præsupponant in ordine quærendi; tamen propter hoc non sequitur, quin non sint quæstiones, quia aliquid præsupponũt in ordine cognoscendi. Ad quartam & quintam patet solutio in artic.

F QVOMODO autẽ quòd quid est demõstratur. & quis modus introductionis: & quid est diffinitio.

Quod qd est quo de terminatur. ISTE est secundus tractat⁹ huius libri, in quo philosophus determinat quomodo quò d qd est determinetur. Et diuiditur in septem capitula. In primo ponit tres conclusiones, quarũ prima est; Non omnis cuius est demonstratio, est diffinitio; probat quatuor rõnibus. Prima est; demr̃atio est alicuius propõnis negatiuæ, & et alicui⁹ affirmatiuæ, sed illorũ nõ est diffinitio igr̃. Secunda rõ: eorũ q̃ sunt, est demr̃atio, sed diffões sunt sine esse, vel nõ esse; igit. Tertia rõ; aliqd scit per diffinitionẽ, qđ non scit per demr̃ationẽ, & id et aliquid sciri per demr̃ationẽ, quod nũq̃ sciet p diffinitionẽ; ergo non oẽ quod scit per demr̃ationẽ, scit p diffõnem. Quarta rõ: ꝗ̃libet ⁊ius substantiæ, & incomplexi est diffõ, nõ aũt demr̃atio; ergo non oĩs cuius est demr̃atio est diffõ. Ex G isto passu hr̃ ꝙ solius substãtiæ est diffõ, vbi debet capi substãtia largè pro oĩ incõplexo. Secunda conclusio, nõ oĩs cuius est diffinitio, est demr̃atio, pbat duabus rõnibus. Prima est, quia tunc seqretur ꝙ illud quod natũ est cognosci per demr̃ationem, cognosceret non habita demr̃atione; quia natum esset cognosci per diffinitionẽ, secũda ratio, diffões sunt principia demr̃ationũ, sed principia demr̃ationũ non sunt demonstrabilia, tum alias esset processus in infinitũ: ergo diffões non sunt demonstrabiles, & per consequens nõ omnis cuius est diffinitio, est demonstratio. Tertia cõclusio, nullius & eiusdẽ est diffinitio & demonstratio: probat tribus rationibus. Prima ratio: quia diffini- H tio facit cognoscere quid est: sed demonstrationes præsupponunt illud; igitur. Secunda ratio: omnis demonstratio ostendit aliquid de aliqua: sed diffinitio hoc non facit, igitur. Tertia ratio, demonstratio ostendit quia est, & diffinitio qd est, sed ista sunt diuersa neq; vnum est pars alterius: ergo eiusdem non est demõstratio & diffinitio. Et hoc remouet philosophus vnũ dubium, aliquis posset dubitare an diuersorum possit esse eadẽ demonstratio. Dicit philosophus ꝙ non, nisi vnum sit pars alterius .i. ꝙ vnum sit sub alio sicut est pars subiectiua sub suo toto, vt si ostensum fuerit triangulum habere tres angulos, etiam potest ostendi de isoscele; vnde infert quòd diffinitio & demonstratio non sunt idem.

Ipsius

A Ipsius autem quòd quid est utrũ syllogismus sit & demonstratio aiũt non: sicut nũc ratio suppoñt.

An quod quid est possit demonstrari de eo, cuius est.

Istud est secundum capitulum in quo philosophus inquirit disputatiuæ, vtrũ ꝙ quid est seu diffinitio possit demr̃ari de eo cuius est, i. de diffinito in ratione ꝙ quid est. i. sub ratione diffõnis, & intendit quatuor conclusiones. Prima est ꝙ quid est, non potest demonstrari de eo cui⁹ est, in eo ꝙ quid est, per syllogismum reduplicatiuum, quia, vel in tali syllogismo præmisse sumerentur cum reduplicatione vel sine reduplicatione. Non secundum, quia tunc ex ipsis non sequeretur reduplicatio. Nec primum, quia
B tunc in talis processu esset petitio principij, quia in minore prædicaretur diffinitio de diffinito cum reduplicatione, vt arguendo sic, omnis numerus se ipsum mouens est causa viuendi sibi ipsi in eo, ꝙ quid est, sed anima est numerus seipsum mouens in eo quòd quid est, ergo anima est causa viuendi sibiipsi in eo ꝙ quid est, ibi sumitur petitio principij, igitur. Secunda conclusio, quòd quid est, non ostenditur syllogistice de eo cuius est per syllogismum diuisiuum: qđ probat: quia arguendo per diffõnem conclusio non sequitur de necessitate ex præmissis immo petitur principium: quia semper aliquid sumitur tanquam probatũ quod non est probatum vt: sic arguendo, corporum aliud est animatum aliud inanimatum: sed hõ non est copus inanimatum: ergo hõ est corpus animatum: ibi non sequitur conclusio, nisi rñdẽs concedat istã, hõ est corpus: immo petitur principium. Tertia cõclusio: ꝙ quid est, non potest oñdi de eo cuius est in eo ꝙ quid est ꝑ diffinitione: ꝓbat duobus rationibus. Prima: quia in tali processu esset petitio principij; quia in añte sumeretur illud qđ debet concludi. Secunda rõ: qa syllogizando conclusionẽ affirmatiuam vel negatiuã nõ oportet cape diffinitiones syllogismi: ergo ad concludendum ꝙ quid est, de aliquo nõ oportet capere diffinitionẽ ipsius diffõnis; probat etiam: quia ꝙ quid est, non põt demr̃ari de eo cui⁹ est in eo ꝙ qd est per diffinitionẽ contrarii: quia ibi esset petitio principii: quod declarat per exemplũ: vt si aliquis oñderet ꝙ oẽ indiuisibile est ꝙ quid est ipsius mali, añs erit ita notum, sicut & consequens; igitur. Quarta conclusio; ꝙ quid est, non potest oñdi de eo cuius est per syllogismũ demoñratiuũ: probat quadrupliciter. Primo: quia ꝙ quid est nõ est demr̃abile de eo cuius est: qa non potest syllogizari de eo cuius est in eo ꝙ quid est: igitur. Secundo sic: diffinitio vnũ solũ oñdit. s. quidditatẽ rei: ergo a syllogismi demr̃atio vnũ solũ oñdit. s. oñdit, quia est; ergo non oñdit quid est. Pro tertia ratione supponit ꝙ non potest sciri de aliquo quòd quid est nisi sciatur quia ipsum est; tũc arguitur sic: illud quod præsupponitur in demr̃atione nõ demonstratur: sed quòd quid est præsupponitur in demr̃atione, igit. Quarta ratio: sicut se habet diffinitio ad quia est, ita demr̃atio ad quid est: sed

C (right margin) — D (right margin)

E diffinitio non ostendit quia est; ergo demonstratio non ostendit quid est.

ITERUM autem speculandum est quid eorum dicitur bene,& quid non bene.

ISTVD est tertium capitulum,in quo ostēdit philosophus quō terminatur ꝙ q̄d est,& ponit duas cōclusiones,quarū Prima est:ꝙ quid est,ꝑt demonstrari de eo cuius est per aliud ꝙ quid est,sed nō in eo quòd quid est: probat: quia stat aliquod diffinitum habere plures diffinitiones, quarum vna demonstratur de diffinito per aliam: ideo quòd quidem,demonstratur de eo cuius est ꝑ aliud quod quid est: & subdit ꝙ talis modus arguendi non est propriè demonstratio, sed magis syllogismus dialecticus. Secunda conclusio: sicut impossibile est cognoscere ꝑꝑ quid:non cognoscendo quia est; ita impossibile est cognoscere quid est,nō cognoscēdo si est, licet bene e contra. Et hoc declarat per exempla. Primum: vt si sciatur defectus luminis in luna propter interpositionem terræ inter solem & lunam, cito scitur ꝙ luna eclypsatur,vt sic arguendo, omne carens lumine ꝑpter inter positionem terræ inter solem & lunam,eclypsatur, sed luna est huiusmodi; igitur luna eclypsatur. Secundum exemplum: vt si cognoscamus quòd tonitruum est sonus factus in nube, propter inclusionē ignis in nube, cito sciemus, quòd tonitruum est. Et ex istis infert, quòd diffinitionum quædam est quid rei, alia quid nominis. Quid rei, quædam est dicens quid tantum: quædam vero propter quid tantum: quædam est dicens quid & propter quid simul;prima potest esse conclusio demonstrationis; vt tonitruum est sonus factus in nube. Secunda potest esse principium demō strationis: vt tonitruum fit extinctione ignis in nube. Tertia vero est, tota demonstratio positione differens: vt tonitruum est sonus factus in nube propter extinctionem ignis in nube.

Quod q̄d e. quō terminatur.

QVONIAM autem scire opinamur cum sciamus cām: causæ autem quatuor sunt.

ISTVD EST quartum capitulum, in quo ostendit philosophus ꝙ contingit idem demōstrari per plures causas,& intendit quinq; conclusiones. Prima: cum sint quatuor causæ, quælibet illarum potest esse medium demōstratiuum:quod probat ratione & exēplo. Rōne sic: quia per medium demr̄ationis scitur concluo: sed scire opinamur cū causam rei credim⁹ cognoscere: igr̄ medium demr̄ationis est cā. Exemplo probat in oībus causis. Primo in causa materiali;vt oīs triangulus,qui est medietas duorū angulorum rectorum est rectus,sed oīs triangulus cadens in semicirculo est medietas duorum angulorū rectorum: ergo omnis triangulus cadens in semicirculo est rect⁹. Vnde in isto syllogismo fit demr̄atio de toto per partes: & ideo dr̄ fieri per cām materialem, quia partes cōparatæ ad totum habent rōnem materiæ. Exēplū de causa efficiēte: vt quicūq; prius cōmiserunt bellum

Idē pt demōstrari per plures causas.

F

G

H

A bellum in iustum in Medos, iuste debellátur a Medis;sed Athenienses sunt huiusmodi; igitur: vnde commisisse bellum iniustum, est causa efficiens huius quod est iuste debellari. Exemplum de causa finali: vt si demonstraretur propter quid homo deambulat post cœnam, per hoc ꝙ vult sanari, est demonstratio per causam finalẽ: vt sic arguendo, omne quod facit non eminere cibum iuxta os ventris est causa sanitatis; sed ambulatio post cęnam est huiusmodi:igitur. Secunda conclusio: contingit idem demõstrari per plures causas: probat duobus exemplis. Primum; vt hæc conclusio, lumen apparet per pellem lucernæ: potest ostendi per causam materialẽ, oẽ corpꝰ minorũ partiũ necessario tran

B sit per poros largiores: sed lumen est huiusmodi:ergo necessario trãsit per poros largiores: vt sunt pori lucernæ; potest: ẽt ostendi per hoc, vt non lędamꝰ pedem de nocte: sic arguẽdo oẽ quod facit non lędere pedem de nocte exit per pellem lucernæ: sed lumen lucernæ facit non lędere pedem de nocte: igitur lumen exit perpellem lucernæ. Secundum exemplum est de hoc quod est tonare: potest enim ostendi per causam efficientẽ scilicet per extinctionem ignis in nube; potest etiã ostendi per causam finalẽ. Vnde ꝭm Pythagoram causa finalis tonitrui est vt terreantur illi qui sunt in inferno. Tertia conclusio:quilibet effectus existens simul cũ sua causa potest demr͂ari per illam ꝭm omnem differentiã tp̃is tã quo ad esse q̃ quo

C ad fieri: probat exemplo de crystallo, cuius causa est aqua densa propter defectum caloris:sequitur enim bene, aqua est densa propter defectum caloris: ergo crystallus est; etiam bene sequitur,condensatio aquę propter defectum caloris fuit; ergo,crystallus fuit;etiam condensatio propoter defectum caloris erit, ergo crystallus erit: etiam bene sequitur,condensatio aquę propter defectum caloris fit: ergo crystallus fit: & sic de alijs temporibus. Et videtur istud exemplum procedere per causam materialem:quia aqua condẽsata propter defectum caloris est materia crystalli. Quarta cõclusio: in causis,& causatis q̃ non simul sunt per causam,non potest demonstrari effectus ꝭm esse,nec ꝭm fieri: licet bene per effectum demonstretur causa

D quo ad esse vel fieri. Primam partẽ probat: quia ad talem causam non sequitur effectus: ergo effectus non potest: demonstrari per illam causam. Antecedens probat; quia vel sequeretur in tempore finito vel infinito. Non infinito; vt notum est: nec finito; quia quocunq; tempore finito dato siue sit præsens, siue præteritum, siue futurum,stat illam causam esse sine effectu:nam forte anno præsenti sunt lapides decisi, & non est murus eodem anno: igitur. Deinde probat pro illa parte: quia fieri causæ nõ simul existẽtis cum effectu, non infert fieri ipsius effectus: ergo per illam causam non demr͂atur ille effectus. Deinde probat secundam partem principalem .s. ꝙ per effectum demonstretur causa quo

ad esse

E ad esse vel fieri; & ponatur ꝙ a sit incisio lapidum, & b sit murus vel fundamentum, & c vltimus effectus: tunc arguitur sic: ex c sequitur b; & ex b sequitur a: ergo ex c sequitur a: quia quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad cõsequens. Quinta conclusio: in causis & causatis circulariter se hñtibus, possibile est circularis demr̃atio. probat per exemplum; vt ex pluuia generatur vapor: & ex vapore generatur nubes: & ex nube generatur pluuia: ergo talia circulariter se habent, & vnũ demonstratur per aliud. Finaliter remouet vnum dubium; nam diceret aliquid ꝙ non sem per ex pluuia generatur vapor nec ex vapore nubes: nec ex nube pluuia; ergo ista non demonstrant seinuicem. Respondetur ꝙ eorum, quæ fiunt, quædam fiunt semper: vt eclypsis lunæ; alia fiunt frequenter; vt ista tria vnde illa, quæ fiunt semper demonstrantur per mediũ vt semper: & illa quæ frequẽter, demonstratur per medium vt frequenter.

F

An quod quid est aliquomodo de eo cuius est possit demonstrari.

QVAERITVR Vtrum quòd quid est, possit demonstrari aliquo modo de eo cuius est. Arguitur primo quòd non; quia eiusdem non potest esse diffinitio & demonstratio: quia diffinitio est incomplexi: demonstratio est complexi. Secundo sic: ꝙ quid est potest demr̃ari de eo cuius est: igitur. Añs patet; q̃a omne quod habet causam, potest demonstrari per illam, sed quòd quid est, habet causam, quia omne aliud à deo habet cãm, igit. Tertio sic, cõclusio demr̃ationis põt demr̃ari, sed aliqua est diffinitio q̃ est conclusio demonstrationis: ergo quòd quid est, põt demõstrari de eo cuius est. Maior patet de demonstratione in qua demõstratur diffinitio materialis per formalem. Quarto sic, & quòd ipsum possit ostendit per syllogismum diuisiuum, quia syllogismus diuisiuus sufficienter accipit omnia prædicata essentialia diffiniti, igitur per ipsum poterit demonstrari quòd quid est, de eo cuius est. Quinto sic, causa finalis non potest aliquid demr̃are: ergo male dr̃ ꝙ q̃libet cã pt esse medium demr̃ationis: Añs patet, quia demr̃atio procedit ex prioribus, sed finis habet rationem vltimi: igitur. In oppositum est. Arist. in textu. In q̃ōne erunt tres artic. Quantum ad primum.

G

H

PRIMO sciendum, quòd diffinitio diuiditur in diffinitionem quid nominis, causalem, descriptiuam, & quidditatiuam vnde diffinitio q̃d nominis, est qua conuertibiliter, & synonimæ explicat quid, qualiter, & quomodo per diffinitum significatur implicitè, & capitur ibi quid nominis largè, vt se extendit ad omnem dictionem, ita ꝙ diffinitio quid nominis propriæ dicta & interpretatio adinuicem conuertuntur: vt alias visum est in summulis. Ex quo sequitur, ꝙ quicquid significatur ꝑ diffinitionem quid nominis, significat etiam præcisè per diffinitũ. Ex quo videtur sequi ꝙ diffinitio chi- *Diffinitio quotuplex.*

A tio chimere in qua dicitur, chimera est ens cõpositum ex impossibilibus posse componi significat omne ens & omne compositum cum ipsa ponatur ens compositũ,& per consequẽs etiã ille terminus chimera, & tũc pt dici pbabiliter ꝙ sic diffiniẽdo chimerã, ꝙ chimera non signat chimeram; quia illo modo chimeram esse est impossibile, siue imaginabile, modo hoc verbum significat, nõ ampliat vltra imaginabilia. Et siquis dicat, dr .n. cõiter quòd chimera est ens imaginabile. Dr quòd tunc capitur chimera p cõposito ex cauda draconis, & capite leonis, & sic de alijs, & tunc chimera bene significat chimeram. Supponitur vlterius quòd nullus terminus simplex propriæ diffinitur diffinitione quid nominis,
B sed solum terminus complexus qui subordinatur conceptui cõplexo. Ex quo sequitur quòd terminus & diffinitio quid nominis propriæ debent subordinari eidem conceptui. Vltimus notatur quòd diffinitio qd nominis prædicatur de suo diffinito, non solum secundum suppositionẽ personalem, sed etiam secũdum suppositionem materialẽ, quia nõ oportet diffinitionẽ quid nominis, & suum diffinitum pro aliquo supponere: & tunc illa diffinitio non est verificabilis de diffinito secũdum suppositionẽ personalem. Ex quo patet quòd qñcunq; diffinitio quid nominis demõstratur de diffinito mediãte isto verbo est: tunc hoc verbũ est, debet resolui in hoc verbũ significat: ita quòd capitur actus exercitus pro actu signato: vt cum dicitur chimera est ens cõpositũ &c.i. ista dictio chimera C signat tm̃ quantum hoc complexum ens compositum &c.

Diffinitio cãlis quid. SECVNDO sciendum, ꝙ diffinitio causalis, est quæ datur per terminum vel terminos, causam vel causas diffiniti significantes. vnde in tali diffinitione primus terminus se hẽt vt genꝰ; & omnia alia vt differẽtiæ & determinationes: ita ꝙ quando volumus aliquid diffinire, debemus primo termino diffinitionis tot alios terminos addeř donec talis diffinitio conuertatur cũ diffinito: et sicut quadruplex est causa, ita quadruplex potest esse diffinitio causalis. Et aduerte ꝙ termini significantes causam vel causas, debent poni in obliquo: quia si poneretur in recto, tunc illa diffinitio non esset bona: cum deberet supponere pro eodem: modo terminus cau D salis & terminus effectus nunq̃ possunt supponere pro eodem. Aduerte vltimus, ꝙ aliqua diffinitio causalis aliqñ solum datur per vnus genus causæ, vt demõstratio est syllogismus faciens scire: vbi communiter dr̃ quòd datur per causam finalem. Dicunt tñ aliqui ꝙ est effectualis, .i. data per effectum; quia scire est effectus demr̃ationis & non causa; & faciliter posset exẽplificari de oibus alijs causis. Et aduerte ꝙ iste diffinitiones causale; valet ad demr̃andum ꝓpter quid: quia demonstratio ꝓpter qd debet manifestare cãm quare ita est, sicut per cõclusionẽ significatur, & vna diffinitio cãlis qñq; demr̃atur per aliã. Aduerte tñ ꝙ inter oĩa gña diffinitionũ: diffinitio qd nois est notissima: ideo p ipsam pñt demõstrari aliq

E ri aliç diuisione de diffinito. Aduerte finaliter ꝙ diffinitio q̄ datur per causam efficientem, formalem, & finalem vocatur communiter diffinitio formalis; eo ꝙ illæ causæ coincidunt cum forma.

Diffinitio quidditatiua quid. Tertio sciendum ꝙ diffinitio quidditatiua, est oratio indicans quid est esse rei per essentialia. Pro quo est aduertendum: ꝙ per quid esse rei non intelligo nisi rem seu ipsum diffinitum; vt quid est esse rei hominis, est ipse homo. Vnde ista diuisio quidditatiua quandoq; solum datur per vnum genus & vnam differentiam: & tunc primus terminus est genus, & secūdus dr̄ia: q̄nq; dat per plures dr̄ias: tūc vltima sp̄ dēt cōuerti cū diffinito: vt hō est substantia aīata corporea rōnalis. Et si q̄s

E dicat; q̄libet terminus dr̄ialis est terminus connotatiuus saltē vt in pluribus; ergo sequitur ꝙ nō debet poni in diffinitione quidditatiua. Respondetur ꝙ licet tales termini sint connotatiui connotatione intrinseca: puta quia connotant partem essentialem & formalem; quæ connotatio non impedit diffinitionē dari ꝑ essentia, tñ nō cōnotant cōnotatione extrinseca. Et si q̄s adhuc dicat: in diffinitione quidditatiua debet poni illud per quod respondetur proprie ad interrogationem factā per propter q̄d quod proprie quærit de esse rei: ergo solum debet poni genus & non differentia, cum differentia dicat quale. Respondetur quod de rigore solum deberemus respondere per genus: & ꝙ quæstio proprie dicta diffiniti debet esse istud aggregatum, quale quid. Sed restat vna difficultas, vtrum terminus debeat dici diffinitum, vel res pro qua supponit. Respondetur ꝙ diffinitum potest capi dupliciter. Vnomodo pro illo de quo prædicatur diffinitio: & sic dico ꝙ terminus bene dicitur diffinitum. Aliomō pro illo quod manifestatur per diffinitionem; & tunc res bene dicitur diffinitum: vt visum est in principio summularum. G *Difficultas.* *Pag. 4. a*

Qvarto sciendum quòd diffinitio descriptiua, est oratio indicans quid est esse rei per accidentalia, seu per effectus simpliciter posteriores. Et aduerte ꝙ diffinitio descriptiua potest capi dupliciter. Vnomodo strictè: & communiter dicitur ꝙ datur per genus & propriū; vt diffinitio descriptiua hominis est animal risibile. Aliomodo capitur large pro omni oratione indicante quid est esse rei per accidentalia & posteriora quæ sunt nobis magis nota; vnde talis est nobis magis nota quàm quidditatiua; quia datur per illa quæ magis cadunt sub cognitione nostra. Ex quo sequitur ꝙ prima pars talis diffinitionis debet poni in recto, non ꝙ semper sit genus: quia in tali diffinitione hoc nō requiritur. Vnde nota ꝙ quęlibet diffinitio debet esse ex notioribus nobis & non deo vel angelis: quia ipsa debet esse notificatiua diffiniti. vnde causa dicitur simpliciter notior suo effectu: vt videbitur. 1. Physic. tñ in genere notitiæ; quia est effectus, est notior nobis sua causa, sed in genere notitię propter quid causa est notior. Ex quo sequitur ꝙ causa *Diffinitio descriptiua q̄d & quotupliciter.* H

A causa potest diffiniri per effectum. Vnde illud dicitur simpliciter notius altero, sine cuius noticia non potest sciri alterum, secundum tale genus, vel talem speciem. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secūdum.

Art. 2.

DVBITATVR primo quid requiritur ad assentiēdum perfecte alicui conclusioni: vtrum requiratur, quòd sciamus omnes causas conclusionis.

Quid requiritur ad assentiendū perfecte conclusioni.

Ad hoc breuiter respondetur, quòd non requiritur, quòd sciamus omnes causas conclusionis: nec etiam, quòd sciamus omnes causas rei significatæ per conclusionem: quia per demonstrationem geometricam tu assentis perfecte illi conclusioni: omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis; & tamen in tali demonstratione non oportet te cognoscere omnes causas illius conclusionis: quia causę illius conclusionis, & principaliores sunt, Deus, intellectus, phantasia, & multa alia, quæ nos nescimus: & causæ ita esse sicut per illam conclusionem significatur sunt Deus, & illæ lineę, & faciens talem figuram, de quibus nihil intendit illa demonstratio. Ex isto sequitur, quòd ad pfecte assentiēdū alicui conclusioni non oportet oēs causas illius cognoscere: neq; causas per se, neq; per accidens. Sed diceret aliquis: quid requiritur ad perfecte cognoscendum rem ad extra, vt ad perfecte cognoscendum pluuiam. Respondetur breuiter, quod ad hoc, vt aliquid perfecte sciatur etiam in genere perfectionis humanæ, oportet scire omnes conclusiones scibiles de illa re, quarum termini vel terminus supponunt pro illa re: quia si aliqua talis proposito proponatur alicui, qui eam non cognosceret non perfecte cog: o scit illam rem. Ex quo sequitur, quòd ad perfecte cognoscendum talem rem oportet omnes causas per se cognoscere: quia in quolibet genere causæ potest formari aliqua talis conclusio.

DVBITATVR secundo: vtrum per quamlibet causam possit demonstrari effectus. Pro cuius solutione supponitur, q̄ illa propositio habet multos sensus. Vnus est: vtrum quodlibet causa possit esse medium ad demonstrandum aliquid de suo causato: & tunc dicitur, quòd per quàmlibet causam quæ simul est in actu cum suo effectu demonstratur effectus quo ad esse, vel fieri: vt interpositio terrę inter solem, & lunam est: ergo eclypsis lunæ est. Alius sensus est: vtrum quælibet causa possit esse medium ad inferendum aliquam passionem de suo causato, & hoc syllogistice: & ad istum sensum respondetur, quòd nulla causa præcisè sumpta potest esse totale medium ad demonstrandum aliquàm passionem de suo subiecto, nisi conuertatur cum causato: vel nisi accipiatur cum quibusdam circunstantijs, & determinationibus per quas determinatur, & conuertitur cum causato: vt sic arguendo, omne compositum ex anima rationali est risibile: homo est huiusmodi: igitur: & tunc dico, quòd quælibet causa immediata sic capta potest esse sufficiens medium ad demonstrandum aliquid de causato.

An per quālibet cām possit demōstrari effectus.

Sed restat alia difficultas:

An eadē conclusio possit demonstrari per plures causas.

E vtrum vna, & eadem conclusio possit demonstrari per plures causas. Respondetur, quòd hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per plures causas facientes vnam totalem diffinitionem, & simul sumptas pro vno totali medio: & tunc vna conclusio potest demõstrari per plures causas. Aliomodo potest intelligi, quòd aliqua conclusio potest demonstrari per tales causas seorsum captas pro diuersis medijs: & tunc dicitur tenendo, quòd in conclusione debet addi terminus causalis, si debeat esse propter quid, quòd nulla conclusio potest demonstrari per plures causas saltem propter quid: quia tunc sicut variaretur medium, variaretur conclusio totalis: licet bene maneret conclusio partialis. Et si quis dicat: hoc videtur esse contra Arist. in textu qui dicit, quòd idem potest demonstrari per plures causas. Ad hoc dicitur probabiliter tenendo modum supradictum, quòd loquitur de demonstratione, quia est largo modo capta, vt iam visum est in primo, & non de demonstratione propter quid, & potissima, quæ facit scire quoniam illius est causa.

An quod qd ē possit demonstrari de eo, cuius est.

DVBITATVR tertio, vtrum, quòd quid est possit demonstrari de eo cuius est per aliud quòd quid est? Et videtur, quòd non: quia in omni demonstratione ostendiẽ passio de subiecto sed ꝙ q.d est non est passio: igitur. Item quælibet propositio in qua prædicatur diffinitio de diffinito est per se nota, & immediata: igitur sequitur, quòd diffinitio non potest demonstrari de eo cuius est. In oppositum arguitur per Philosophum in textu. Ad quod breuiter respondetur, quòd diffinitio quidditatiua, & diffinitio exprimens causam: non habens aliam causam priorem, vel notiorem, vel exprimens omnes causas rei non potest demonstrari de suo diffinito demonstratione propter quid, & potissima, & de illa diffinitione forte verum est, ꝙ propositio, in qua prædicatur talis diffinitio de diffinito est per se nota, & immediata. Sed diffinitiones causales exprimentes causam habentem aliam causam priorem, & euidentiorem, possunt demonstrari de suo diffinito per aliud, quòd quid est: & sic intelligebat Arist. Sed restat alia difficultas: vtrum alicuius eiusdem sit diffinitio, & demonstratio? Et arguitur, quòd sic: quia passionis est diffinitio, & demonstratio: ergo eiusdem est diffinitio, & demonstratio. Secundo sic: illud, quod scitur per demonstrationem, etiam scitur per diffinitionem: cum diffinitio sit medium; & pars demonstrationis. Pro cuius solutione est aduertendum, quòd alicuius esse demonstrationem potest intelligi dupliciter. Vnomodo tanquàm illius, quòd directe, & immediate scitur: cuiusmodi est conclusio: & sic dico, quòd nullius talis est diffinitio, & demonstratio. Aliomodo alicuius potest esse demonstratio tanquàm scibilis remoti, seu tanquàm illius, quòd dicitur de alio, vel de quo illud dicitur: cuiusmodi est passio, & subiectum, & sic dico, quòd alicuius talis

An eiusdē sit diffinitio, & demōstratio.

A talis potest bene esse diffinitio, & demonstratio: Unde alicuius esse diffinitionem,& demonstrationem non est aliud, quàm aliquid sciri per diffinitionem, & demonstrationem: & per hoc soluitur prima ratio. Ad secundam dicitur: quòd licet illud, quod scitur per demonstrationem tanquàm per instrumentum totale sciatur per diffinitionem tanquàm per instrumentum partiale: non tamen tanquàm per instrumentum totale. Quantum ad tertium articulum sit.

Art. 3. CONCLVSIO responsalis ꝙ quid est non potest ostēdi de eo, cuius est, in ratione, ꝙ quid est per aliquam viam, vt satis patet in articulis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam patet solutio. Ad secundam dicitur, ꝙ B quid est, bene potest demōstrari de eo, cuius est in rōne prędicati essentialis, non tamen in ratione ꝙ quid est, idest in ratione diffinitionis, ostendendo, ꝙ illud est diffinitio,& manifestatiuum diffiniti. Et similiter dicatur ad tertiam. Ad quartam dicitur negādo consequentiam: nā non oportet, quòd si diuisio capiat omnia prædicata essentialia diffiniti: ꝙ propter hoc demonstret, quòd quid est, de eo, cuius est in ratione, quòd quid est. Ad quintam dicitur, quòd licet causa finalis sit posterior quātum ad esse reale: non tñ quātum ad esse cognitum: etiā per ipsam non pōt fieri demonstratio propter quid, & potissima, neq; per cām efficiētē.

T. cō. 69. & inde. QVOMODO autem oportet venari in eo, quod quid est prædicantia, nunc dicemus.

C ISTVD est quintum capitulum huius tractatus, in quo decet inuestigare, quòd quid est: & ponit tres conclusiones. In prima, docet qualia debent esse illa, ex quibus constituitur, quòd quid est: dicens, quòd ad constituendum diuisionem alicuius debent accipi talia prædicata, quòd vnumquodque illorum sit in plus quàm diffinitum: non tamen extra genus: & omnia simul capta conuertantur cum diffinito, vt numerus ternarius bene sic diffinitur, quòd est numerus impar vtrobique prius: & tamen quælibet pars diffinitionis seorsum est in plus, quàm diffinitum, licet tota oratio sit conuertibilis cum diffinito. Vnde aliquis numerus dicitur primus dupliciter. Vnomodo, quia D non numeratur ab aliquo numero præter quàm ab vnitate: & sic quinarius dr̄ numerus primus: & multi alij numeri impares. Alio modo dr̄ primus, quia non componitur ex aliis numeris: & hoc modo ternarius est numerus primus, & etiam binarius.

Quod qd est, quomodo inuestigandum.

Secunda conclusio, ad inuestigandum ꝙ quid est alicuius per viam diuisionis, oportet primo capere genus illius, deinde differentias, quibus tale genus diuiditur: & si dr̄iæ eius sint ignotæ, oportet capere passiones: quo facto si dr̄ia, vel passio supplens differentiā, quę cōuenit diffinito, iuncta generi, non reddat totum conuertibile cum diffinito: tunc tale totum iterum est diuidendum quousq; deueniatur ad differentiam, quæ reddit totum conuertibile cum diffinito: & tunc illud erit, quod quid est. Et subdit, quòd in tali in-

E uestigatione duo sunt cauenda, scil cet inordinatio prædicatorum, diminutio eorundem. Primam partem probat: nam in diffiniendo non parum refert quid prius, aut quid posterius ponatur: nam refert dicere, homo est animal mansuetum bipes: & dicere, bipes est homo mansuetum animal: quia in primomodo est conueniens ordinatio: & in secundo est negatio. Secunda pars patet, quia diminutio fit omittendo aliquam differentiam, & diuidendo aliquod genus per differentias generis inferioris. vtputa diuidendo animal per differentias auis, aut piscis: dicendo, animalium aliud est totum pennatum, idest habens pennas integras: cuiusmodi est vespertilio: aliud est diuisum pennis: cuiusmodi est corF uus. Consequenter tangit duos errores circa inuestigationem ipsi' quod quid est. Primus est, quorundam dicentium, quòd non sit possibile accipere omnes differentias alicuius: quod probant, quia non cognoscitur differentia vnius ab aliis, nisi cognoscantur illa alia: sed non est possibile cognoscere omnia alia a quibus differt: igitur. Respondet Philosophus, quòd nō oportet cognoscere omnia alia a diffinito positiue: sed sufficit cognoscere ipsa priuatiue. Secundus error fuit quorundam dicentium, quòd oportet in diuisionibus repetere, quòd omne suppositum diuisi incidit in membra diuisionis. Respondet Philosophus, quòd non oportet: quia non necesse est omne suppositum diuisi incidere in membra diuisionis: & hoc si sint differen-tiæ immediatæ. Deinde subdit G tres conditiones requisitas ad ipsum quod quid est. Prima, quòd omnia posita in diffinitione, prædicentur in quid de diffinito. Secunda, quòd talia prædicata sint debite ordinata: ita quòd magis commune præcedat, & minus commune sequatur. Tertia, quòd nihil omittatur de his, quæ pertinent ad quod quid est: & tunc istis conditionibus obseruatis erit bonum quod quid est. Tertia conclusio, in qua docet inuestigare, quòd quid est per viam resolutionis: dicens, quòd si per viam resolutionis velimus inuenire diffinitionem alicuius, inspiciendum est ad singularia illius diffinibilis, accipiendo aliqua, quæ sunt similia, & aliqua quæ sunt dissimilia: & tunc inspicieudum est, vtrum in aliqua ratione com H muni conueniant, & si sic, tunc illud erit principium diffinitionis: si non, tunc illud erit æquiuocum. Exemplum, vt si quæratur quid est magnanimus: debemus considerare quosdam magnanimos: vt Herculem, Achillem, Aiacem: illi enim habent vnum commune, scilicet non tolerare iniurias: cuius signum est, quòd Hercules dimicauit, Achilles insaniuit, & Aiax seipsum interfecit. Iterum debemus considerare alios magnanimos: vt Alexandrum, & Socratem: illi enim habuerunt aliquod commune, scilicet æqualiter sustinere prospera, & aduersa: & tunc debemus considerare, si omnes isti conueniant in aliqua ratione communi: quia si sic, tunc illud erit principium diffinitionis magnanimitatis: si non, tunc ma-

g nani-

A gnanimitas non habebit vnam rationem. Deinde remouet vnum dubium, ex quo dicit, quòd respiciendum est ad singula tria: crederet aliquis, quòd singulare posset diffiniri, hoc remouet Philosophus dicens, quòd omnis diffinitio est ipsius vniuersalis: vt medicus non diffinit sanitatem in oculo, sed diffinit sanitatem. Et subdit, quòd facilius est diffinire minus vniuersale, quàm magis vniuersale, eo quòd in magis vniuersali plures latent æquiuocationes, quàm in minus vniuersali. Subdit finaliter, quòd diffinitio non debet dari per metaphoram: quia sicut non contingit disputando vti metaphoris: ita non contingit diffinire vtendo metaphora.

T. co. 85. & inde. B VT autem habeamus proposita eligere oportet decisiones, & diuisiones.

ISTVD est sextum capitulum, in quo Philosophus ostendit, quomodo oportet inuestigare propter quid, ponendo tria documenta. Primum, si aliqua passio habeat aliquód commune subiectum vniuocum, & nominatum, illud erit medium dicens, propter quid talis passio est in pluribus: vt animal erit medium propter quid sua passio inest homini, & æquo. Secundum documētum, si aliqua passio insit pluribus, quæ habeāt subiectum vniuocum, sed non nominatum, oportet circumloqui tale subiectum: & ipsum accipere pro medio dicente, propter quid illa passio inest pluribus: vt istæ passiones habere duos ventres, & nō habere dentes in superiori mandibula insunt omnibus animalibus habentibus cornua: ideo habere cornua potest accipi ad circumloquēdum nobis subiectum innominatum. Tertium documentum: si aliqua passio insit aliquibus analogice, tunc accipiendum est medium analogum, per quod demonstratur illa passio de illis: vt istis tribus, ossi, sepioni, spinæ, conuenit sustentare partes molles analogicæ: ideo oportet accipere aliquod medium, per quod illud demonstretur, quod sit analogum, scilicet habens duritiem sic, omne habens duritiem sustentat partes: os est huiusmodi: igitur.

Propter quid quomodo inuestigandum.

Finaliter ponit duas conclusiones. Prima, plura problemata conueniunt in idem medium, quod est diuersarum rationum, vt ista tria, propter quid est sonus Echo: propter quid fit Iris: propter quid videtur res in speculo. Respondetur, propter reflexionem: & sic reflexio est medium illorum trium problematum. Secunda conclusio, aliqua sunt problemata, quibus competunt plura media subordinata: vt si quæratur, propter quid Nilus fluit magis in fine mensis. Respondetur, quia tunc mensis est magis pluuialis: huic conclusioni subordinatur alia, scilicet propter quid mensis est magis pluuialis. Respondetur, quia tunc deficit luna. D

DE CAVSA autem, & cuius causa est, dubitabit aliquis, nunquid cum causatum est, & causa est. T. co. 90. & inde.

E ISTVD est septimum capitulum, in quo Philosophus mouet quasdam quæstiones, quarum prima est: vtrum ex causato sequatur causa, siue e contra. Respondet Philosophus per duas conclusiones. Prima si vnius causati sit tantũ vna causa sufficiens, tunc ex causato sequitur causa, sicut e contra dat exemplum: vt eclypsis lunæ est, ergo terra interponitur inter solem, & lunam. Aliud exemplum, folia arboris cadunt: ergo illa folia sunt lata. Secunda conclusio, si eiusdem effectus sint plures causæ, quarum quælibet per se sit sufficiens ad esse causati: tunc ex causato non sequitur causa, licet è contra. Secunda quæstio, vtrum vnius cõclusionis demõstrabilis sit tãtum vnum mediũ propriũ, per quod posit demonstrari: vel vtrum sint plura media. F Respondet per duas conclusiones, quarum prima est: si demonstratio sit, secundum quod ipsum, & potissima, tunc vnius cõclusionis erit vnicum mediũ, propter quid & potissimum: per quod talis conclusio poterit demonstrari; sed si demonstratio sit ex propositionibus, quæ non sint secundum quod ipsum; tũc vna, & eadem conclusio potest demonstrari per diuersa media. Primam partem probat; quia talis conclusio demonstratur per rationẽ vltimi termini, idest per diffinitionem subiecti, quæ solũ est vna. Probat per exempla; vt si hæc pasio habere tres angulos, demonstretur de triangulo, hoc erit per vnum medium, puta per rationem vltimi termini; sed si demonstretur de inferioribus subiecti, puta de isoscele, scaleno, vel isopleuro; tunc poterũt G esse plura media.

An ex causato se quatur cã & econuerso.

Vnius conclusionis an unum mediũ, uel plura.

De principiis autem qualiter sunt cognita & quis est cognoscentis habitus.

T. c. 101. & inde.

ISTE est tertius, & vltimus tractatus huius libri continens vnum capitulum; in quo mouet quasdam quæstiones, quarum prima est; qualiter principia indemõstrabilia sunt nobis cognita. Secunda, vtrum sit idem genus cognitionis, quo scimus conclusiones, & principia; vel vtrũ alterum, & alterum genus. Tertia, vtrum notitia principiorum sit nobis innata a natura.

Principia prima quomodo nobis innotescunt

Soluit has quæstiones ponendo quatuor conclusiones. Prima conclusio, notitia principiorum non inest nobis a natura; quia talis notitia est certißima, cum oporteat magis credere H principiis, quàm conclusioni; modo absurdũ est dicere, quòd actu habeamus notitiam certißimam de aliquo, & quod lateat nos habere illam. Secunda conclusio, actualis notitia principiorum non acquiritur in nobis per doctrinam proprie dictam: quia omnis notitia acquisita per doctrinam fit ex cognitione aliquorum principiorum magis notorum: sed principia non habent alia principia notiora: quia tunc esset processus in infinitum: igitur. Tertia conclusio, a natura inest nobis potentia, per quam determinamur naturaliter ad assentiendum illis principiis. Probat, quia omnes naturaliter assentiunt primis principiis cognitis terminis, quod non esset nisi nobis inesset

A esset aliquod principium, seu potentia, per quam sic determinamur ad sic assentiendum: vnde omnibus animalibus innata est quædam potentia naturalis, per quam omnia animalia possunt iudicare de sensibilibus sibi præsentatis, & illam vocamus sensum: Vnde animalium sensum habentium quædam sunt sine memoria: & illa nullam habent noticiam nisi in præsentia sensibilium: alia sunt quę habent memoriam: & illa sunt duplicia: quia quædam præter memoriam habent intellectum, sicut homines: alia habent memoriam, sed non intellectum, vt aliqua bruta. Vnde principium vniuersale sic fit nobis notum: nam primo habemus noticiam sensitiuam de aliquo sensibile: vt iste ignis est calidus; & sic in
B memoria conseruamus: deinde alium ignem, & seruamus in memoria: & tunc quando videmus alium ignem iudicamus, quòd est calidus absq; hoc, quòd percipiamus eius calorem per experientiam siue iudicium experimentale: deinde formamus vnam propositionem vniuersalem: puta, quòd omnis ignis est calidus: & illud vocamus principium artis. Quarta conclusio: noticia principiorũ non fit in nobis ex alijs principijs euidentioribus: sed mediante sensu, memoria, & experimento, quod probat, quia ex sensu fit memoria: & ex memoria experimentum: & ex experimento fit principiũ artis, probat etiam per simile: quia facta ostẽsione belli cũ vnus immobiliter incipit stare, siue fugiẽdo: alius statim sibi adiungitur, & cũ eo stat, & deinde alter: & sic deinceps: ita q̃ faciunt principium belli: sic etiam
C in memoria seruatur notitia vnius particularis: deinde aduenit notitia alterius particularis, sic q̃ tandem habetur principiũ vniuersale, & immediatũ: & subdit, q̃ quamuis potẽtia sensitiua sit vniuersalis, tñ actus sentiendi nõ est nisi singularis. Finaliter declarat, q̃ habitus, quo cognoscuntur principia, non est sciẽtia proprie dicta, quia scia hĩ per demõstrationẽ: sed principia nõ sciuntur per demonstrationem: igitur. Ex quo infert, quòd habitus quo cognoscuntur principia non est scientia, sed intellectus.

An diffinitio subiecti sit medium in demonstratione potissima.

D QVAERITVR vltimò: vtrum diffinitio subiecti sit medium in demõstratione propter quid, & potissima. Et arguit primo, q̃ non: quia diffinitio passionis est mediũ in demonstratione potissima: ergo nõ diffinitio subiecti Antecedẽs patet, quia mediũ debet esse causa ꝓpria, & immediata passionis: sed diffinitio passionis est huiusmodi: igitur.

Secũdo sic: Medium in demõstratione potissima debet ẽẽ mediũ positione: sed sola diffinitio passionis est huiusmodi: quia est prior passione, & posterior subiecto: igitur est mediũ positione.

Tertio sic: Per illud medium quod est condensari in tactu folij ad ramum demonstratur fluxus folij: sed illud est diffinitio passionis: igitur. Quarto sic: Si diffinitio esset medium in demonstratione propter quid,

B & potiſsima, ſequeretur, quòd in omni tali demonſtratione eſſet petitio principij: ſed hoc eſt inconueniens: igitur. Conſequentia patet: quia diffinitio, & diffinitum important vnam, & eandem rem: ergo ſi diffinitio ſumatur ad probandum aliquid de diffinito, idem ſumetur ad probandum aliquid de ſeipſo. Quinto ſic: Si ſola diffinitio ſubiecti eſſet medium in demonſtratione potiſsima, & propter quid: ſequeretur, quòd metaphyſica non eſſet ſcientia: quia ſubiectum metaphyſicæ, quod eſt ens in quantum ens, nullam habet diffinitionem. In oppoſitum videtur eſſe Ariſto. in textu: dicens, quòd medium in demonſtratione eſt ratio vltimi termini: ſed vltimus terminus eſt ſubiectum: igitur. In quæ-

F ſtione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO ſciendum, quòd circa textum incidunt aliquę difficultates. Prima: vtrum quodlibet primum principium ſit euidentiſsimum. Po cuius declaratione ſupponitur, quòd non eſt tantum vnum primum principium indemonſtrabile: quia in omni demonſtratione ſunt duę præmiſſæ: vel ergo illæ præmiſſæ ſunt indemonſtrabiles, & ſic habetur intentum: vel demonſtrabiles, & tunc demonſtrabuntur per alias: de quibus iterum quæretur, vtrum ſint demonſtrabiles, vel non: ſi non, habetur intentum: ſi ſic, erit proceſſus in infinitum: vnde principium in demonſtratione eſt propoſitio non habens præmiſſas notitiores ſe, & priores, per quas poſsit demonſtrari. Et

An quodlibet primum principium ſit euidentiſsimum.

ſi quis dicat Ariſt. in 4. meta. videtur ponere tantum vnum principium indemonſtrabile communiſsimum, euidentiſsimum, & firmisſimum: ergo non ſunt plura. Dico, quòd non omne principium indemonſtrabile dicitur principium ratione communitatis ſic, quòd ſit communiſsimum: nec quodlibet tale dicitur principium ratione demonſtrationis, & firmitatis: ſed in propoſito dicitur principium indemonſtrabile propter carentiam alicuius prioris, per quod poſsit demonſtrari: & de iſtis ponitur communiter talis concluſio. Tot ſunt principia indemonſtrabilia quot ſunt concluſiones demonſtrabiles: quia infinitę videntur eſſe concluſiones demonſtrabiles, ideſt non tot quin plures: etiam videntur eſſe infinita principia, ideſt non tot quin plura: & per conſequens non ſunt plures concluſiones demonſtrabiles quàm principia. Et ſi quis dicat, principia poſſunt inferre multas concluſiones: vt iſta, omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, quæ inferunt iſtam, omnis homo eſt riſibilis: etiam inferunt iſtam, ſortes eſt riſibilis. Reſpondetur primo, quòd euidentia illarum prę miſſarum non ſufficit ad euidentiam concluſionis: ſed requiritur euidentia conſequentię quæ eſt vna propoſitio hypothetica: & ſi ſit per ſe euidens, erit vnum principium demonſtrationis: ſi non fiet euidẽs per alia principia. Ex quo ſequitur, quòd vnus totalis ſyllogiſmus, & totalis conſequentia poteſt eſſe vna concluſio.

T. 10.

SECVN

A SECVNDO sciendū ꝙ ad hoc est alia difficultas. Verum omnia principia scientiarū sint euidentissima. Pro cuius declaratione supponitur, ꝙ duplicia sunt principia; quędam sunt simpliciter prima quibus intellectus immediate assentit appræhēsis terminis ex naturali inclinatione sine sensatione, memoria & experientia præuia: sed alia sunt nō simpliciter prima quibus ad assentiēdum intellectus indiget sensatione & memoria: vt sunt multa principia in philosophia; vt omnis ignis est calidus. Et est aduertendum, quòd principia alicuius scientiæ accipiūtur dupliciter. Vnomodo pro præmissis alicuius demonstrationis factæ in tali scientia, & sic ista, B omnis ignis est calidus, non est principium scientiæ. Aliomodo accipiuntur principia pro propositionibus, quæ supponuntur tanq̄ veræ & euidentes in tali scientia, sicut sunt præmissæ veræ demonstrationis: & sic prædicta propositio bene est principium in philosophia. Et dico ꝙ habitus qui habetur de talibus non dicitur propriè intellectus: nisi capiendo intellectum largè pro omni assensu alicuius ꝓpōnis veræ acceptæ in aliqua scientiā, tanq̄ per se & verè. Sequit̄ & ex hoc ꝙ non oīa principia sciētiarum sunt euidentia qñ primo proponuntur: immo aliqua sunt dubia & opinant̄ esse falsa: sicut clare patet de principijs in moralibus circa q̄ contingit mentiri: immo multi negant illa: sicut iuuenis propter defectum experientiæ, & passionatus propter vehementiam passionum. Et istud non solum est verū in principijs practicis, siue artis & prudentiæ, sed istud cōtingit in principijs scientiarum speculatiuarum; nam principia scientiæ naturalis quandoq; sunt multum dubia & indigentia magna inquisitione per sensus, memoriā, & experientiam. C

An oīa scientiarū principia sint euidentissima.

TERTIO sciendum ꝙ notitia euidēs primorum principiorum non inest nobis à natura. Nā intellectus in principio suæ creationis est tāquam tabula in qua nihil de pictum, est depingibilis tamen scientia & virtute: & sic a natiuitate in intellectu non est actus, neq; habitus. Et si quis dicat: dr̄ communiter quòd principia insunt nobis à natura. Respondetur, ꝙ principia nobis inesse à natura potest intelligi dupliciter. Vnomodo, ꝙ talis notitia insit intellectui nostro com producta: & sic non est intelligendum. Aliomodo, ꝙ à natura insit nobis quædam potentia & inclinatio, per quam faciliter deueniemus ad notitiam primorū principiorum mediante tamen appræhensione eorum & significatione terminorum, & sic bene verum est. Ex quo sequitur ꝙ notitia principiorum non inest nobis per doctrinā propriè dictam: nam doctrina propriè dicta acquiritur per aliquā præuiam argumentationem cogentem ipsum intellectum ad assentiēdum alicui propositioni quæ propriè procedit à magistro. Ex quo sequitur quòd assensus primorum principiorum acquiritur ex inclinatione intellectus & eorum appræhensione & significatione terminorum & ministratione sensus, & hoc loquor do de principijs simpliciter primis. H

Quo nobis inest notitia euidēs primorū principiorū.

E mis: nam ad assentiendum principiis non simpliciter primis intellectus indiget sensu, memoria & experientia: vt omnis ignis est calidus. Vnde ex noticia alicuius ignis quem, sensus meus sentit esse calidum. & eius memoria & etiam ex alia cognitione & memoria alterius ignis ego infero quòd ille ignis quē non tetigi est calidus: mediantibus quibus etiam infero ꝙ omnis ignis est calidus.

Principiorū diuisio.

QVARTO sciendum quòd principiorum quædam sunt nota mediante sensatione & memoria & sine experientia: vt posito casu quòd sortes ceperit æquum Platonis contra eius voluntatem: & cras Plato videat eum coram iudice & memoretur quòd heri cœperit suum æquum: ex tali sensatione & F memoria formabit talem propositionem, contra voluntatē sortes cepit æquum meum, quæ est sibi euidens & ex tali euidenti & indemonstrabili quadam ratione prudentiæ infert istam conclusionem: tu proposi tiones coram iudice quòd iste cepit equum tuum. Ex omnibus istis infertur quòd principiorum quædam si singularia: vt iste ignis est calidus: quædam indefinita: quædam particularia; quædam vniuersalia. Vnde singularia sunt nota per exemplum: nam in exemplo ex propositione singulari infertur alia propositio singularis ratione alicuius similitudinis reperte inter res significatas: vt cum ad sensum notum est quòd iste ignis est calidus; infert, ergo iste ignis est calidus demonstrando vnū alium ignem. Sed principia particularia vel indefinita sunt nota ex abstractione a singularibus. G Nam intellectus habens hoc principium, iste ignis est calidus faciliter acqrit istud ignis est calidus. Sed vniuersalia sūt nota per inductionem virtute intellectus: vnde cum intellectus vidit aliqua singularia & in nullo simili inuenit instantiā infert vniuersalem: vt quia vidit istum ignem esse calidum: & istum & sic de alijs: & non vidit instantiam infert istam omnis ignis est calidus. Ex quo sequitur, quòd exemplum per qđ probatur singulare & talis inductio non sunt demonstrationes propriè dictæ: quia demonstratio debet esse syllogismus, & consequentia bona: modo tales argumentationes nec sunt syllogismi nec consequentiæ bonæ: vt visum est in .2. priorum: nec sunt argumentationes dialecticæ: quia argumentationes dialecticæ habent causare opinionē: sed tales generant firmam noticiam: ideo possunt dici argumentationes probatiuæ. Et hæc de primo articulo. Qantum ad secundum.

Arti. 2.

Euidētia ē duplex.

DVBITVTVR primo vtrum aliquid euidēter possit a nobis cognosci. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd duplex est euidentia simpliciter scilicet & absoluta, qualis est euidentia primi principij vel reducibilis ad eā. Alia est conditionata vel secundum quid. Vnde noticia euidens absoluta potest sic describi; ꝙ est assensus verus sine formidine naturaliter causat⁹ quo

non

A non est possibile intellectum assentire:& in sic assentiendo decipi vel errare:& ad talem euidentiam quatuor cõditiones requiruntur. Prima q sit assensus verus; & per hoc differt ab errore. Secunda, quòd sit sine formidine,& per hoc differt ab opinione Tertia: quòd sit causatus naturaliter.i.à causis necessitantibus intellectum ad sic assentiendum, & per hoc differt à fide. Quarta, quòd non sit possibile intellectum in sic assentiendo decipi. Sed euidentia conditionata est assensus verus sine formidine naturaliter causatus quo non est possibile stante dei influentia generali, & nullo facto mirando intellectum assentire, & in sic assentiendo decipi. Hoc supposito dicitur primo, quòd possibile est

B nos non solum de primo principio: immo etiam de multis alijs veritatibus habere euidentiam absolutam: quia aliter sequeretur omnes scientias perire, quod est inconueniens; etiã quilibet experitur nõ solum primum principium esse sibi euidens, sed etiam multas consequentias, sicut consequentiæ petentes principium vt sortes est; ergo sortes est; si homo est; homo est. Dicitur secundo, quòd possibile est nos de multis veritatibus contingentibus habere euidentiam absolutã; vt quòd ego sum, quòd ego cognosco, quòd ego viuo; & sic de multis alijs. Dicitur tertio, quòd impossibile est nos aliquod extrinsecum nobis sensibile euidenter cognoscere euidentia absoluta: licet bene euidentia conditionata v: probatur; quia stãt sua contra

Sco.li.1. d.3.q.4. & 3.ar.

dictione aliquid apparere & assentire sic esse, & tamen non sic erit.

C DVBITATVR secundo, Vtrum aliquod principium possit esse nobis euidens aliqua euidentia. Et arguitur q non: quia maxime esset primũ principiũ, sed hoc non, quia non est euidẽs aliquid esse primum principiũ: igitur. Añs probatur: quia non est nobis euidens principiũ esse añs aut cõsequens: igitur nõ est nobis euidens aliquid esse primum principium. Consequentia probatur: quia nihil pt esse euidens tali euidentia nisi sit propõ deducta per aliq consequentiam. Item aliqui negauerũt primum principium: vt patet. 4. metaph igitur non est euidens. Itẽ dubiũ est quid sit primum principium igitur non est euidens.

An primu principium sit nobis euidẽs.

D Item illud non est nobis euidẽs cui intellectus põt firmiter dissentire, sed intellect⁹ pt firmiter dissentire primo principio: quia deus põt causare in intellectu talem dissensum: quo facto dissentiet primo principio. Itẽ nullum falsum pt nobis esse euidens: ergo neq; verum. Añs probatur: quia põt esse tanta apparentia de falso quòd sit verum sicut de vero, quia non refert quædam falsa esse probabiliora quibusdam veris. Ad ista respondetur per ordinem. Ad primam dicitur negando consequentiam. Ad probationem dico, quòd aliquis põt scire euidẽter aliq propositionem nesciendo. Vtrum sit propositio: aliquis etiam potest scire primum principium, nesciendo tamẽ quid sit primum principium. Dico vltorius, q aliquis potest scire euidenter

B dentes aliquam propositionem nesciendo tanta euidentia vtrũ sit vera vel falsa. Ad aliud dico ꝙ antiqui philosophi solum ore negauerũt primum principium: sed non mente. Ad aliud patet solutio. Ad aliud dico pro nunc, ꝙ deus sine causis secundis & naturaliter agentibus nõ potest causare assensum propter connotationem huius termini assentire: qui connotat agere; nam si aliquis assentit agit. Ad tertiam dicitur, intellectus potest assentire alicui falso: sed ex hoc non sequitur ꝙ talis assensus sit euidens: quia ad esse euidẽs nõ sufficit apparere precise sic esse quantuncunq; talis apparentia sit intensa: sed requiritur quòd talis apparentia sit vera.

F DVBITATVR tertio quid sit proprium medium demonstrationis propter quid & potissimæ vtrum diffinitio subiecti vel diffinitio passionis. Pro cuius solutione supponitur quod dicunt aliqui ꝙ diffinitio completa passionis est medium demonstrationis propter quid & potissimæ: vt probant rationes ante oppositum quæstionis: licet diffinitio incompleta passionis non debeat esse medium. Vnde diffinitio completa passionis est quæ dat̃ per ea quæ sunt eiusdem generis cum subiecto: & cum hoc per illa quæ sunt eiusdem generis cum passione: vt ista diffinitio; animal rõnale aptum natum ridere, est completa diffinitio huius passionis qđ est risibile. Sed diffinitio incompleta passionis est illa, quæ datur per illa quæ sunt eiusdem generis cum passione: vt ista diffinitio aptum natum ridere est diffinitio incompleta huius passionis quod est risibile. Sed quia ista opinio non videtur esse de mente Ari. ideo contra eã arguitur sic: Sicut passio est demr̃abilis de subiecto: ita diffinitio passionis est demr̃abilis de subiecto; ergo non debet esse mediũ. Itẽ propriæ passiones importãt cõceptũ simpliciter simplicẽ; iõ non habent ṗpriã diffinitionẽ; licet possint habere quasdã descriptiones & forte diffinitiones quid nominis: igitur nõ debent esse medium in demr̃one: Relinquitur ergo ꝙ diffinitio causalis subiecti vel quidditatiua duas intelligere causam quare ita est sicut per conclusionem significat; debet esse mediũ demr̃ationis pp quid. Sed restat vna parua difficultas: quo intelligit ꝙ sentire est singularis & sensus est vniuersalis. Dñt aliq ꝙ sic debet intelligi, potentia sensitiua non est magis determinata ad sentiendum vnum sensibile quam aliud; vt visus non est magis determinatus ex sui natura ad sentiendum vnum colorem quam alterum: sed actus sentiendi est ipsius singularis: quia est vnius sensibilis sic ꝙ non alterius. Potest tamen aliter dici ꝙ singulare sub ratione singularitatis non est per se obiectum sensus: sed per se obiectum sensus est aliquod vniuersale; verum est tamen ꝙ singularitas est id sine quo non fit sensatio. Vnde natura est ratio agendi in sensum & mouendi ipsum: sed singularitas est conditio agentis. Nam natura non sentitur sine singularitate. Et hæc de secundo articulo

Medium demostrationis potissima qđ.

Sco. li. n. d. 3. q. 6. in sol. argu. ante opposi.

A culo. Quantum ad tertium sit. CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Diffinitio subiecti scibilis est medium in demonstratione propter quid & potissma: quæ relinquitur probata in secundo art. Ad rationes ante oppositum. Ad primã patet solutio. Ad secundam negat maior: sed sufficit quòd medium demonstrationis sit mediũ in ratione cognoscibilitatis: ita quòd passio notius insit medio, & medium subiecto quàm passio ipsi subiecto. Ad tertiam dr̃, ꝙ illę demonstrationes nõ sunt propter qd & potissimæ, vt notum est. Ad quartam dr̃, quòd licet diffinitio & diffinitum idẽ realiter importent: tamen distinguuntur formaliter, vel important aliud & alium cõceptum. Ad quintam patet solutio. C

Arti. 3.

TOPICORVM ARISTOTELIS.

LIBER PRIMVS.

B PROPOSITũ quidẽ negocij est, methodũ inuenire; à qua poterim' syllogizare de omni problemate ex probabilibus. Et ipsi disputationes sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendum quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quatenus sumatur dialectius syllogismus: hunc enim quærimus secundum propositum negocium &c.

ISTE est liber Topicorum Arist. in quo philosophus determinat de syllogismo dialectico ponens primo intentum suum: dicens, ꝙ propositum huius negocij est inuenire artem breuẽ & compendiosam, a qua poterimus faciliter de omni problemate syllogizare. Et primo diffinit syllogismum & species eius. Vñ de syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis aliud quidẽ ab his, quę posita sunt de necessitate accidit eo, quòd hæc sunt: de qua diffinitione satis visum est in primo priorum. Sed syllogismus demonstratiuus est ꝙ fit ex primis veris: aut ex talibus quę per aliqua prima vera principium suæ cognitionis sumpserunt: de quo satis visum est in primo posteriorũ. Syllogismus dialecticus est qui ex probabilibus est syllogizatus. Vnde prima vera sunt, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent. i. q̃ cognoscũtur cognitis terminis. D

E Sed probabilia sunt, quæ videntur pluribus aut omnibus aut sapientibus vel maxime notis. Deinde describit syllogismum litigiosum; dicens, q syllogismus litigiosus est qui ex his quæ videntur esse probabilia & non sunt: aut ex his quæ videntur esse probabilia est apparens. Et debet sic intelligi; syllogismus litigiosus est qui procedit ex propositionibus quæ videntur esse probabiles & verę, & tamen nõ sunt: aut ex propositionibus quæ sunt verę & probabiles: sed non bene dispositæ. Ex qua diffinitione ostenditur q triplex est syllogismus litigiosus, scilicet peccans in materia tantum: peccans in forma tantum; & peccans in materia & in forma simul. Sed syllogismus falsigraphus est qui procedit ex propositionibus cõstitutis ex proprijs terminis F alicuius scientię; quæ quidem propositiones vel non sunt verę, vel sunt male intellectę: vt iste syllogismus, omnes lineæ ductæ ab eodem puncto in eundem punctum sunt æquales, sed chorda arcus & costa sunt huiusmodi: ergo chorda arcus & costa sunt æquales. Respondetur quòd sicut iacet est falsa: cum solum habeat veritatem de lineis ductis per idem medium. Deinde ponit modum procedendi in hac scientia; dicens, quòd de nullo eorum, quæ tractantur in hac scientia, est danda ratio demonstratiua; sed debemus procedere figuraliter & grosso modo: cum talis cognitio secũdum propositum sit sufficiens. Et dicit quòd hic scientia est vtilis ad tria, scilicet ad exercitationes, ad obuiationes; & ad secundum philosophiam disciplinas. Primum probat: quia G illa scientia valet ad exercitationes per quam faciliter poterimus argumentari de quolibet proposito: ista est huiusmodi: igitur. Secundum probat: quia omne illud per q possumus respondere ex principijs doctrinæ ad ea, quæ non videtur nobis bene dici, est vtile ad obuiationes: sed ista est hmõi: igr. Tertiũ pbat duabus rõnibus. Prima; oẽ illud per quod possumus arguere, siue respondere ad vtranque partem contradictionis est vtile ad secũdum philosophiam disciplinas, sed dialectica est hmõi; igitur. Secunda ratio: omne illud per quod possumus inquirere de primis principijs vniuscuiusq; disciplinæ est vtile ad fm philosophiã disciplinas, sed dialectica est huiusmodi: igitur. Minorem probat: quia proprium H est dialecticæ habere viã ad principium omnium methodorum; quia per dialecticã ex terminis cuiuscunq; scientiæ possumus facere syllogismum. Deinde remouet vnum dubium: an aliqs dicatur habere dialecticam; nisi sciat quamlibet conclusionem probare, vel improbare. Respondet, quòd nõ oportet ad hoc q aliquis habeat scientiam dialecticam perfectæ, q semper probet, vel improbet conclusionem, sed sufficit quòd nihil omittat de his quæ requiruntur ad probandum illam conclusionem, vel improbandum. Quod probat per simile: nã antequã aliqs dicatur bonus rhetor nõ oportet quòd semper vincat persuadendo: sed sufficit, quod nihil omittat de his, quæ sunt necessa-

A necessaria ad vincendum, probat etiam quia ad hoc quod aliquis dicatur bonus medicus, non oportet quòd semper sanet, sed sufficit quòd nihil omittat de his, quæ requiruntur ad sanandum.

An syllogismus dialecticus sit subiectum adæquatum in his lib.

QVAERITVR Vtrum syllogismus dialecticus sit subiectũ adæquatum huius scientiæ. Arguitur primo quòd non, quia nullus syllogismus dialectic⁹ est subiectũm scientiæ huius libri: igr̃ syllogismus dialecticus non est subiectum scientiæ huius libri. Secũdo argr̃. Syllogismus demõstratiuus est subiectũ huius sciẽ: quia est primo consideratum in hac scia: igr̃. Tertio sic: Si syllogismus dialecticus esset subiectum huius sciæ quæ vocatur dia-
B lectica, seqretur quòd esset subiectũ logicè: quia dialectica, & logica sunt termini conuertibiles adinuicẽ. Quarto sic: Oĩs syllogismus si est syllogismus est vnus: sed syllogism⁹ dialecticus est syllogismus si est syllogism⁹; ergo est vnus, sed consequens vr̃ esse falsum, quia vel esset ille quẽ Petrus facit, vel quẽ Ioannes facit quod est falsum: igr̃. Quinto sic: Oĩs propõ indefinita pt hr̃e aliq̃ singularẽ verã, sed ista est indefinita, syllogismus dialecticus est subiectũ huius sciæ: igĩt debet hr̃e aliq̃ singularẽ, verã, sed hoc est falsum: igr̃. In oppositum videtur esse Aristot. in textu. In ista qõne erunt tres artic. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendũ quòd syllogismus dialecticus pt capi dupliciter. Vnomodo primæ intentionaliter, & sic non est aliud q̃ syllogismus dialecticus mẽtalis vocalis vel scriptus: & sic non est subiectum in hac scĩa. Aliomõ capitur syllogismus dialecticus secũdæ intentionaliter, & sic nõ est aliud q̃ aliquod intentionale attributum per intellectum syllogismo dialectico mẽtali, vocali, vel scripto. Ex quo sequitur quòd iste terminus syllogismus dialecticus de formali significato importat intentionem secundã, sed de materiali significato importat omnem syllogismum dialecticum mẽtalẽ vocalem, vel scriptum. Secundo supponitur, quòd propria passio syllogismi dialectici est generatiuum opinionis. i. notitiæ adhæsiue cum formidine de opposito. Pro quo tamen aduertẽdum est, quòd ad hoc quòd aliquæ p̃missæ generent opiõnẽ de conclusione, seu notitiam cũ formidine oportet, quòd p̃missæ accipiantur cũ formidine de opposito; quia oĩs adhęrens præmissis sine formidine adhęret cõclusioni sine formidine quã cognoscit seq ex p̃missis, & hoc dr̃ a syllogismo demonstratiuo q est generatiuus sciæ seu notitiæ adhæsiue sine formidine de opposito. Ideo seqtur quòd syllogismus potest procedere ex probabilibus dupliciter. Vnomodo ex probabilibus acceptis cum formidine: & sic syllogismus dialecticus debet procedere ex probabilibus. Aliomodo ex probabilibus acceptis generaliter, siue sint cum formidine, siue non; & sic syllogismus demonstratiuus potest dici procedere ex probabilibus, cũ procedat ex necessarijs, q̃ generant

C *Syllo. dia lectic⁹ du pliciter.*

D

B rant scientiam de conclusione.

SECVNDO sciendum ꝙ circa textum incidunt aliq̃ difficultates. Prima; vtrum propositio quam ponit Ari. in textu sit vera: in qua dicitur quod ista arte poterimus disputare de omni problemate. Et videtur ꝙ non: quia ista scientia non habet considerare de omni problemate. Et videtur ꝙ non; quia ista scientia non habet considerare de omni problemate; ergo non habet syllogizare de omni problemate. Respondetur quod problemata siue ꝓpositiones dubię & probabiles possunt considerari dupliciter. Vnomodo quantum ad proprias rationes terminorum & sic ista scientia non habet considerare de omni problemate. Aliomodo

An arte Topica possit disputari de omni problemate.

E quantum ad rationes communes: vt puta quia termini sunt de tali vel de tali prædicato: & sic ista scientia habet bene considerare de omni problemate; quia per illas rationes communes & probabiles poterimus de omni tali problemate disputare; puta respondendo de ipsis; ostendendo etiam aliquid de ipsis: & etiam obuiãdo rationibus quæ de ipsis fient. Secunda difficultas: quomodo potest stare ꝙ syllogismus dialecticus sit subiectum huius scientię: cum de eo non præsupponatur quid est; sed ostenditur in textu quid sit syllogismus dialecticus. Respondetur, ꝙ aliquã scientiã supponere quid est de subiecto suo, potest intelligi dupliciter. Vnomodo quantum ad processum demonstratiuum: & sic præsupponit quid est de suo subiecto: nam antequam fiat demonstratio oportet scire quid est subiectum. Alio modo quantum ad processum doctrinalem & acquisitiuum; & sic non oportet scientiã præsupponere quid est de suo subiecto: sed oportet quærere quid sit.

Q. syllog. dialecticus possit esse subiectũ: cum de eo non presupponatur q. est.

TERTIO sciendum ꝙ pro declaratione diffinitionis probabilium supponitur, ꝙ in tali diffinitione ponũtur multæ particulæ, per quas intelliguntur multa probabilia; per hoc ꝙ dicitur quæ videntur omnibus, intelliguntur probabilia quæ sunt ꝓbabilia apud omnes vulgares: vt ꝙ ignis est calidus. Aliqua sunt quæ sunt probabilia apud sapientes sicut omnis mater diligit filium suum: vel illud, sol est maior tota terra: & ista tanguntur per istam particulam pluribus. Alia sunt quæ sunt probabilia solum sapientibus: & illa tanguntur per illam particulam sapientibus. Et ista sunt triplicia. Nam quædã sunt probabilia sapientibus: quędam sapientioribus, quædam sapientissimis. Supponitur secundo, ꝙ aliqua scientia dr̃ esse inuentiua dupliciter. Vnomodo; quia docet de pluribus medijs per q̃ possunt terminari.i.probari plura problemata: & sic omnis sciẽtia dr̃ inuentiua. Aliomodo: qa docet modum per quem inueniuntur plura media ad terminandum problemata: & hoc modo ista scientia dr̃ esse inuẽtiua: quemadmodum scientia priorum & posteriorum dicitur resolutoria.

QVARTO sciendum ꝙ circa textum incidit vna difficultas: An syllogismus bene diuidatur in syllogismum demonstra-

An syllo. sit bene diuisus in demonstratiuum, dialecticum, &c.

A stratiuum, dialecticum, litigiosum, & falsigraphum. Et videtur ꝙ non; quia syllogismus tentatiuus est syllogismus: et tñ non ponitur in illa diuisione; igitur. Secundo sic; Diuisum debet verificari de membris diuidentibus: sed syllogismus non verificatur de syllogismo litigioso: igitur. In oppositum est philosophus. Pro cuius declaratione supponitur ꝙ prædicta diuisio syllogismi est sufficiens, sumẽdo talem diuisionem ex parte materiæ syllogismi, quę est necessitas & probabilitas. Ad rõnes dubij dr̃, quòd syllogismus tentatiuus reducitur ad aliquam istarũ specierum: puta si procedat ex probabilibus ad syllogismũ dialecticum: si ex necessarijs ad syllogismum demonstratiuum, &

B sic de alijs. Si tamen sumatur distinctio specierum syllogismi ex parte finis; tunc syllogismus tẽtatiuus est bene species distincta ab alijs: nam finis syllogismi tentatiui est alius à fine alterius speciei syllogismi: cum finis eius sit generare experientiã de scĩa, vel ignorantia rñdentis. Sed finis syllogismi dialectici est generare opinionem. Finis litigiosi generare apparentem sophiam. Finis falsigraphi, seu sophistici est ignorantia prauæ dispositionis. Finis demonstratiui est generare scientiam. Ad secundam dicitur, quòd licet in diuisione vniuoci, diuisum debeat verificari de membris diuidentibus: non tamen in diuisione æquiuoci: modo syllogismus diuiditur in syllogismum demonstratiuum, dialecticum & litigiosum diuisione æquiuoci: nã syllogismus litigiosus non est syllogismus, saltem syllogismus litigiosus peccans in forma. Et hęc de primo artic. Quantum ad secundum.

C *Arti. 2.*

An syllo. peccãs in materia, vel forma sit bonus.

DVBITATVR primo Vtrum syllogismus peccans in materia & syllogismus peccans in forma sint boni syllogismi. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd aliquem syllogismũ peccare in materia potest intelligi dupliciter. Vnomodo: quia in eo non sunt tres termini, vel tres propositiones: & sic non capitur hic syllogismus peccans in materia, quia tali modo syllogismus dr̃ etiam peccare in forma, cum non habeat terminos & ꝓpositiones dispositas in modo & figura: & sic omnis syllogismus amittens aliquid de materia, vel etiam aliquid habens superfluũ, diceret peccare in materia isto-

D modo. Aliomodo syllogismus, dr̃ peccare in materia: quia peccat in illis, quæ se tenent ex parte materiæ, sicut in probabilitate, vel necessitate: ita quòd ille syllogismus dicitur peccare in materia cuius præmissæ nõ sunt probatiuę conclusionis, sicut est fallacia petitionis principij statim, vt sic arguendo omnis homo est homo, & omnis homo est homo: ergo omnis homo est homo: vnde syllogismus sic peccans in materia dicitur bene bonus simpliciter. Sed dicitur peccare cõtra syllogismum probatiuum, siue dialecticum. Supponitur vlterius, ꝙ forma syllogismi nõ est aliud q̃ modus & figura: ideo ille syllogism⁹ dr̃ peccare in forma, cuius ꝑmissæ non sunt dispositę in modo & figura, cuiusmodi sunt omnes combinationes inutiles: & de tali

E syllogismo dicitur quòd nō est syllogismus: sicut homo pictus non est homo: ideo diuisio qua diuiditur syllogismus in syllogismū demonstratiuū, dialecticum & litigiosum seu sophisticum peccantē in forma, est diuisio æquiuoci in æquiuocata.

An idem syllog. possit esse dialecticus et demonstratiuus.

DVBITATVR secundò. Vtrum idem sillogismus possit esse dialecticus & demonstratiuus. Et arguitur quòd non: quia tunc idem sillogismus esse ex necessarijs & possibilibus aliter se habere: consequens est fallum: igitur. Cōsequentia patet: quia sillogismus demonstratiuus est ex necessarijs, & sillogismus dialecticus est ex probabilibus: sed probabilia possunt aliter se habere: igitur. Secundo: quia tunc sequeretur ꝙ de eodem haberemus scientiā

F & opinionem: sed consequens est falsum: ergo & antecedēs: cōsequentia patet: quia sillogism⁹ demonstratiuus generat scientiā: dialecticu⁹ generat opinionē: falsitas consequentis patet: quia scientia & opinio sunt habitus oppositi. Tertio sic: membra diuisionis non debēt coincidere: sed sillogismus demr̄atiuus & dialecticus diuidunt sillogismum: igitur. In oppositū argr̄: quia propōnes ex qui bus fit sillogismus demr̄atiuus sunt probabiles: cum ipsis cōueniat diffinitio probabilis: & per cōsequens idem sillogismus procedit ex necessarijs, & probabilibus: ergo simul erit demonstratiuus & dialecticus. Pro cuius solutione supponitur quòd sillogismus demonstratiuus, & dialecticus possunt capi dupliciter. Vnomodo secundæ intentionaliter, & sic vnus non est alius. Aliomō primæ intentionaliter: puta pro sillogismo mētali vel scripto: & tūc dico ꝙ sillogismū demr̄atiuum esse dialecticū pt intelligi dupliciter. Vnomodo respectu diuersorum: & tunc dico, quòd idem sillogismus pt esse demonstratiuus & dialecticus: cum vnus potest assentire pmissis sillogismi demonstratiui sine formidine de opposito, & alter potest ipsis assentire cū formidine de opposito. Aliomodo respectu eiusdem: & hoc dupliciter, sm ꝙ probabile pōt capi dupliciter. Vnomodo largè pro propositionibus probabilibus, siue cum formidine, siue sine formidine, & sic vnus & idē sillogismus respectu eiusdem bene diceretē demonstratiuus, & dialecticus. Aliomodo capiendo probabile strictè pro propositione probabili quæ est cū formidine. Et sic dico quòd vnus & idem sillogismus respectu eiusdem non potest dici demonstratiuus & dialecticus. Ad rationes ad duas primas patet solutio. Ad tertiam dicitur: quòd sillogismus demonstratiuus & dialecticus vt diuidunt syllogismum capiūtur secundæ intentionaliter & non primæ intentionaliter, ideo vt sunt membra diuidentia nunquam verificātur de seinuicem. H

An scia topica psit obuiationibus, & disciplinis.

DVBITVTVR tertio. Vtrum dialectica, seu ista scientia sit vtilis ad obuiationes: & ad secundum philosophiam disciplinas. Et videtur quòd non: quia aliquis potest exercitari in medicina, vel in rhetorica, vel in aliqua alia scientia sine dialectica:

A ctica, vt patet per experientiam. Item per demonstrationem possumus obuiare positionibus respondentis: ergo non oportet esse talem scientiam.
In oppositum est philosophus in textu, vbi dicit ꝙ ista scientia est vtilis ad tria.s. ad exercitationes, obuiationes, & ad secundũ philosophiam disciplinas. Ideo respondetur ad rationes. Ad primam dr̃, ꝙ licet aliquis possit exercitari in medicina, vel in aliqua alia scientia, sine dialectica imperfectè, & non scientificè, non tamẽ potest perfectè & scientificè sine ista scientia. Ad aliã dicitur quòd licet per demonstrationem possimus obuiare põni falsæ, non tamen põni veræ sicut possumus per dialecticam. Sed dubitaret aliquis quo
Dubitatio. 3
B modo possumus habere scientiã de sillogismo dialectico: cum sillogismus dialecticus sit generatiuus opinionis. Respondetur ꝙ scientia propriè dicta communiter non habetur nisi de conclusione, in qua demonstratur passio de subiecto: & sic de conclusione in qua demõstratᷣ passio sillogismi dialectici de ipso sillogismo dialectico: vt puta de tali, sillogismus dialecticus est generatiuus opinionis: hr̃ sciã quæ vocatur dialectica: capiendo dialecticam strictè: quia dialectica largè capta, est idem ꝙ logica, quæ habetur de omnib⁹ conclusionibus demonstrabilibus in tota logica. Et sic patet, ꝙ de sillogismo dialectico non habemus scientiam nisi tanquã de scibili remoto: & hoc in sillogismo demonstratiuo: & cũ hoc stat ꝙ sillogism⁹ dialecticus est bene generatiuus opinionis.i. præmissæ syllogismi dialectici C generant opinionem de conclusione syllogismi dialectici. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sic.

CONCLVSIO responsalis: Syllogismus dialectus est subiectum in hac scientia; cum primo.i: adequatę consideretur in hac scientia. Ad rationes autem oppositum. Ad primam dicitur negando consequentiã: quia cõmittitur fallacia figuræ dictionis variando genus suppositionis. Ad secundam dicitᷣ ꝙ licet syllogismus demstratiuus cõsideretur primo in hac scientia vt ly primo dicit ordinẽ ad secundum, non tamen vt idem est ꝙ adęquate. Ad tertiam dicitur ꝙ scientia quæ ibi habetᷣ bene vocatur dialectica: capiendo dialecticam strictè & propriè: sed non capiendo dialecticam large, vt conuertitur cum logica. Ad quartam dicitur ꝙ syllogismus dialecticus est vn⁹ vnitate generis vel speciei: & hoc capiendo sylogismũ dialectũ secundæ intentionaliter. Ad quintam dicitur, ꝙ licet oĩs ꝓpositio indefinita cuius subiectũ supponit ꝑsonaliter, possit habere aliquam singularẽ: non tamen indefinita, cuius subiectũ supponit simpliciter. D

Arti. 3.

PRIMVM ergo considerandũ ex quibus est method⁹.

ISTA EST pars executiua huius libri, quæ diuiditur in octo libros partiales: quorũ primus diuiditur in tres tractatus. In primo determinat de principijs syllogismi dialectici. Et primo probat, ꝙ propositiones dialecticæ & problemata sunt in æquali

E æquali numero. Quod probat quia quæcunque fiunt ex æqualibus numero sunt inæquali numero: sed propōnes dialecticæ fiunt ex æqualibus numero: q̃a fiunt ex æqualibus prædicatis: ergo propositiones dialecticæ, & problemata sunt in æquali numero. Secundo sic: illa quorum vnum potest fieri reliquum, & econtra; sunt in æquali numero: sed sic est de propositione dialectica & problemate: vt illa propō dialectica, vtrũ homo sit aĩal fit problema, dicendo vtrum hõ sit animal vel non. Consequẽter mouet aliqua dubia. Primo: vtrum aliquod problema possit fieri de differentia. Respondet quòd differentia est reducenda ad genus: ideo problemata de

Propōnes & proble mata æ-- qualia nu ero.

F differentia reducũtur ad genus. Secundum dubium: quare enumerando prædicatá non enumerat diffinitionem; quæ tñ est prædicatum. Respondet ꝙ continetur sub ꝓprio, & dicit ꝙ duplex est proprium, quoddam est ꝙ indicat quid est esse rei, & illud vocatur terminus, seu diffinitio: aliud est quòd non indicat quid est esse rei, conuersim tamen prędicatur de illo cuius est, cuiusmodi est propria passio, vt risibile respectu hominis. Ex quo passu elicitur talis regula, ꝙ si aliquid sit commune duobus, & vni illorum nõ sit nomen impositum: tunc illud assumit nomen communis. Ex quibus concludit quòd quatuor sunt prædicata, scilicet terminus, siue diffinitio, genus, proprium, & accidens. Et subdit ꝙ differentia est inter propositionem dialecticã, & problema: nam ꝓpositio dialectica solum quærit vnam partem contradictionis: vt hic, est

Proprium duplex.

G ne homo aĩal gressibile bipes. Sed problema quærit vtranque partem contradictionis: vt vtrũ animal gressibile bipes sit diffinitio hominis, vel non. Consequenter diffinit terminum, seu diffinitionẽ: dicens ꝙ terminus est oratio indicans quid est esse rei, & subdit ꝙ non solum incõplexa, sed etiã complexa habent diffinitionem; nam possibile est ea quæ sub oratione significantẽ terminari. i. diffiniri. Et dicit, ꝙ illi qui vtuntur vno solo nomine pro diffinitione, non bene diffiniunt, eo quòd omnis diffinitio est oratio. Secundo dicit, quòd idem & diuersum sunt annexa diffinitionis: quia illud est annexum diffinitionis, per quod

Terminus quid.

H fit maximus labor circa diffinitionem, sed per idem & diuersum fit maximus labor: igitur. Item idem, & diuersum terminantur per eandem methodum, per quam terminatur diffinitio, quia si probauerimus aliqua esse eadem vel diuersa faciliter poterimus disputare de diffinitione; & si ostenderimus aliqua non esse eadem sufficienter, ostendemus ea non habere eandem diffinitionem. In secunda parte determinat de secundo prædicato, scilicet de proprio: dicens, quòd proprium est quod non indicat q̃d est esse rei; soli aũt inest & conuersim prædicatur de re; vt susceptibile disciplinę est propriũ hominis. Et siquis quærat; Vtrum illud quod conuenit alicui sicut dormire conuenit homini; sit proprium eius. Respondet, ꝙ bene est proprium quando, vel proprium ad aliq̃d; sicut

Propriũ quid.

A ſicut eſſe a dextris. Ex quo infert ꝙ triplex eſt proprium ſcilicet proprium ſimpliciter, proprium quando & proprium ad aliquid. In tertia parte determinat de tertio prædicato, quod eſt genus dicens, ꝙ genus eſt quod prædicat de pluribus differétibus ſpecie in eo quod qd: vt animal reſpectu hominis & bouis. Vltimam partē probat; quia illud prædicatur in quid per quod conuenienter reſpondetur ad quæſtionē factam per quid: ſed genus eſt huiuſmodi: igitur. Et ſubdit, ꝙ idem & diuerſum genere, ſunt annexa generis: quia terminantur per eandem methodum per quā terminantur problemata de genere:

Gen^s qd.

B quia ſi oſtenderimus ꝙ animal eſt genus hominis & bouis: ēt oſtenderimus ꝙ homo & bos ſunt idem genere. Etiam ſi oſtē derimus, quòd animal eſt genus bouis, & non eſt genus lapidis, etiam oſtenderimus quòd homo & lapis non ſunt idem genere. In quarta parte determinat de quarto prædicato, quod eſt accidens. Et ponit duas diffinitiones eius. Quarum prima eſt: accidens eſt quod nec eſt diffinitio, neq; ꝓprium, neq; genus: ineſt autē rei. Secunda Accidens, eſt quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe: vt ſedere. Et dicit ꝙ illa diffinitio eſt melior quam prima; quia ad cognoſcendum primā neceſſariò eſt ſcire quid ſit diffinitio, quid genus & quid propriū. Secūda eſt per ſe determinata ad cognoſcendū accñs. Et infert ꝙ problemata quę fiūt de prædicatis cōparatis ad ſubſtantiā ſecundum magis & minus reducuntur ad problemata accidentis: vt vrū vita quæ eſt ſecundum virtutem, ſit melior vita quæ eſt ſecundum brutalitatem .i. ſecundum delitias ſenſitiuas. Ex quo patet, ꝙ magis & minus ſunt annexa accidentis. Et ſubdit finaliter ꝙ non refert proprium quando & proprium ad aliquid eſſe accidens.

Accidens quid.

C

NON autē lateat nos, quoniam quæ ad proprium genus & accidens, omnia & ad diffinitiones conuenit dici.

Oīa pdicata reducūtur ad diffinitionē.

ISTVD EST ſecundum capitulum, in quo oſtendit, quòd iſta tria prædicata, genus proprium & accidens reducuntur ad diffinitionem: & diuiditur in tres partes. In principia oſtendit, quòd alia prædicata a diffinitione reducuntur ad diffinitionem: Nam ſiquis oſtendat quòd aliquid non conueniat alicui conuertibiliter ſicut eſt proprium: per hoc oſtendit quòd ſibi non conuenit vt diffinitio: quia diffinitio debet conuertibiliter conuenire diffinito: ēt ſiquis oſtendat ꝙ aliqud non conuenit alteri eſſentialiter ſicut eſt genus: oſtendit quòd illud non conuenit vt diffinitio; quia diffinitio dicitur conuenire diffinito eſſentialiter. Etiam ſiquis oſtendat, quòd aliquid conuenit alicui accidentaliter oſtendit quòd illud non eſt diffinitio quia diffinitio non debet conuenire diffinito accidentaliter. Vnde iſta tria prædicata reduci ad diffinitionem non eſt aliud, quam per conſiderationes iſtorum prædicatorum terminare aliqua ꝓblemata de diffinitione

D

A non tamen sufficit pro omnibus prædicatis esse vna communis consideratio;quia illa inutilis esset: & esset niminis difficilis;igitur . In secũda parte determinat de eodẽ, quod est annexum diffinitionis: dicens, ꝙ idem dicitur tripliciter .s. idem numero,idem specie,& idem genere.Eadem numero sunt quorum res est vna , nomina vero plura: vt tunica & vestis:eadem specie sunt quæ sub eadẽ specie continẽtur, vt petrus & sortes; eadem genere sunt quæ sub eodem genere continentur;vt homo & equus sub animali. Et remouet vnum dubium: posset.n. quis credere ꝙ essent plures modi indentitatis ; quia aquæ exeũtes de diuersis fontibus plus differunt quam aquæ exeuntes de eodem fonte: & tamen sunt eiusdem speciei ; ergo videtur ꝙ sit aliqua identitas minor identitate numerali. Respondet philosophus ꝙ omnis aqua omni aquę est eiusdem speciei, & illę aquæ de diuersis fontibus non differunt nisi accidẽtaliter:quia vna est dulcior altera. In tertia parte diuidit idem numero: dicẽs ꝙ idẽ numero dicitur multipliciter.s.nomine diffinitione, proprio & accidente. Eadẽ nomine sunt quæ eodem nomine nominãt:ut sortes & sortes: eadem diffinitione : quorum vnũ est de diffõne alterius, vt hõ & rationale: eadẽ proprio:quorũ vnũ est ꝓprium alterius, vt hõ & risibile:eadem accñte:quorũ vnũ est accñs alterius vel ambo sũt accñtia vni tertio : vt sortes & sua albedo. Et dñr eadem numero : q̃a per cognitionẽ vnius venimus in cognitionẽ alterius.

Idẽ tripliciter.

Q

P

Qvoniam autem ex prius dictis sunt orationes & per hæc & ad hæc vna quidem fides est .

Q

Isdvest tertium capitulum huius tractatus , in quo probat Arist. duabus rationibus quòd tantum sint quatuor prædicata.s. inductione & syllogismo.Inductione sic:omnis ꝓpositio dialectica & similiter omne problema est de genere aut proprio , aut diffinitione aut accidente : Syllogismo sic , omne prædicatum quod dicitur de aliquo conuenit illi conuertibiliter aut nõ conuertibiliter ; si primum hoc est dupliciter ; aut indicat quid est esse rei , & sic est diffinitio : aut non indicat, & sic est proprium . Si secundum aut ponitur in diffinitione speciei , & sic est genus;aut non,& sic est accidens. Deinde dicit ꝙ cuilibet prædicato conuenit ratio alicuius prædicati,& reducũtur ad quatuor prædicata. Deinde remouet vnum dubium : posset enim aliqs dubitare vtrum prædicari in quid cõueniat cuilibet prædicato.Respondetur ꝙ sic : nã quodlibet superius prędicat̃ in q̃d de suis inferioribus : sed in quolibet prædicato sunt quædam inferiora & quædam superiora ; igitur .

Quatuor tãtũ sunt pdicata.

H

An prædicatorum numerus, cum eorum diffinitionibus sufficienter assignetur.

Qvaeritvr vtrũ numerus ꝑdicatorũ cum eorũ diffinitionibus sit sufficienter assignatus. Arguitur primo ꝙ nõ:q̃a plu-

A plura sunt prędicata q̄ quatuor: igitur numerus prædicatorū nō est sufficiens. Antecedēs probatur: quia species est prędicabile: igitur est prædicatum. Etiā tot sunt prædicata quot sunt propōnes dialecticæ: sed plures sunt ꝓpositiones dialecticę q̄ quatuor: igitur. Secundo sic: Diffō non est ꝑdicatū: ergo non erunt quatuor. Añs patet: quia diffinitio non est prædicabile: ergo nō est prædicatum. Tertio sic: Diffinitio non est diffinibilis, cum sit quoddam complexū: igitur diffinitio eius est male posita: et si esset diffinibilis, sequeretur quòd diffinitio esset diffinitum: cū oē diffinibile sit diffinitum. Quarto sic: Si diffinitio diffinitionis esset sufficienter posita: sequeretur quòd aliquid cōuertibile cū

B aliquo esset superius ad ipsum: consequens est falsum: igitur. Consequentia patet: quia diffinitio est conuertibilis cum diffinito: ergo diffinitio diffinitionis est conuertibilis cum ipsa diffinitione, quæ diffinitur: & tñ diffinitio esset superior ad ipsam, cum sit superius ad oēm diffinitionē. Quinto sic: Propriū cōuenit omni indiuiduo speciei cuius est propriū: ergo non inest soli. In oppositum argr̄ auctoritate philosophi in textu: in q̄stione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, quòd prædicatū pōt capi dupliciter. Vnomō primò intentionaliter: Aliomodo secundò intentionaliter. Primæ intentionaliter est terminus mentalis vocalis, vel scriptus, q̄ denotaẗ dici de alio: siue illud sit genus, vel aliquod aliud ꝑdicatorum. siue non: &

Prædicatum dupliciter.

C sic indiuiduum vel terminus singularis pt esse prædicatū. Aliomodo pt capi primæ intentionaliter adhuc magis strictè ꝓ termino mētali, vocali, vel scripto: qui denotatur dici de alio tanq̄ genus, vel aliquod prædicatorū: & sic indiuiduum non est prædicatum. Sed prædicatum captū secundæ intentionaliter non est nisi vnum intentionale quod attribuitur termino, qui denotaẗ dici de alio tanq̄ genus, propriū diffinitio, vel accidens; & istomodo capitur prædicatum cum dr̄, quòd tantum sunt quatuor prædicata: quæ suo modo debet exponi sicut ista, tm̄ sunt quinq; ꝑdicabilia. Vnde genus, propriū & accidens sunt alię secundæ intentiones, quę sunt ꝑdicata & quę sunt ꝑdicabilia: quia vt sunt ꝑdicabilia attribuūtur alicui in q̄tū natū est de pluribus ꝑdicari:

D sed vt sunt prædicata attribuuntur eidem vt est natum inesse suo subiectibili essentialiter vel accidentaliter, conuertibiliter vel non conuertibiliter. Et sic patet, ꝙ diffinitiones eorum nō sunt omnino eędem; quia in diffinitione istorū inquantū sunt ꝑdicabilia, intelligitur vniuersale sub rōne generis: & ī diffinitiōe ꝑdicatū intelligit ꝑdicatorū. Dico vlteri⁹, ꝙ licet idē ꝓ denominato seu primæ intentionaliter possit dici prædicatorū & prædicabile: non tamen propter hoc sequitur ꝙ secundæ intentiones sint eædē immo vna pt alicui attribui, dato ꝙ alia non sibi attribuatur; nam possibile est intellectum nostrū intelligere aliquid sub ratione qua potest de pluribus prædicari: & non sub ratione sub qua conuenit suo

E subijcibile essentialiter vel accidentaliter: quo facto potent prædicabile alicui attribui, dato quòd prædicatum non sibi attribuatur.

Prædicatum dialecti co qd requiritur.

SECVNDO sciendum ꝙ tres cõditiones requiruntur ad hoc ꝙ aliquid sit prædicatum dialecticum. Prima: ꝙ sit natum prædicari de aliquo prædicatione directa & ordinata: quę fit quando superius prædicatur de suo inferiori: vel qñ aliquod prædicabile prædicat̃ de aliquo suo subijcibili: iõ nullum indiuiduum est prædicatum propriè dictũ; nisi caperetur prædicatũ largè pro omni illo ꝙ potest dici de alio siue prædicatione directa siue non. Secunda conditio, ꝙ propõ in qua prędicat̃ huiusmodi prędicatũ de suo subijcibili, sit terminabilis per artem dialecticam. Vnde illa propositio est terminabilis per artem dialecticam, quæ potest esse consequens alicuius consequentiæ dialecticę; & probari per aliquẽ locũ dialecticũ. Quinta conditio est, ꝙ tale prædicatũ non sit reducibile ad aliquo prius eo secundum easdem considerationes: iõ annexa prædicatorũ non sunt pdicata qa ad ipsa pdicata reducunt: & propões ex ipsis constitutę terminantur per easdem considerationes, sicut propositiones de prædicatis.

F

An propõ ... & ... dialectica sint æquali nume...

TERTIO sciendum quòd circa textum incidunt aliquæ paruæ difficultates. Prima: vtrum propositiones dialecticæ sint in æquali numero cum problematibus dialecticis. Et videtur quòd non: quia quis potest formare propositionem dialecticam non formando problema: igitur non sunt in æquali numero. Respondetur breuiter ꝙ propositiones dialecticas esse in æquali numero cum problematibus potest dupliciter intelligi. Vnomodo in numero sic ꝙ si quis faciat propositionem dialecticam ipse vel vnus alter formaret problema dialecticum: & sic non est intelligendum. Aliomodo in genere vel in specie: & sic est intelligendũ ꝙ tot quot possunt esse maneries propositionũ dialecticarũ, possunt esse problemata; cũ fiat ex cõsimilibus terminus: & vnũ potest fieri ex reliquo: & sic intelligitur. Secunda difficultas; an diffinitio possit dari per vnam vocem: & an diffinitio possit diffiniri. Ad primam partem dicitur, ꝙ diffinitio non potest dari per vnam vocem incomplexam: quia omnis diffinitio debet esse oratio explicans distinctè essentiam rei: quod nõ potest fieri per vnicam vocem; Ideo dicit philosophus. 8. metaph. ꝙ diffinitio est sermo long[9]. Ad aliam partem dicitur, ꝙ diffinitio potest capi dupliciter. Vnomodo secundę intentionaliter, & sic diffinitio bene diffinit̃: cum tunc sit quoddam incõplexum intẽtionale. Aliomodo capitur primæ intentionaliter: & sic non diffinitur: cũ sit quoddã complexum compositũ ex pluribus; quemadmodum est animal rationale & aliæ diffinitiones.

An diffinitio diffinatur.

G

Tex. com ment. 9.

QVARTO sciendum quòd circa modos euisdem incidunt duæ paruę difficultates. Prima vtrũ identitas numeralis sit maxima identitas: cum diuersitas numeralis non sit maxima diuer-

An identitas numeralis sit maxime identitatum.

A diuersitas cum nō arguat alias diuersitates: quia non sequitur ista differunt numero: ergo differunt specie, vel genere. Ad hoc dicitur, quòd identitas numeralis essentiæ quæ est identitas numeralis nomine diffinitione, vel proprio est maxima indentitas, & infert alias indentitates: sed indentitas numeralis accidente non est maxima indentitas: immo illa non infert quamque aliam indentitatem: vt non sequitur, sortes & sua albedo sunt idem numero: ergo sunt eiusdem speciei. Secunda difficultas: quomodo accidens, & subiectum possunt esse vnum, & idem numero: cum possint separari abinuicem. Respondetur breuiter, quòd accidens, & subiectum esse vnum numero potest, intelligi dupliciter. Vnomodo, quòd sint vna res: & sic

Quo accidens, et subiectū sint unū numero.

B non est verum. Aliomodo, quòd faciant vnum non vnitate per se, sed vnum per accidens: & sic dicuntur vnum numero: & tūc non debet concedi, accidens, & subiectum esse vnum numero: quia talis vnitas non est proprie vnitas: immo magis ibi committitur fallacia secundum quid ad simpliciter. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Art. 2.

An quatuor pdicata suffi cienter a Philosopho assignentur.

DVBITATVR primo vtrum quatuor prædicata sufficientur diffiniantur a Philosopho. Et videtur, quòd non: primo de diffinitione: quia diffinitio est quid complexum: igitur. Item diffinitio non est propositio: ergo non indicat quid esse rei: cum sola propositio hoc faciat. Item diffinitio non est diffinitum: ergo non diffinitur. Maior patet: quia diffinitio, & diffinitum non sunt termini oppositi. Item alia prædicata habent easdem diffinitiones sicut prædicabilia: ergo non differunt a prædicabilibus. Pro solutione supponit primo, quod diffinitio potest capi dupliciter, scilicet primæ intentionaliter: & sic est quid complexum, & non diffinitur. Aliomodo secundæ intentionaliter, & sic bene diffinitur: & conceditur, quòd diffinitio est diffinitum saltem prædicatione denominatiua: & dummodo vnū accipiatur, vt quid, & aliud vt modus. Secundo supponitur, quòd communiter assignatur triplex esse, scilicet esse propositionale quod denotatur, per copulam propositionis: & tale non importatur per diffinitionem: sed solum per propositionem. Aliud est esse existentiæ, quòd habet res quando est extra causam suam, nam existere connotat rem habere esse extra propriam causam: & tale non importatur per diffinitionem: quia siue res existat siue non, est diffinibilis: vt patet de tonitruo non existente. Aliud est esse essentiæ, quod non est aliud, quàm res ipsa vt esse essentiæ hominis est ipse homo: & tale importatur per diffinitionem saltem in esse cognito. Et quando dicitur diffinitio, est oratio indicans quid est esse rei, sensus est, indicans, idest manifestans, quę res est diffinitum, vt animal rationale manifestat, quæ res est homo. Et si quis dicat, esse essentiæ, & esse existentiæ idem sunt. Dico, quòd verum est: ergo si vnum importatur per diffinitionem, & reliquum. Dico, negādo cōsequentiam: quia esse diffiniti

Definitio dupliciter.

Esse triplex.

E niti non importatur per diffinitionem secundum esse reale, quod habet extra causam, sed solum secundum esse cognitum: nam ad hoc, quòd aliquid diffinatur, sufficit quòd habeat esse cognitum. Supponitur tertio, quòd in diffinitione prædicatorū semper ly, quod, dat intelligere prædicatum, quod est genus ad ipsa prædicata: ideo non habent eandem diffinitionem, sicut prædicabilia: quia in diffinitione prædicabilium semper intelligitur vniuersale pro genere.

An species, propriū quādo, & ad aliqd sīt prædicata. DVBITATVR secundo: Vtrum species sit prædicatū ab aliis distinctum: & vtrum proprium quando, & proprium ad aliquid faciant prædicatum proprij. Ad primam partem dicitur, quòd species est prædicatū: F & propositio, in qua prædicatur, est terminabilis per aliquem locum dialecticum, sicut per locū a toto in quātitate: Philosophus tamen non facit mentionem de ea explicite, neque eam enumerat: quia habet eundem modum inhærendi, & prędicandi, sicut genus: ideo sufficienter intelligitur per genus. Dicitur etiā, quòd differentia intelligitur per gen⁹. Et si quis dicat, vtrum differentia sit annexum generis. Dico proprie, quòd non, cum habeat proprium modum prædicandi, & facit etiam vnum prædicabile distinctum a genere: videtur etiam quòd faciat vnum prædicatum distinctum a genere. *Sco. li. 1. di. 8. q. 3.*

Gen⁹ du pliciter. Aduerte tamen, quòd genus potest capi dupliciter. Vnomodo large pro omni incomplexo limitato, quod prædicatur essentialiter, non conuertibiliter de suo subiicibili, cui inest essentialiter. Et sic potest dici, quòd genus, differentia, & species non faciunt nisi vnum prædicatum, scilicet generis, cum ipsis conueniat vnus modus essendi suo subiicibili, & vnus modus prædicandi, scilicet essentialiter. G

Aliomodo capitur stricte pro incomplexo limitato, quod prædicatur in quid de pluribus differētibus specie: & sic potest dici, quòd species, & differentia facerent duo prædicata distincta a genere. Pro secunda parte dicitur, quòd proprium quando & proprium ad aliquid, faciunt prædicatum accidentis: & non prædicatum proprij, cum non sint proprium simpliciter: etiā ipsis non conuenit diffinitio proprij.

An quodlibet prædicatum hēat aliquod annexum. DVBITATVR tertio H vtrum quodlibet prædicatū habeat aliquod annexum. Pro cuius solutione supponitur, quòd vt annexum, communiter dicitur, est prædicatum minus principale prædicato, cui annectitur non totaliter idem, nec totaliter diuersum, terminabile per easdem considerationes, vel per similes, quibus est principale prædicatum. Ex quo sequitur, quòd non oportet semper, quòd considerationes, per quas terminantur problemata prædicati sint totaliter idem cum cōsiderationibus, quibus terminantur problemata annexi. Secundo supponitur, quòd tres conditiones requiruntur ad hoc, quòd aliquid dicatur annexum alteri. Prima, quòd problemata, quæ sunt de annexo fere sint terminabilia similibus considerationibus, sicut problemata, quæ sūt de prædicato principali. Secunda

A da, quòd illud prædicatum, cui dicitur esse annexum sit principalius, quàm illud annexum. Tertia, quòd prædicatum principale, & annexum non habeāt omnino similes modos prædicandi: quia tunc magis deberēt dici vnum prædicatum, quàm prædicatum, & annexum.

Supponitur tertio, quòd non quodlibet prædicatum habet annexum, quia proprium non habet annexum. Et si quis dicat, nonne idem, & diuersum proprio possunt esse annexo ipsi proprio, sicut idem & diuersum genere sunt annexa generis. Respondetur, quòd nō: quia idem & diuersum proprio non dicuntur primo conuenire ipsi proprio: sed magis speciei illius proprij. vnde nihil dicitur primo idem & diuersum cum risibili, B nisi quia primo est idem, vel diuersum cum specie; puta cū homine. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Art. 3. CONCLVSIO respōsalis: Numerus prædicatorum cum diffinitionibus eorum est sufficiēter assignatus a Philosopho.

Ad rationes. Ad primam, & secundam, & tertiam patet solutio, & etiam ad quartam.

Ad quintam dicitur, quòd ly soli, in diffinitione proprij non refertur ad indiuidua: sed ad speciē: puta ꝙ sit sensus soli supple speciei, & omni supple īdiuiduo.

PRIMVM ergo determinetur quid est propositio dialectica, & quid problema dialecticum.

ISTE est secundus tractatus huius libri, in quo determinat Arist. de principiis complexis syllogismi dialectici: & diuiditur C in duo capitula. In primo, ostendit quid sit propositio dialectica, & problema dialecticum per hoc, ꝙ nō omnis propositio est dialectica: nec omne problema est dialecticum: quia nullus ꝓponeret per modum problematis, quod est omnibus, vel nulli notum, quia omne problema debet habere aliquā dubitationē.

Deinde diffinit propositionē dialecticam dicens. Propositio dialectica est interrogatio probabilis, quæ videtur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus: & his omnibus, vel pluribus, vel maxime notis cum formidine non extranea, idest non contraria opinionibus plurium sapientum. Deinde diuidit propositiones dialecticas, dicēs, quòd quædam sunt propositiones dialecticæ secundum se probabiles: vt omnis mater diligit filium suū: D aliæ sunt similes probabilibus: vt si sit probabile, quòd contrariorum sit eadem disciplina, probabile erit, quòd eorum sit vnus sensus. Aliæ sunt probabiles, quæ sunt contrariæ probabilibus, id est de terminis contrariis, vel secundum contradictionem protensę. Exemplum ex parte subiecti: vt amicis oportet benefacere, inimicis oportet benefacere: ex parte prædicati: vt amicis oportet benefacere: amicis oportet malefacere. Exemplum de illis, quæ sunt protensæ secundum contradictionem, vt amicis oportet benefacere, inimicis nō oportet benefacere amicis oportet benefacere, amicis non oportet malefacere. Et subdit, ꝙ sicut vna est ꝓbabilis, ita & reliqua.

Propositiões dialecticæ quid, & quotuplices.

Consequenter diffinit proble-

mata

B mata dialectica,dicēs,ꝙ problema dialecticū est speculatio contendens ad electionē,vel fugam, vel ad veritatē,& sciam:aut vt ipsum sit adminiculans, aut ad aliquid aliud huiusmodi. Vnde per hoc, quòd dicit ad electionem, vel fugam tangit problemata moralia:& per hoc, quod dicit ad veritatem, & scientiam tangit problemata naturalia:& per hoc, quod dicit adminiculans. tangit problemata scientiarum sermocinaliū. Consequenter diuidit problemata. Primo ex parte nostrę cognitionis:Secundo ex parte finis. De primis dicit, quòd quoddam est problema de quo neutro modo opinamur: & solet vocari problema neutrum, eo quòd nullam rationem habemus ad alteram partem contradictionis: vt vtrum
F astra sint paria,vel imparia: vel quia habemus rationes ęque fortes ad vtranq; partem contradictionis: vt vtrum mūdus sit ęternus, vel non. Alia sunt de quibus habentur contrarię opiniones: & illa sunt triplicia: quædam sunt de quibus plurimi vulgares cōtrariantur sapientibus, vt vtrum sapientia sit melior diuitijs, vel non: alia sunt de quibus plurimi vulgares cōtrarian tur inter se, vt vtrum ars sutoria sit melior pelliparia:alia sunt de quibus sapientes contrariantur inter se,vt sunt problemata physicalia, & metaphysicalia: vt vtrum mūdus sit ab ęterno, vel non, & vtrum genus sit vnum vniuersale,vel non. Deinde diuidit problemata ex parte finis dicens, quòd quædam problemata ordinātur ad electionem, vel fugam: vt vtrum oporteat parentes reuereri,vel non: quædam non ordinantur ad finem propter scire,sed propter operari:vt vtrum voluptas sit eligenda,vel non:& quædam ordinantur ad scire tantum,vt sunt problemata naturalia. G

POSITIO autem est extranea opinio alicuius secundum Philosophiam.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de positione: dicens: positio est opinio extranea aliquorum notorum secūdum Philosophiam,idest positio est opinio aliquorum peritorum, vel alicuius periti in Philosophia: & dat tria exempla. Primum non contingit esse contradictionem,vt dicit Antisthenes. Secundum est,ꝙ omnia mouentur, vt dicit Heraclitus. Tertium: quòd omnia sunt vnum, vt dicit Melissus:& de istis dicit Arist. quòd esse solicitum est magis signum stulticię quàm sapientię. Deinde comparat positionem ad problemata: dicens, quòd omnis positio est problema:sed non econtra. Secundam partem probat: quia aliqua sunt problemata de quibus neutro modo opinamur:& illa non sunt positiones: quia positio est oratio quæ per rationes probabiles videtur ab aliquo respondente. Primam partem probat:quia omne illud de quo contrarij opinantur est problema: sed positio est huiusmodi:igitur. Et subdit, quòd solum illa problemata sunt dialectica, quæ possunt esse dubia ex parte rationis: & illa non sunt dialectica, quæ sunt dubia ex defectu sensus,vel pœnæ: vt dubitantes

Positio quid, & quomodo se habet ad problema.

H

A tantes vtrum oporteat Deos venerari, & parentes amare: tales non sunt rationibus conuincendi: sed verberibus sunt puniendi. Similiter illa problemata quorum demonstratio est propinqua sensui, vel longe a sensu non sunt dialectica: vt vtrum nix sit alba. Deinde determinat de speciebus argumentationis dialecticę: dicens, quòd duę sunt species argumentationis dialecticę, scilicet syllogismus, & inductio: quid sit syllogismus dictum est prius. Sed inductio est progresio a singularibus ad vniuersale. Finaliter comparat inductionem ad syllogismum: dicens, q̄ inductio est planior, & verisimilior quàm sit syllogism⁹: sed syllogismus est valentior, & ad cōtradicendum efficatior.

1. Prio.

B INSTRVMENTA autem per quæ abundemus syllogismis, sunt quatuor.

ISTE est tertius tractatus huius libri, in quo Philosophus determinat de instrumentis abundandi in syllogismis dialecticis: dicens, quòd instrumenta quibus abundamus in syllogismis dialecticis sunt quatuor, .s. propositionum sumptio, multiplicis distinctio, differentiarum inuentio, & similitudinis consideratio: & reducit tria vltima ad primum dicens, quòd tria vltima reducuntur ad sumptionem propositionum: quia per vnumquodq; ipsorum pñt fieri diuersæ propositiones si enim distinguatur multiplex, vt puta bonum in delectabile, & vtile, summuntur duæ propositiones, scilicet bonum delectabile est eligendum, & bonum vtile est eligendum. Similiter inuenta differentia inter aliqua multiplicantur propositiones: vt si sit inuenta differentia inter sensum, & disciplinam talis, quòd amisso sensu non possumus ipsum recuperare: sed amissa disciplina possumus ipsam recuperare, tunc eliciuntur duæ propositiones: Similiter inuenta similitudinis consideratione inter aliqua multiplicantur propositiones: vt si consideretur similitudo sanatiui ad sanitatem, & euechiui ad euechiam, tūc fiunt plures propositiones.

Instrumenta abundandi in syllogis. quæ & quot.

C

ERGO quidem propositiones eligendum quotiens determinatum est in propositione.

D ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus determinat de primo instrumento abundandi, quòd est propositionum sumptio, & ponit sex modos quibus abundamus in propositionibus dialecticis. Primus est sumendo propositiones probabiles: aut omnibus, aut pluribus, aut sapientibus aut his pluribus, aut maxime notis.

In propositionib⁹ dialecticis quot modis abūdam⁹

Secundus: est sumendo propositiones contrarias probabilibus protensas secundum contradictionem: nam si vna contrariarum est probabilis, & reliqua: Tertius modus: est sumendo propositiones similes propositionibus probabilibus: vt si ista sumatur tanquàm probabilis, contrariorum eadem est disciplina: tunc ista sumenda est tanquàm probabilis, contrariorum idem est sensus.

Quartus modus: est sumendo opiniones communes. Nam respon-

E respondẽtes ad huiusmodi pro positiones faciliter concedunt, nec ad eas multum aduertunt. Quintus modus: est sumendo descriptiones eorum de quibus disputamus, vt ex eis facere posimus propositiones probabiles. Sextus modus, est aspiciendo ad propositiones dictas ab expertis in aliqua scientia, in qua disputamus. Consequenter ostendit, quòd omne problema aut est physicũ, aut morale, aut sermocionale: exemplũ de physico, vtrum mundus sit æternus, vel non. Exemplum de morali, vt vtrum oporteat magis obedire parentibus, quàm legibus, si dissentiant; exemplum de sermocionali, vel logico, vt vtrum contrariorum sit eadem disciplina, vel non. Consequenter soluit vnam quęstionẽ: posset enim quis

F quærere quomodo talia problemata differunt adinuicem. Respondet, quòd non est facile hoc assignare: sed sufficit ea cognoscere inductione, & exemplo: & dicit, quòd dialecticus solum cõsiderat talia simpliciter, idest quantum ad eorum opinionem, & probabilitatem. Et subdit finaliter, quòd in argumentationibus dialecticis sumendæ sunt propositiones vniuersales, vt sub ipsis posint sumi propositiones particulares: vt omnium oppositorum est eadem disciplina, sub qua sumuntur istæ: omnium cõtrariorum eadem est disciplina: omnium priuatiue oppositorum eadem est disciplina.

QVOTIENS autem negotiãdum est, non solum quæcunque dicuntur secundum diuersum modum.

G ISTVD est tertium capitulum, in quo determinat de secũdo instrumento abundandi, scilicet de distinctione multiplicis ponens aliquas cõsiderationes. Prima, ad cognoscẽdum, vtrum aliquod nomen propositum dicatur multipliciter, inspiciẽdum est ad suum contrarium: quia si suum contrarium dicatur multipliciter, idest habeat plura significata: tunc etiam tale nomẽ dicitur multipliciter: exemplum acutum dicitur æquiuoce de acuto in voce, & de acuto in magnitudine: ergo etiam obtusum dicetur æquiuoce. Secundum exemplum, bonum dicitur ęquiuoce de bono in animali, & bono in domo, cui contrariatur pestilens, & bono in animali contrariatur fędum: ergo etiam malum dicetur æquiuoce. Tertium exemplum, album dicitur æquiuoce de albo in colore, & albo in voce: situm habeat contrarium secundum vnam significationem, & non secundum aliam ipsum est multiplex, & dat duo exempla. Primum est, delectationi, quæ est in potu contrariatur tristitia, quæ est in siti, delectationi vero, quæ est in speculando nihil est contrarium: ideo hoc nomen delectatio, dicitur multipliciter. secundum exemplum, huic quòd est amare secũdum animam contrariatur odire secundum animam: sed amare secundum corporalem actum nihil est contrarium. Tertia consideratio, si nomina contraria in vna significatione habent medium, & non in alia, tunc dicuntur æquiuoce, vt album, & nigrũ in colore habent medium, sed non in voce: ideo dicuntur ęquiuocę

Multiplex quõ cognoscẽdum.

H

A uocę. Quarta consideratio, si cõtraria in vtraque significatione habeant medium; & illud non sit idem, tunc illa contraria sunt multiplicia. Quinta consideratio, si contraria in vna acceptione habeant plura media: & in alia non habeant nisi vnum medium, tunc illa sunt multiplicia. Deinde ponit vnam considerationem ex parte contradictionũ, quæ talis est, si contradictorium alicuius nominis sit multiplex etiam & tale nomen, vt non videre vnomodo idem est, quòd non habere visum. Aliomodo, idem est, quòd non vti visu; ergo videre dicitur multipliciter.

Deinde ponit vnam considerationem ex parte priuatiue oppositorum: si vnum priuatiue oppositorum dicatur multipliciter, & reliquum: vt si sensibile dicatur æquiuoce de sentire secundum animam, & sentire secundum corpus: ita insensibile dicetur multipliciter: Deinde ponit vnam considerationem inspiciendo ad casum, quæ talis est: si aliquod principale dicatur multipliciter, casus ab eo descendens dicetur multipliciter, vt patet de sanatiuo, & sanitate. Deinde ponit tres considerationes ex parte prædicamentorum. Prima, si oppositum propositi sit in diuersis generibus, ipsum est multiplex. Secunda, si propositum conueniat rebus diuersorum generum non subalternatim positorum, ipsum est multiplex, vt hoc nomen asinus, quod in vna significatione sua est idem quòd animal: & in alia est quoddam genus vasis. Tertia, si terminus contrarius termino proposito reperiatur in diuersis generibus non subalternatim positis est multiplex, quia si vnum contrariorum dicatur multipliciter, etiam & reliquum.

DIFFERENTIAS autem & in ipsis generibus, quæ sunt ad seinuicem, perspiciendum.

ISTVD est quartum capitulum, in quo Philosophus determinat de aliis duobus instrumentis abundandi, scilicet de differentiarum inuentione, & similitudinis consideratione. Et primo ponit duas considerationes de differentiarum inuentione. Prima consideratio, consideranda est differentia illorũ, quæ sunt eiusdem generis: vt differentia de iustitia, fortitudine, prudentia, & temperantia, quæ sunt sub virtute. Secunda consideratio, consideranda est differentia illorum, quæ sunt diuersorum generum. Deinde ponit duas considerationes ex parte considerationis similitudinis. Prima est, quòd similitudo quęrenda est in illis, quę sunt diuersorum generum propinquorum, respiciendo vtrum vnum sic se habeat ad aliud, sicut reliquum ad aliud. vt sicut se habet disciplina ad disciplinatum, ita sensus ad sensatum: & sicut se habet visus in oculo, ita mens in anima. Secunda consideratio: oportet respicere ad illa, quæ sunt in eodem genere: & si in illis aliquid idem reperiatur, illa sunt similia, vt homo, & asinus in animali.

Differentia, & similitudines quomodo inuenienda

E VTILE autem quotiens dicitur quidem considerasse ad manifestum.

ISTVD est quintum capitulum, & vltimum huius libri, in quo determinat de vtilitatibus prædictorum instrumentorum: dicens primo, quòd multiplicis distinctio est vtilis ad tria. Primo, ad manifestandum proposi tum: quia per manifestationem multiplicis fit manifestatũ, quod ostenditur. Secundo est vtilis ad hoc, quòd fiat disputatio ad rẽ, & non ad vocem, seu nomen. Tertio est vtilis ad non paralogizari: quia si respõdens distinguat multiplex, non paralogizatur. Et subdit, quòd non contingit per vera multiplicia paralogizari: sed solum per illa, quæ sunt in vno sensu vera, & in alte ro falsa. Secũdo subdit, quòd pa F ralogizare non spectat ad dialecticum, sed magis spectat ad sophisticum. Consequenter dicit, quòd differentiarum inuentio est vtilis ad duo. Primo, ad syllogismos de eodem, & diuerso: quia ostendens diuersitatem aliquorum habet media ad ostẽ dendum illa non esse eadem. Secundo, vtilis est ad diffinitiones: quia vnumquodq; diffinitur per differentias proprias, per quas differt ab aliis. Consequenter dicit, quòd similitudinis consideratio vtilis est ad tria, scilicet ad inductionem, ad syllogismos ex hypotesi, & ad diffinitiones. Primum probat, quia per inductionem aliquo simili reperto in singularibus infertur vniuersale. Secundum probat, quia per syllogismos ex hypotesi, siue per syllogismos a transumpto ostenditur, quòd illud, quod conuenit vni, similiter conuenit alteri. Tertium probat, quia in diffinitione primo ponitur genus, vel aliquid loco generis, in quo multa sunt similia.

Vtilitas instrumẽtorũ abũdandi in syllog.

An diffinitiones propositionis dialecticæ, & problematis sint optime assignata.

QVAERITVR, vtrum diffinitiones propositionis dialecticæ, & problematis sint a Philosopho sufficienter assignatæ.

Arguitur primo, quòd non: quia nulla propositio dialectica est interrogatio: quia omnis interrogatio habet modum quæstionis: sed cum propositio dialectica ponatur in syllogismo, non habet modũ quæstionis: igitur.

Secundo sic, diffinitio proble matis non est bona, igitur. Ante- G cedens patet, quia problema est propositio speculabilis: ergo ma le dicitur, quòd est speculatio.

Tertio sic, si omne problema esset speculatio: sequeretur, quòd non haberemus aliqua problemata scientiarum prædictarum, quod est falsum: igitur.

Quarto sic, ibi diffinitur problema dialecticum: ergo male dicitur, quòd problema dialecticum est vnum membrum diuidens problema.

Quinto sic, si diffinitio problematis esset bona, sequeretur quòd omne problema esset morale: cum solum problema morale contendat ad electionem, vel fugam. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd *Art. 1.*

pro

A pro declaratione diuisionis propositionis dialecticæ supponitur primo, quòd interrogatio capitur dupliciter. Vnomodo pro ꝓpositione, cui additur signum interrogatiuum: & sic capitur in diuisione propositionis dialecticæ: ita quòd est sensus, propositio dialectica est interrogatio, idest propositio cui additur signum interrogatiuum. Aliomodo capitur pro aggregato ex signo interrogatiuo, & propositione interrogata: & sic non capitur in diffinitione propositionis dialecticæ: quia vt sic nō potest poni in syllogismo dialectico. Supponitur secundo, ꝙ probabile capitur dupliciter. Vnomodo, vt est proprium propositionis dialecticæ conuertibile cum ipsa propositione dialectica: & sic nō capitur in diffinitione propositionis dialecticæ: quia tunc esset nugatio, cum diffinitio adderetur immediate diffinito. B Aliomodo capitur large pro omni propositione quæ est apparenter probabilis: & sic capitur in diffinitione propositionis dialecticæ: ita, quòd est sensus, propositio dialectica, est interrogatio probabilis .i. propositio interrogata apparenter, seu vere probabilis. Tertio supponitur, quòd aliquid esse manifestum omnibus potest intelligi dupliciter. Vnomodo certitudinaliter, & indubitanter: & sic propositio quæ videtur sic omnibus, nō est dialectica. Alio modo cum formidine de opposito; & sic propositio quæ videtur omnibus isto modo, dicitur esse dialectica. Ex quibus patet, ꝙ diffinitio propositionis dialecticæ est sufficienter posita.

Interrogatio dupliciter.

Probabile dupliciter.

Manifestum dupliciter.

SECVNDO sciendum, ꝙ pro declaratione diffinitionis problematis supponitur primo, quòd Philosophus hic accipit problema dialecticum pro propositione probabili cum formidine terminabili per rationes proprias, & dialecticas, siue cōponatur ex terminis logicalibus siue non: & sic capitur problema dialecticum cum diffinitur in textu. Aliomodo pōt capi ꝓ propositione probabili cum formidine terminabili per proprias rationes compositas ex terminis logicalibus: & sic capitur cum dicitur, quòd problema dialecticum est vnum membrum diuisionis problematis: C

Supponitur secundo, quòd in diffinitione ꝓblematis nō capitur speculatio, prout distinguitur contra praxim: sed capitur pro propositione speculabili, vel cognoscibili per rationes probabiles ad vtramq; partem contradictionis. Supponitur tertio, quòd problema accipit vtramq; partem contradictionis, scilicet affirmatiuam, & negatiuam: inter quas fit disputatio, & contentio: ideo in diffinitione problematis ponitur iste terminus contendens. Ex quo patet, quòd per prædictam diffinitionem Philosophus nihil aliud intendit, nisi quòd problema est propositio speculabilis pro vtraq; parte contradictionis. Aliæ particulæ sunt declaratę in textu: nam per hoc, quod dicit ad electionem, vel fugam, tangit problemata moralia: quæ possunt disputari per rationes probabiles ad vtranq; partem. Et per hoc, quòd dicit ad veritatem, & scientiam, intelligit pro- D

E blemata physicalia, quæ per rationes probabiles possunt probari ad vtramq; partem contradictionis: & per hoc, quòd dicit adminiculans, tanguntur problemata dialectica: Ex quo patet, quòd diffinitio problematis est sufficienter posita.

An omnis propositio dicatur dialectica.

TERTIO sciendum, quòd circa textum incidunt aliquę difficultates. Prima, vtrum omnis propositio possit dici dialectica? Et arguitur primo, quòd sic, quia omne illud, quod constituitur ex aliquo prædicatorum est dialecticum: sed omnis propositio est huiusmodi: vt patet per Philosophū in principio huius dicentē, q̄ pręd icata sunt, ex quibus fiunt propositiones, & problemata. Ad dubium dicitur, q̄ quàm esse propositionem dialecticam potest intelligi dupliciter. F Vnomodo quia constituitur ex terminis logicalibus: & isto modo non omnis propositio est dialectica: nec isto modo capit Philosophus propositionem dialecticam. Aliomodo capitur propositio dialectica pro omni propositione probabili per rationes generales, & probabiles, quæ non sunt demonstratiuę: & isto modo omnis propositio constituta ex aliquo prędicatorum: existens tamen dubia probabilis dicitur dialectica: & isto modo capitur propositio dialectica a Philosopho in textu.

An si unum oppositorū dicitur multipliciter & reliquum.

QVARTO sciēdum, quòd secunda difficultas est ista: vtrū si vnum oppositorum dicatur multipliciter, & reliquum, idest quod sub alijs verbis dicitur, quòd tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis dicitur, & reliquū. Et videtur, quòd G non: quia tunc essent tot homines albi sicut nigri: cum album, & nigrum sunt opposita: Pro solutione dicitur breuiter, quòd vnum oppositorum dici tot modis, sicut, & reliquum potest intelligi dupliciter. Vnomodo quā tum ad multitudinem oppositorum: & sic nō oportet: non.n. oportet, quòd si sint quatuor albedines, vel tria alba, vel quatuor alba, quòd tot sint nigredines, vel nigra: Aliomodo potest intelligi quàntum ad significata; & sic dico, quòd tot modis dicitur vnum oppositorum, quot modis dicitur, & reliquum, idest si vnum oppositorum sit ęquiuocum ad tria significata, etiam, & reliquum. Et hoc de primo articu. Quantum ad secundum.

Art. 2. H

An tantum sint duæ species argumentationis.

DVBITATVR primo, vtrum tantum sint duæ species argumentationis. Et videtur, q̄ non: quia Arist. in 2. Priorum ponit quatuor. Vnde pro solutione supponitur (vt visum est in summulis) quòd omnis propositio, cuius subiecto additur dictio exclusiua est distinguenda: quia potest esse de subiecto excluso, vel exclusiua: vnde si ista sit de subiecto excluso est vera: & est sensus, aliqua quę tantum sunt duo sunt species argumētationis: si sit exclusiua, est falsa: & est sensus, duæ sunt species argumentationis, & nō sunt plures: nec Ari. posuit illam exclusiuam: sed bene dicit, quòd sunt duæ species argumentationis: & per illas duas intelligit alias duas, puta per syllogismum enthymema: & per inductionem: exemplum, de istis satis visum

A sum est in 2. Priorum. Et si arguatur: impossibile est non si tãtum duæ sunt species argumentationis, duæ sunt spẽs argumẽtationis: ergo ista est necessaria si tantum duæ sint species argumentationis duæ sunt species argumentationis: ergo ista est necessaria, tantum sunt duę species argumentationis. Pro solutione *Conditionalis duplex.* supponitur, ꝙ conditionalis est duplex: quædam est affirmatiua, & quædam est negatiua. Vnde ad veritatem conditionalis affirmatiue, requiritur, ꝙ qualitercunq; per antecedens significatur esse, impossibile est ita esse quin ita sic sicut per cõsequẽs significatur. Ex quo sequitur, ꝙ omnis cõditionalis affirmatiua vera, est bona consequentia. Sed ad veritatem conditionalis negatiuę requiritur illud, quod re-
B quiritur ad falsitatem affirmatiuę: puta, ꝙ possibile sit ita esse sicut per antecedens significatur, quin ita sit sicut per consequens significatur. Et ad falsitatem illud, quod requiritur ad veritatem affirmatiuę. Ex quo sequitur, ꝙ quando dicitur, ꝙ omnis conditionalis vera est necessaria, hoc intelligitur de conditionali affirmatiua: nam nulla conditionalis negatiua est consequentia necessaria, vt dicunt aliqui: Nam ad hoc, ꝙ aliqua propositio sit consequentia, requiritur, ꝙ in ea nota illationis teneatur illatiue, sic ꝙ negetur: ideo ibi non est consequentia, impossibile est non si tantum duę sunt species. &c. Sed dicunt aliqui, ꝙ ibi est tantum vna propositio categorica significans, quòd hæc est impossibilis, si tantum duæ sunt species argumentationis, duæ sunt species argumẽtationis: sed magnum est dubium quomodo illa sit cathegorica: cum contradicat hypotheticæ: ideo resolutionem quære.

C DVBITATVR secundo, vtrum ista sit vera duæ sunt species argumentationis? *Duæ sũt species argumentationis, an sit vera.* Et arguitur primo, ꝙ non bene sequitur: non duæ sunt species argumentationis, vel duæ sunt species argumentationis: ergo non duæ sunt species argumentationis: consequentia probatur: quia ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis: igitur, Cõsequentia probatur: quia oppositũ consequentis est istud: duæ sunt species argumentationis: & ad istam, duæ sunt species argumentationis, sequitur, ista: duæ sunt species argumentationis, vel duæ sunt species argumentationis, quia quælibet cathegorica infert vnam disiũctiuam, cuius ipsa est pars. Pro
D cuius solutione supponitur, ꝙ duplex est disiunctiua, scilicet affirmatiua, & negatiua. *Disiunctiua duplex.* Vnde ad veritatem disiunctiuę affirmatiuę sufficit alteram partem principalem esse veram: sed ad falsitatem requiritur vtranq; partem principalem esse falsam: sed ad veritatem disiunctiuę negatiuę sufficit, & requiritur, ꝙ vtraque pars eius principalis sit vera: & hoc secundum illos qui tenent, quòd negatio posita in principio hypotheticæ negat omnes copulas, tã cathegoricas quàm hypotheticas, & per oppositũ dicetur de eius falsitate.

Supponitur secundo, ꝙ disiũctiua affirmatiua æquiualet copulatiuæ affirmatiuæ de partibus contradicentibus: & hoc in

E consequẽdo, sed non in significando: sed disiunctiua negatiua ęquiualet etiam copulatiuę: ideo potest respouderi, ꝙ prima consequentia est bona: puta nõ duę sunt species argumentationis, vel duæ sunt species argumentationis: ergo non duæ sunt species argumentationis. Et si quis dicat, ibi arguitur a tota disiunctiua ad alteram partẽ. Respondetur, ꝙ verum est a tota disiunctiua negatiua, quæ æquiualet copulatiuę: ideo bene sequitur.

An quatuor tantum sint instrumẽta abundandi in sillog.

DVBITATVR tertio, vtrũ sint tantum quatuor instrumenta abundandi in syllogismis dialecticis. Pro cuius solutione supponitur primo, quòd instrumentum abundandi, est regula per quam abundamus, vel scimus inuenire prompte plures propositiones dialecticas: & quia aliqua conclusio potest multis modis probari: ideo dialecticus indiget F instrumentis, quibus faciliter poterit syllogizare, & probare illam conclusionem. Supponitur secundo, ꝙ sumptio propositionum capitur dupliciter. Vnomodo generaliter, pro quacumque acceptione propositionum, siue necessariarũ, siue probabilium, siue verarum, siue falsarũ: & sic conuenit tam demonstratori, dialectico, quàm sophistæ: nec isto modo capitur hic. Aliomodo capitur pro acceptione propositionum dialecticarum, & probabilium, quibus abundamus in syllogismis dialecticis, & G sic capitur hic: Et si quis quærat vtrum sumptio terminorum debeat dici instrumentum abundandi, sicut sumptio propositionum. Respondetur, ꝙ sic & intelligitur per sumptionem propositionum. Supponitur tertio, ꝙ differentiarum inuentio, & similitudinis consideratio dupliciter capiuntur. Vnomodo secũdum, ꝙ inuestigantur per eorum propria principia: & sic pertinẽt metaphysico: Aliomodo in quantum per ipsas possumus accipere multas propositiones dialecticas, ex quibus possumus facere syllogismum dialecticum, & sic pertinent ad dialecticum. Similiter distinctio multiplicis pertinet ad sophistam, vt redarguat aut caueat redargui & pertinet ad dialecticum, secundum ꝙ ex eius distinctione possunt sumi plures propositiones dialecticę. Quarto supponitur, ꝙ cum dicit Philosophus in textu, ꝙ tria vltima instrumenta abundandi reducuntur ad sumptionem propositionum, non debet intelligi formaliter, sed quodam modo ordinatiue: quia ordinantur ad sumptionem propositionum. Et hæc de secundo arti. Quantum ad tertium articulum sit. H

Art. 1.

CONCLVSIO Responsalis: Diffinitiones propositionis dialecticæ, & problematis sunt a Philosopho in textu sufficienter assignatæ: vt patet in articulis. Et ad rationes ante oppositum patet solutio in articulis.

TOPICORVM ARISTOTELIS.

LIBER SECVNDVS.

SVnt autem problematũ a'ia quidem vniuersalia: alia vero particularia. Vniuersalia quidem, vt quoniã omnis voluptas bonum est, & quoniam voluptas bonum. Particularia vero vt quoniam quædam voluptas bonum: & quoniam quædam voluptas non bonum.

ISTE est secundus liber Topicorum Aris. in quo docet terminare problemata accidentis, & problemata simplicis inhærentiæ. Et diuiditur in quatuor tractatus. Primus, continet vnũ capitulum, in quo primo ponit talem diuisionem. Problematũ quædã sunt vniuersalia, & quædam particularia. Exemplum de vniuersalibus, vt vtrum omnis voluptas sit bona, vel non. Exẽplum de particularibus, vt vtrũ aliqua voluptas sit bona, vel nõ. Et subdit, quòd quodlibet illorum est duplex, scilicet affirmatiuum, & negatiuum. Subdit etiã quòd prius determinandum est de problematibus vniuersalibus negatiuis, quàm affirmatiuis: qa illa magis pertinent ad opponẽtes; cum opponens magis habeat probare partem negatiuã, quàm affirmatiuam. Deinde cõparat problemata accidentis ad problemata aliorum prædicatorum, dicens, quòd difficile est terminare problemata accidentis: quia in ipsis non valet consequentia ab inesse ad esse: vt non sequitur, albedo inest Ethiopi: ergo Ethiops est albus; sed in problematibus aliorum prædicatorum ab inesse ad esse valet consequentia, vt bene sequitur, animal inest homini: ergo homo est animal. Deĩde ponit duo peccata, quæ possunt accidere in problematibus dialecticis: primum est mentiri: secundum est trãsgredi cõem locutionem: hoc est, appellare res nominibus extraneis, vt nominare hoĩem platanum, .i. arborem euersam. Et ponit talem considerationem: si aliquid assignetur inesse vt accidens, & insit secundum modum alterius prędicati, problema est destruendũ: etiam si genus assignetur inesse suæ speciei vt accidens, problema est destruendũ: quia assignare genus suę speciei per modum denominatiui, mala est assignatio, vt sic dicendo, albedo coloratur. Ex isto textu elicitur ista auctoritas: Genus non prædicatur denominatiue de sua specie.

R ALIVS vero locus est inspicere, quibus inesse, aut omnibus, aut nulli dictum est.

ISTE est secūdus tractatus, in quo docet terminare problemata simplicis inhærentiæ. Et diuiditur in quinque capitula. In primo, docet terminare problemata per locum a toto in quantitate, ponens talem considerationem. Si aliquod prædicatum assignetur inesse omni, aut nulli, videndum est si sit instantia in speciebus, & postea in indiuiduis: & si non sit instantia, construendum est problema: si vero sit instantia, destruendum est: vt vtrum omnium oppositorum sit eadem disciplina, respiciendum est ad species oppositorum, & postea ad indiuidua: & si non sit instantia, construendum est: si vero sit instantia, destruendum est.

Problema simplicis inhærentiæ quomodo terminanda.

F

G Et subdit, quòd prius inspiciendum est ad species, quàm ad indiuidua: quia species sunt pauciores, quàm indiuidua: modo facilius est inspicere ad pauca, quàm ad plura.

ALIVS, diffinitiones facere accidentis, & cui accidit, aut vtriusque secundum vtrúque, aut alte.

ISTVD est secundum capitulum, in quo docet terminare problemata simplicis inhærentiæ per locum a diffinitione ponens talem considerationem. Si aliquod prædicatum assignetur inesse subiecto, videndum est si diffinitio talis prædicati conueniat subiecto: si sic, construendū est problema: si non, destruendum est, vt si quis dicat, Deum facere iniustitiam: oportet videre, quid sit facere iniustitiā. Vnde facere iniustitiam, est alteri sponte nocere: & quia Deus nulli nocet: ideo nulli facit iniustitiam. Aliud exemplum, vt si velimus scire vtrum studiosus sit inuidus, oportet videre quid est inuidia. Vnde inuidia est tristitia de apparenti prosperitate alicuius: & quia hoc non conuenit studioso: ideo studiosus non est inuidus. Aliud exemplum, vt si velimus scire, vtrum reprehensor sit inuidus, oportet scire q̄d sit inuidus. Vnde inuidus, est q̄ tristatur de prosperitatibus bonorum: & reprehensor, est qui tristatur de prosperitatibus malorum: ideo reprehensor nō est inuidus. Deinde ponit tria documenta. Primum, si in diffinitione ponatur aliquod ignotum, tunc loco illius debet poni manifestum. Secundū, si aliqua propositio vniuersalis habeat instātiam, & velimus per ipsam aliquid probare, sumenda est cum sua instantia: nā instantia quærit argumentum respondentis. Tertium, in diffinitionibus vtēdum est nominibus, vt plures. Nam loquendum est vt plures: sapiendum vero vt pauci. H

AMPLIVS si multipliciter dicatur aliquid propositum, positum autem sit, quoniam inest &c.

ISTVD est tertium capitulū, in quo docet terminare problemata simplicis inhærentiæ, inspiciendo ad multiplex. Et docet primo inspicere ad multiplex secūdum æquiuocationem ponens talem considerationem.

Si

A Si in aliqua propositione ponatur aliquid multiplex secundum æquiuocationem, & quòd lateat respondentem: tunc opponens potest ipsam construere in vno sensu, & destruere in alio sensu. Aduerte tamen, quòd si debeat construi in vno sensu, & destrui in alio, oportet quòd respondens concedat eam esse veram in vno sensu. Secundo, subdit aliam considerationem: si multiplex non lateat respondentem, tunc opponens debet ipsam distinguere: & distinctione facta, debet ipsam construere, vel destruere: vt si quæratur vtrum omne opportunum sit expediens: ibi ex parte illius termini expediens, distinguendum est: quia expediens dicitur æquiuoce de expediente vtili, & de expediente honesto: & secundum hoc possunt construi propositiones, vel destrui. Deinde B ponit vnam considerationem, inspiciendo ad multiplex amphibologicum, dicens, quòd si multiplex amphibologicum lateat respondentem, tunc debemus distinguere: & si velimus construere, debemus aspicere ad significationem, secundum quam prædicatum inest subiecto: & si velimus destruere, debemus aspicere significationem, secundum quam prædicatũ non inest subiecto: vt vtrum disciplina sit vna plurium, talis est distinguenda, quia disciplina potest esse vna plurium vnius, vt finis: & alterius vt medij ordinati in finem: ideo ad construendum eam sufficit aliquem vnum sensum concludere: sed si velimus illam destruere, oportet ostendere, quòd nullo illorum modorum disciplina est vna. C

Finaliter ponit vnam considerationem circa locum a transsumptione: dicens, quòd si aliquid ponatur inesse alicui subiecto sub nomine obscuro, nos debemus illud nomen transferre ad nomen euidentius, siue notius, vt loco huius termini inuestigare, debemus ponere illum terminum inquirere.

AD ostendendum autem contraria eidem inesse, considerandum in genere.

ISTVD est quartũ capitulũ, in quo docet determinare problemata simplicis inhærentiæ per locum a genere ad speciem. Et ponit primo talẽ cõsideratiõẽ: si contraria assignentur inesse D alicui speciei, videndum est vtrũ insint generi eiusdẽ speciei: si sic cõstruendũ est problema: si nõ, destruẽdum est: vt si velimus videre an rectum, & non rectum insint ipsi sentire, videndum an insint iudicare, eo quod iudicare est genus ad sentire: qui.n. sentit, iudicat. Secunda cõsideratio, si aliquid assignetur generi, videndum est si insit speciei: si sic, construendum est problema: si non, destruendũ est problema. Regula.

Secundo, ponit tres regulas, quarum prima est, si genus prædicetur de aliquo, oportet aliq̃ speciẽ eius de eodem prædicari. Secunda est, quæcunq; habent aliquod genus, necesse est habere aliquam speciẽ illius generis. Tertia, de quocunq; prædicatur genus denominatiue, de illo prędicatur aliqua species denominatiue, vt si quis dicat Animam moueri, necesse est eam aliqua specie motus moueri.

B CONSIDERANDVM autem in proposito, quo existente, necesse est positum esse.

ISTVD est quintum capitulum, in quo Philosophus docet terminare problemata simplicis inhærentiæ per locum ab antecedente, & consequente ponendo aliquas considerationes: quarum prima est, si velimus cõstruere consequens: debemus primo construere antecedens: nam antecedente constructo, & probato, & consequens erit probatum. Secunda, si velimus destruere, antecedens debemus primo destruere consequens: nam destructo consequente, antecedens erit destructum. Tertia est, in assignando consequens, vel antecedens, inspiciendum est ad tempus, scilicet, vtrũ antecedens

Problema simplicis inhærentiæ quomodo terminãda.

F possit esse verum in aliquo tempore sine consequente: & si sic male est assignatum pro antecedẽte, vt si nutriri assignetur pro antecedente ad hoc, quod est augeri, mala est assignatio: nam animalia semper nutriuntur, sed non semper augentur. Deinde ponit vnam cautelam opponentis, dicens, quòd opponẽs debet ducere respondentem ad illud, quod est sibi magis manifestũ. Et hoc debet fieri quando respondens, negat illud, quod est necessariũ ad ostendendum propositum, vel saltem apparens. Deinde ponit vnum documentum, dicens, quòd oportet opponentem cauere ne assignet antecedens difficilius ad probandum, quàm sit consequens: quia tunc mala esset assignatio. Finaliter ponit alias consideratio nes. Prima, si dubium sit vtrum

Cautela opponentis.

vnũ cõtrariorũ insit, vel nõ insit subiecto, facile poterit ostẽdi posita constantia subiecti. Secunda opponens debet transferre nomen obscurum in nomen clarũ, vt facilius possit sumere argumẽtum ad probãdum propositum: vt loco huius termini magnanimus, debet poni hoc complexũ, habens magnum animum.

An in accidentibus ab inesse ad esse sit bona consequentia.

QVAERITVR, vtrum in accidentibus ab inesse ad esse valeat cõsequentia, i. vtrũ ista cõsequẽtia sit bona: albedo inest homini: ergo homo est albus. Et arguitur primo, ꝙ sic, quia idẽ est inesse, & prædicari, vt vult Arist. 1. Prio. ergo bene sequitur, ꝙ si albedo inest hoĩ, ꝙ homo est albus. Secundo sic, bene sequitur homo non est albus: ergo hõ est nullũ album: & vltra hõ est nullũ album: ergo homo nullam habet albedinẽ: & per cõsequẽs nulla albedo inest homini: igitur ex opposito consequentis, infertur oppositum antecedẽtis. s. albedo inest homini: ergo hõ est albus. *Cap. 1.*

G Tertio sic, albedo inest hoĩ simpliciter: ergo hõ est albus: igitur bene sequitur, albedo inest hoi: ergo homo est albus. Quarto sic, si talis cõsequẽtia nõ valeret hoc maxime esset, quia albedo inest homini ꝗm partẽ, sed hoc non: quia simitas inest hoĩ ꝗm partem: & tñ bene sequitur, simitas inest hoĩ: ergo hõ est simus.

Quinto sic, quia si albedo insit scuto pro media parte totum scutũ est album: ergo inesse ꝗm partem non impedit quin accidens prædicetur de subiecto. Antecedens patet: quia scutum pro me-

A media parte album est coloratum : ergo aliquo colore & non nisi albedine: ergo scutum est album. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Artic. 1. PRIMO sciendum, ꝙ pro declaratione tituli quæstionis supponitur primo, ꝙ inesse capitur dupliciter. Vnomõ secundæ intentionaliter, vt idem est ꝙ ꝑdicari: & istomodo non capitur: hic: q̃a idẽ esset q̃rere vtrum valeat consequentia a ꝑdicari ad ꝑdicari. Aliomõ capitẽ primæ intentionaliter, vt idẽ est ꝙ esse in alio ẜm aliquẽ mõdũ essendi in. Supponitẽ secundo ꝙ q̃rere vtrũ ab inesse ad esse valeat cõsequẽtia in accñtibus: est q̃rere vtrũ à propõne significante accñs inB hærere subiecto ad propõnẽ in qua ꝑdicatur accidens de subiecto, valeat consequentia: cuiusmodi est ista, albedo inest hoĩ: ergo homo est albus. Accidens triplex. Supponitur tertio, ꝙ triplicia sunt accidentia: q̃dam sunt q̃ determinãt sibi partem principalem: vt sciẽtiæ q̃ determinat sibi animam: & de istis dr̃ ꝙ ab inesse ad esse valet consequentia: vt bene sequitur, scientia inest animæ hominis: ergo homo est sciẽs. Alia sunt q̃ determinant sibi partem minus principalem: vt cæcitas, surditas, & simitas: & de istis dr̃ ꝙ ab inesse ad esse valet consequentia: vt bene sequitur, simitas inest homini: ergo homo est simus. Alia sunt quæ indifferenter conueniunt toti & parti: cuiusmodi est albedo & nigredo: & de istis dicitur, quòd ab inesse ad esse non valet consequentia: vt non sequitur, albedo inest homini: ergo homo C est albus. Alia sunt etiam accidẽtia respectiua quæ determinant sibi totum captum cathegorematicè: cuiusmodi est paternitas & filiatio; & de istis dicitur quòd ab inesse ad esse valet consequentia: vt bene sequitur, paternitas inest homini: ergo homo est pater.

An scutũ partim nigrum, & partim album, sit nigrũ, vel album. SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidit talis difficultas: vtrum scutum ꝓ media parte album, & pro media parte nigrum, sit album vel nigrum? Et videtur quòd sit album: quia habet albedinem: igitur est albũ. eadem ratione probatur, ꝙ sit nigrum: quia habet nigredinẽ: igitur &c. In oppositum arguitur: quia non videtur, quòd magis debeat dici album quàm nigrum: igitur nõ est album, neque nigrum. Pro solutione supD ponitur ꝙ de scuto sic pro media parte albo & pro media parte nigro bene conceditur, quòd est coloratum: quia omne visibile est coloratum, lucidum, lux lumen, vel species visibilis: sed scutum videtur: ergo est aliq̃d illorum, sed nõ nisi coloratum: igitur debet concedi ꝙ est coloratum, & non ꝙ sit colorata vt dicunt aliqui. Nam regula est ꝙ ad multiplicationem formæ nõ Regula. sequitur multiplicatio suppositi: vnde licet anima habeat plures scientias etiam spẽ distinctas: nõ tamen dicitur scientes, sed sciẽs. Etiam dato, quòd scutum habeat plures colores, non debet concedi quòd est colorata, sed Sco. li. 3. d. 6. q. 1. I sol. 1 arg. quòd est coloratum. Et si quis arguat: quia dicit Aristot. quòd de quocunque dicitur genus, de eo debet dici aliqua species illius

E illius generis : ergo si concedatur quod est coloratum, conceditur quod est album vel nigrũ. Dicitur quod illa regula Ari. debet intelligi quo ad esse vel inesse : ideo bene sequitur, scutum est coloratum : ergo est album vel nigrum : vel albedo vel nigredo sibi inest. Dicunt tamen aliqui quòd tale scutum est album & nigrum, vt est vna de prædicato copulato. Et quando arguitur contra eos : quia tunc contraria verificarentur de eodem; quod videt̃ esse contra Ari. Respondent quod non est incõueniẽs contraria de eodem verificari respectu diuersarum partium.

TERTIO sciendum quod in diuisione problematis, in qua dicitur quod problema diuidit in vniuersale & particulare : ibi diuiditur problema dialecticum & non hypotheticum : etiam in F tali diuisione per problema particulare intelligi problema indefinitum & singulare. Sed quæreret aliquis quid sit problema accidẽtis : & quid porblema simplicis inherẽtiæ : Respondetur breuiter quod problema accidentis est, in quo quæritur an aliquod prædicatum in sit vel non insit subiecto cum expresione alicuius quatuor prædicatorum: puta generis, diffinitionis, proprij, vel accidẽtis : vt si quæratur an animal insit homini vt genus vel non: & sic de alijs prædicatis. Et siquis quærat quare ergo tale problema dicitur magis problema accidentis quam generis. Respondet̃ quod hoc est propter conuenientiam quam habet cũ problemate simplicis inhærentiæ: in quo quæritur de inherentia quod magis conuenit prædicato accidẽtis quam alijs prædicatis; ideo talia problemata dicuntur problemata accidentis. Sed problema simplicis inhærentiæ, est in quo quæritur an prædicatũ insit vel non insit subiecto sine expræsione alicuius quatuor prædicatorum : vt si quæratur vtrũ animal insit homini vel non: & sic de alijs.

Problema accidentis & simplicis inherẽtiæ quid.

G QVARTO sciendum quod circa textum incidit talis difficultas : vtrum sit de mente Aris. quòd ista sit vera, omne animal fuit in arca Noe. Respondetur breuiter quòd non est de mente Aristo. concedere talem propositionem, cũm sit instantia de multis indiuiduis, quæ nunquam fuerũt in arca Noe : ideo simpliciter & de rigore sermonis tale sophisma est falsum, omne animal fuit in arca Noe. Dicunt tamen aliqui quòd est verum : & dicunt quòd ly omne, distribuit pro generibus singulorum .i. pro speciebus & nõ pro indiuiduis : sed hoc alias fuit reprobatum in Summulis : vbi fuit dictum quòd nullum signum distribuit solum pro speciebus, nisi includat in se istum terminum species : sed illud signum omne non includit : igitur non potest solum distribuere pro speciebus. Et siquis dicat : viri Sancti in sacra scriptura concedunt talem propositionem : igitur videtur esse vera. Respõdetur quòd de rigore sermonis non concedunt, sed solum est in sensu pro quo accipiebant; vnde accipiebant eam in isto sensu de qualibet specie animalis perfecti fuit aliquod animal in arca Noe. Sed restat alia difficultas : vtrum ista sit vera,

Oẽ aĩal fuit in archa Noe, an sit vera.

H

Pag. 151. F. 161. H

A sit vera, aliquod animal nõ fuit in arca Noe? Et videtur quòd non: quia ad hoc quòd propositio negatiua sit vera, requiritur, quòd sit aliqua diuisio in rebus significatis per terminos, sed ibi nulla est diuisio: quia dato quòd nullum animal esset, adhuc illa esset vera. Respondetur per aliquas propositiones. Prima: ad hoc quòd propositio affirmatiua sit vera, nõ requiritur aliqua compositio in rebus, quia ista est vera, deus est deus: & tñ ibi nulla est compõ. Secunda: ad veritatem negatiuæ non requiritur ꝙ aliqua sit diuisio in re: qa dato ꝙ nullus equus, nec asinus esset, adhuc ista esset vera, equus non est asinus: dummodo formaretur. Et si dicatur: Arist. habet oppositum in 6. Metaph. Di B co ꝙ non habet: & dico quòd ꝑ cõpositionem intelligit esse idẽ, pro quo termini supponunt: & per diuisionem, non esse idẽ pro quo termini supponunt: sic ꝙ illa propositio affirmatiua est vera, cuius termini pro eodem supponunt: & negatiua vera, cuius termini pro eodem nõ supponunt: vt hoc si aliquis modus grammaticalis, vel logicalis, vel distinctio formalis, vel rationis non impediunt. Et hęc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Aliquod aĩal fuit in archa Noe, an sit vera.

Tex. com ment. 8.

Arti. 2. DVBITATVR primo. Vtrum a genere ad speciem valeat consequentia, & econtra. quemadmodum videtur dicere. Ari. seu ab inferiori ad superi⁹? Et videtur primo ꝙ non; quia non sequitur sortes differt a Platone: ergo differt ab homine: cum antecedens sit verum & consequens falsum. Item non sequitur, sortes incipit esse albus, ergo sortes incipit esse coloratus: quia antecedens potest esse verum, consequente existente falso: posito casu quòd sortes prius fuerit niger. Item non sequitur, sortes venit Parisijs: ergo facit Parisijs: & tamen arguitur ab inferiori ad superius: cum venire sit minus commune respectu huius quod est facere. Pro solutione supponitur, quòd arguendo ab inferiori ad superius affirmatiuè, bene valet consequentia: dummodo arguatur sine distributione superioris. Dico vlterius quòd ab inferiori ad superius tenet negatiuè, duabus conditionibus obseruatis. Prima, quòd ponatur constantia inferioris; ideo non sequitur, D Adam non est; ergo homo non est: quia antecedens est verum & consequens falsum: nam ista est falsa, homo non est: cum sua contradictoria sit vera, scilicet omnis homo est. Secunda: quòd non arguatur cum distributione superioris: ideo non sequitur, Petrus est extra istam domum: ergo est extra domum: quia ly extra, facit terminum sequentem distribuibilẽm supponere confusè & distributiuè. Dico vlterius quòd a superiori ad inferius valet consequentia tam affirmatiuè quam negatiuè: dũmodo superius distribuatur: qa si non distribueretur, non valeret consequentia. Ad rationes dicitur ad duas primas, quòd malè arguitur: quia arguitur cum distributione superioris propter illas dictiones differt & incipit. Ad tertiam dicitur ꝙ non arguitur ad idem

An à genere ad spẽm valeat consequentia, & econtra.

praui-

E prædicatum: nam prædicatum in prima est totum hoc versus Parisijs: & illud non est prædicatum in secunda.

Parisijs, & Romæ venditur piper, ergo venditur aliqd an valeat consequentia.

DVBITATVR secundo. Vtrum ista cõsequentia valeat, Parisijs & Romæ venditur piper: ergo Parisijs, & Romæ venditur aliquid. Et videtur ꝙ sic; quia arguitur ab inferiori ad superius sine distributione superioris. Sed in oppositũ arguitur: qa antecedens est verum & consequens falsum: igitur. Et ꝙ consequens sit falsum patet: quia bene sequitur, Parisijs & Romæ venditur aliquid; ergo Parisijs & Romæ venditur hoc vel hoc, & sic de alijs; Et vltra Parisijs & Romę venditur hoc vel hoc vel hoc, & sic de alijs: ergo hoc vel hoc, F vel hoc, venditur Parisijs & Romæ, per conuersionem: sed istud est falsum: igitur. Ad hoc dicitur ꝙ bene sequitur; ad ꝓbationem, negatur ꝙ consequens sit falsum. Ad probationem conceditur prima consequentia, sed negatur secunda; quia arguitur a confusa tantum respectu multitudinis, ad determinatam respectu eiusdẽ multitudinis. Et si dicatur ꝙ tenet virtute conuersionis: dicitur ꝙ non bene conuertitur: sed sic debet conuerti: ergo hoc vel hoc venditur Parisijs vel Romę: quia ly Parisijs & Romæ, se habent per modum signi multitudinem importantis copulatiuè: ideo in conuertente debet mutari in terminum illam multitudinem importantem disiunctiuè. Et aduerte quòd ista propositio communiter conceditur, Parisijs, & Romæ venditur piper: vt visum est in Prioribus quæstione de conuersionibus. G Sed tamen facio vnam rationẽ quam solues si vis: illa propositio affirmatiua est falsa cuius subiectum pro nullo supponit: sed ista est huiusmodi: quia ly piper, quod est subiectum ꝓ nullo supponit: vel des illud ꝓ quo supponit, quod non videtũ quia nullum est piper, quod vẽdatur Parisijs & Romę. Item de nullo de quo verũ est dicere: hoc ẽ quod vẽdit̃ hic & Romę, verũ est dicere quod est piper. Similiter hæc est falsa, quod venditur hic & Romę est piper: & per consequens ista est falsa, q̃ vendiur hic & Romę est hoc vel hoc piper; cum in omnibus istis alterum extremum pro nullo supponat.

H *An ad destruendum, vel construendũ multiplex oporteat &c.*

DVBITATVR tertio Vtrum ad destruendum vel construendum multiplex oporteat cõstruere vel destruere in vtroque sensu: Respondetur ꝙ duplex est multiplex scilicet incõplexum siue equiuocum: vt canis. Aliud est complexum siue amphibologicum: vt oratio trũcata habens diuersos sensus: sicut est ista, vellem pugnantes me accipere. Hoc supposito dicitur quòd si multiplex sit tale quòd eius multiplicitas lateat aliquem; tunc ad destruendum vel construendum apud illum quem latet, sufficit construere vel destruere in vno sensu: sed si multiplicitas sit manifesta, debet in vtroque sensu construi vel destrui: in vno construi & in alio destrui. Vnde ista propositio, disciplina est vna plurium non dici

A dicitur multiplex propriè: quia non habet diuersos sensus ex truncatione terminorum: sed solum est multiplex, capiendo multiplex large pro omni oratione habente diuersos sensus; siue hoc fiat propter truncationem dictionum vel non. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Arti. 3. CONCLVSIO responsalis: Ab inesse ad esse aliquando valet consequentia & aliquando non: vt visum est in primo arti. in quo sufficienter possunt solui rationes quæ fiebant ante oppositum.

QVONIAM autem rerũ quidem aliæ sunt ex necessitate; aliæ. autem vt in pluribus: aliæ vero vtrumlibet.

B ISTE EST tertius tracta. huius libri: in quo docet terminare problemata per locos extrinsecos. In primo ponit aliquas considerationes, quarum prima est; si aliquod prædicatum inest alicui subiecto de necessitate, & illud assignetur inesse vt accidens, destruendum est problema. Secunda: si aliquod prædicatum assignetur, inesse alicui subiecto vt in pluribus, considerandum est, si in sit vt in paucioribus: quia si sic, destruendum est: quia omnia talia sunt disparata quorũ vnum vere negatur de alio: vt si bonum assignetur inesse homini vt in pluribus, destruendum est problema: quia homines sunt mali, vt in pluribus: & boni, vt in paucioribus. Tertia: si aliquid assignetur inesse sibi accidentaliter, destruendum est problema: quia idem non prædicatur de seipso accidentaliter. Et siquis assignet voluptatem accidentaliter inesse gaudio, iucunditati, vel letitæ, destruendum est problema: quia illa sunt idem.

Proble-mata quo terminan da per locos extrinsecos.

C QVONIAM autem contraria complectuntur quidem sibijnuicem.

ISTVD EST secundũ capitulum in quo docet aspicere ad contraria. Et dicit quòd cõtraria secundum prædicationẽ & subiectionem possunt complecti adinuicem sex modis. Primo, quando duo contraria prædicantur de duobus contrarijs. Et hoc dupliciter: vt amicis est bene facere: inimicis est malefacere: vel econtra: & sic sunt duę complexiones quæ nõ cõtrariantur; quia illa quæ sunt eligenda, non contrariantur inter se: sed ista sunt huiusmodi: igitur. Eligibile enim non est alteri eligibili contrarium. Secundo, quando ambo contraria prædicantur de eodem: & hoc etiam dupliciter: vt amicis oportet malefacere, & amicis bene facere. Et dic, quòd tales non contrariantur: quia ambę sunt spernendę: modo spernendum spernendo non est contrarium: nisi forte vnum dicatur secundum superabundantiam, & aliud secundum defectum. cuiusmodi est prodigalitas & illiberalitas. Tertio quãdo vnũ contrarium de vtroq; prædicatur: & hoc dupliciter: vt amicis est benefacere, & inimicis est benefacere, vel econtra: & sic sunt duæ complexiones quæ bene contrarianẽ. Finaliter ponit tres considerationes, quarum. Pri-

Cõtraria quot modis ad inuicem complectuntur.

D

E ma est: si alicui subiecto assignetur inesse aliquod prædicatum quod habet contrarium, considerandum est si illud contrarium insit subiecto: quia si sic, destruendum est: si non construendum est: quia impossibile est contraria inesse simul eidem subiecto. Secunda; si aliquod pdicatū assignetur inesse alicui subiecto, videndū est si ex illo sequantur contraria, vel cōtradictoria, & si sic destruendū est: vt siquis dicat ꝙ ideæ separatæ sunt in nobis, hoc est destruēdū: quia si essent in nobis, essent mobiles: nam motis nobis, mouent̄ omnia q̄ in nobis sunt. & etiam essent immobiles, cū Plato & omnes alij ponant ipsas esse immobiles. Tertia: si aliquod prædicatum assignetur inesse alicui subiecto, & illud habeat con- F trarium: videndum est vtrum illud contrarium possit inesse eidem subiecto: & si non destruendum est: quia cōtraria nata sunt fieri circa idem: & cōtrariorum eadē est potentia. Deinde docet terminare problemata inspiciendo ad opposita quantū ad consequentiam: & primo in contradictorijs ponens talem considerationem: si aliquid assignet̄ sequi ad aliud, respiciendum est si ad oppositū consequentis sequatur oppositū antecedentis: & si sic, bona est assignatio, & solet vocari cōsequentia econtrario. Deinde ponit vnam considerationes: inspiciendo ad cōtraria: dicens ꝙ si aliquod consequens sequat̄ ad aliquod antecedens; considerandum est si ad contrarium antecedentis sequatur contrariū consequētis: & hoc per cōsequentiam in ipso; & si sic construendum est problema; si nō destruendum est. Consequenter ponit considerationem inspiciendo ad priuatiuè opposita dicens; ꝙ si aliquid sequatur ad aliud: videndum est si ad priuatiuè oppositum antecedentis sequatur oppositum priuatiuè cōsequentis: & si sic, tunc bona est assignatio: si non, mala est. Finaliter ponit cōsiderationem inspiciendo ad relatiuè opposita: dicens quod in relatiuè oppositis, valet consequentia in ipso: vt si aliquid est duplum, aliquid est multiplex, ergo si aliquid est subduplum, aliquid est submultiplex: G

RVRSVM in coniugatis et in casibus & interimēti & construenti. H

ISTE EST quartus tractatus in quo docet terminare problemata per locos medios: & continet quatuor capitula. In primo ponit duas considerationes. Prima est: si opponens velit construere vel destruere aliquod prædicatum de aliquo subiecto, considerandum est ad casus & ad coniugata: nam si coniugatum vnius inest coniungato alterius; & casus inest casui: & principale principali: vt si iustum est bonum, iuste agere erit benefacere. Scda: si opponens velit cōstruere, aut destruere aliquod prædicatum de aliquo subiecto: non solum respiciendum est ad casus & cōiugata: sed etiam considerandum est, si contrarium vnius inest contrario alterius; vnde si bonum non est de necessitate suaue,

Cōsiderationes pro blematu per locos medios.

A suaue, nec malum erit de necessitate triste.

AMPLIVS in generationibus & corruptionibus, & corrumpentibus, & efficientibus.

Problemata quomodo terminanda per locos a generatione, & corrup.

ISTVD est secundum capitulum, in quo docet terminare problemata per locos à generatione & corruptione. Et ponit tres considerationes. Prima: si velimus ostendere bonitaté, vel maliciam aliquorum, debemus inspicere ad generationes: quia si generatio ipsorũ sit bona, ipsa sunt bona; si vero sit mala, ipsa sunt mala. Secunda: si velimus ostẽdere bonitatem, vel maliciam aliquorũ, inspiciendũ est ad corruptiones: quia si sint bonæ, illa
B sunt mala, & si sint malę, ipsa sũt bona: nã cuius corruptio est bona, ipsum totũ malũ est. Tertia: inspiciendum est ad generantia, & corrũpentia: quia quorũ gñatio est bona, ipsa sunt bona, & quorum mala, ipsa sunt mala.

RVRSVM in similibus, si similiter se habent, vt si disciplina vna plurium, & opinio.

Cõsiderationes inspiciendi p locum à simili.

ISTVD est tertiũ capitulũ, in quo ponit duas consideratio nes inspiciendo per locũ à simili. Prima: considerandum est in similibus si similiter se habeãt: vt si disciplina sit vna plurium, opinio erit vna plurium. Secunda; in similibus non solũ oportet inspicere ad vnum, sed ẽt ad multum; quia aliqñ aliqua conueniunt in aliquo, & tamen differunt in alio: sicut cõtingit plura scire, intelligere ãt non. Con C sequenter docet inspicere per locum à magis & minus. Et ponit quatuor cõsiderationes. Prima: si aliquod prædicatum assignetur inest alicui subiecto: videndum est si ad intentionem subiecti sequatur intentio prædicati: si sic, construendum est problema: si non, destruendum est: vt si voluptas est bona, maior voluptas est magis bona; Ex quo passu elicitur hæc auctoritas: si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis: quæ debet intelligi in ꝓdicationibus per se. Secunda: si aliquod ꝑdicatũ assignetur inesse duobus subiectis, considerandum est si inest illi subiecto cui magis vr̃ inesse, & si nõ, destruẽdũ est problema. Tertia si duo prædicata assignentur inesse alicui subiecto, videndum est si illud quod minus vr̃ inesse insit: D. quia si sic, construendum est ꝓblema. Quarta: si velimus videre de duobus ꝑdicatis an insint duobus subiectis, videndum est si ꝑdicatum quod minus vr̃ inesse suo subiecto ei insit; quia si illud quod magis vr̃ inesse non inest, nec reliquum inerit.

AMPLIVS autem ex appositione si alterum, ad alterũ appositum facit bonum, vel album.

Cõsiderationes, de his q alicui messe videntur.

ISTVD est quartum capitulum & vtimum, in quo ponit aliquas considerationes inspiciendo ad ea quæ videntur inesse alicui. Prima; si aliquod oppositum alteri faciat ipsum tale & prius non erat tale, appositum est tale. Secunda: si appo-

A non est consequentia formalis. Sed consequentia econtrario ꝑ pōnū, est quando antecedens infert consequens: & ex opposito contradictorio consequentis infertur oppositum contradictorium antecedentis; vt si homo est animal est: sed nullum animal est: ergo nullus homo est: & ista tenet in omnibus consequētijs. Consequentia in ipso ēt est duplex scilicet terminorum & propositionum. Terminorū, est qn̄ in antecedente aliqđ prędicatū dr̄ de subiecto: & in consequente oppositū prædicati dr̄ de opposito subiecti: vt iustitia est virt⁹: ergo iniustitia est vitiū. Sed consequentia in ipso propōnū, est qn̄ ex ante infertur consequens: & ex opposito añtis infertur oppositum consequentis: B vt si homo est risibile est: sed nullus homo est: ergo nullum risibile est.

An consequētia in ipso terminorum valeat in cōtrarijs.

SECVNDO sciendum, ꝙ incidit talis difficultas vtrum cōsequentia in ipso terminorū valeat in contrarijs. Ad quam breuiter respōdetur, ꝙ tenet in omnibus contrarijs, tribus conditionbus obseruatis. Prima ꝙ arguatur in prædicatis per se: defectu cuius non sequitur, album est dulce: ergo nigrum est amarum. Secunda quòd extrema vnius contrarietatis non contineantur sub vno membro alterius contrarietatis: ideo non sequitur, prodigalitas est vitium: ergo illiberalitas est virtus: quia prodigalitas & illiberalitas continentur sub vitio. Tertia quòd in vtroq; sit idem modus oppositionis: defectu cuius non sequitur, illiberalitas est defectus: ergo liberalitas est superabundantia. C Sed consequentia in ipso propositionum non est formalis: non enim oportet ex opposito antecedētis inferre oppositum consequentis: nisi essent termini conuertibiles: vt non sequitur, si homo est animal est: ergo si nullus homo est nullum animal est.

An eadē consequētia valeat in priuatiuè, et relatiuè oppositis.

TERTIO sciendum, ꝙ adhuc incidit alia difficultas: vtrum consequentia in ipso terminorum valeat in priuatiuè oppositis: & etiam in relatiuè oppositis. Respondetur quòd in priuatiuè oppositis valet talis consequentia, duabus conditionibus obseruatis. Prima, quòd arguatur in propositionibus per se; defectu cuius non sequitur, videns est audiens: ergo cæcus est surdus. Secunda quòd priuatio superioris habitus D restringatur per habitum inferioris: defectu cuius non sequitur, sortes videns est sensibilis: ergo sortes cæcus est insensibilis: sed debet sic argui: ergo sortes cæcus est insensibilis sensu visus. Ad aliam partem dicitur quòd consequentia in ipso terminorum valet in relatiuæ oppositis tribus conditionibus obseruatis. Prima quòd arguat̄ in propositionibus per se: ideo non sequitur, pater est dominus: ergo filius est seruus. Secunda, quòd ambo extrema non contineantur sub vno mēbro alterius oppositionis: vt non sequitur duplum est totum: ergo subduplum est pars. Tertia, quòd arguatur in relatiuis secundum esse: ideo non sequitur, sensibile est scibile: ergo

F sensus: est scientia.

Quo contingit plura scire, intelligere vero non.

QVARTO sciendum quòd istius propositionis cótingit plura scire, intelligere vero non, sunt diuersi sensus. Primus est: secundum ꝙ illa negatio nõ est negatio cadens supra hoc totũ, contingit plura intelligere: ita ꝙ sit sensus: contingit plura scire, & non contingit plura intelligere: & iste sensus implicat & est falsus: quia nulla contingit scire, quin non contingat intelligere. Alius sensus est: capiendo ly non infinitanter: ita quòd solum cadat supra ly, plura, infinitando ipsum: ita quòd sit sensus, contingit plura scire, & contingit intelligere non plura; & iste sensus est verus: q1 contingit intelligere vnũ quod est non plura. Et per hoc soluitur tale sophisma: quatuor sunt prædicabilia & non plura; & multa similia: in quibus si ly non, sit negatio negãs, falsa sunt: si infinitans, vera sunt. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

F

Artic. 2.

An si aliqd apponatur alicui, quod prius non erat tale &c.

DVBITATVR primo. Vtrum illa consideratio sit vera in qua dicitur: quòd si aliquid apponatur alicui, quod prius non erat tale, & appositum reddat ipsum tale: vtrum illud ꝙ apponatur sit tale. Et videtur quòd non: quia albedo additur parieti & facit parietem album: & tamen albedo non est, alba? Respondetur ad hoc quòd talis consideratio sit vera, tres conditiones requiruntur. Prima: quòd appositum sit susceptiuũ denominationis, quam dat alteri; defectu cuius non sequitur, albedo addita parieti facit parietem album: ergo albedo est alba. Secunda, quòd arguatur in causis sufficientibus: defectu cuius non sequitur, ignis facit aquam tepidam: ergo ignis est tepidus: quia ignis non est causa totalis tepiditatis. Tertia, quòd arguatur in causis vniuocis: defectu cuius non sequitur, sol calefacit hæc inferiora: ergo sol est calidus. Et similiter dicendum est de illa consideratione: quòd si aliquid addatur alteri & faciat ipsum magis tale, tunc additum est magis tale: & similiter de illa de superlatiuo: & proprie habent fieri illæ duæ vltimæ considerationes in illis, quę suscipiunt magis & minus. G

An locꝰ à positiuo ad comparatiuũ valeat, & econtra.

DVBITATVR secundo, Vtrum locus a positiuo ad comparatiuum valeat: & etiam locus a comparatiuo ad positiuũ. H Pro cuius solutione supponitur quòd locus à positiuo ad comparatiuum est bonus: & tenet tantum negatiuè: sicut locus a toto in modo ad suam partem: vt bene sequitur, hoc non est album; ergo hoc non est magis album. Supponitur secundo quòd locus a comparatiuo ad positiuum similiter est bonus: & tenet tantum affirmatiuè: sicut locus a parte in modo ad suum totum: vt bene sequitur hoc est magis album: ergo hoc est album. Et per hoc patet quid sit dicendum ad istas consequentias; ista propositio, deus est, est magis vera quàm ista, homo est asinus: ergo ista homo est asinus est vera: ista propositio, deus est diabolus, est magis falsa quam ista, deus

est

A est ergo ista est falsa deus est. Respondetur quòd istæ consequentiæ sunt bonę: sed sicut consequens est falsum: ita & antecedens: vnde ista est falsa: ista propositio deus est, est magis vera quàm ista, homo est asinus; & hoc propriè capiendo ly magis, & in rigore logicali. Sed restat vna difficultas vtrum ista regula sit vera: si simpliciter ad simpliciter & magis ad magis, & maximũ ad maximum. Et vr ꝙ non: qa non sequitur, homo est aĩal: ergo magis homo est magis animal. Similiter durum est extensum: ergo magis durum est magis extensum. Respondetur ꝙ regula est vera, aliquib⁹ conditionibus obseruatis. Prima ꝙ arguatur in terminis suscipientibus magis & minus: defectu

Sicut simpl'r ad simpliciter, et magis ad magis, &c.

B cuius non sequitur; homo est animal: ergo magis homo est magis animal: quia homo & animal non suscipiunt magis & minus. Secunda, quod arguatur in propositionibus per se: defectu cuius non sequitur, album est dulce: ergo magis album est magis dulce: nec sequitur, bibere est bonum: ergo magis bibere est magis bonum. Tertia, quòd terminus positiuus qui prædicatur, non prædicetur de opposito subiecti: ideo non sequitur, album est coloratum: ergo magis album est magis coloratum.

An a dicto sec'm quid ad simpliciter valeat consequentia.

DVBITATVR tertio. Vtrum arguendo à dicto secundũ quid ad dictum simpliciter sit bonus locus. Et videtur ꝙ non: quia non sequitur, æthiops est albus secundum dentes: ergo æthiops est albus: & similiter C de multis aliis. Pro cuius solutione supponitur, quòd dictũ secundum quid accipitur tripliciter. Vno modo pro termino sumpto cum aliqua determinatione, qualiscunq; sit illa: & sic homo pictus, homo albus secundum dentes, sunt dicta secundum quid: & sic dico ꝙ arguendo a dicto secundum quid ad dictum simpliciter aliquando valet consequentia & aliquando non. Secundo modo potest capi dictum secundum quid, pro termino sumpto cũ determinatione restringente & non diminuẽte, ampliante aut distrahente: & sic bene valet consequentia: vt bene sequitur sortes albus currit: ergo sortes currit. Vnde determinatio restringẽs, est quæ addita termino, facit ipsum stare pro paucioribus, quam si sibi D non adderetur: vt in ista propõne, homo albus currit: ly albus, est determinatio purè restringens respectu de ly homo. Sed determinatio distrahens, est illa quæ facit terminum cui additur, stare pro suis significatis minus principalibus; vt in ista oratione, imago est homo pictus: ibi ly pictus, est determinatio distrahens respectu de ly homo. Sed determinatio amplians: est illa quæ facit terminum, cui additur, stare pro suis significatis quæ non sunt, sed erunt, fuerunt, vel possunt esse. Sed determinatio diminuens, est quæ restringit terminum ad partem minus principalem: vt æthiops est albus secundum dentes: ibi secundum dentes est determinatio diminuens respe-

A concreta non sunt in genere.i. in prædicamento: sed male capiunt. Aristote. cum loquatur de genere moris. Alia consideratio: illud est magis eligendum quod propter se est eligendum: quam illud quod propter aliud est eligendum: vt sanari est magis eligendum quam exercitari. Alia consideratio: illud quod est per se eligendum, est magis eligendum eo quod est per accidēs eligendum: vt amicos esse iustos, est magis eligendum quam inimicos esse iustos: quia istud secundum est eligendum per accidens: puta vt inimici non noceant nobis. Consequenter ponit considerationes inspiciēdo ad causam boni. Prima: illud est magis eligendum quod est per se causa boni, quam quod est causa per accidens: vt virtus

Causa boni.

B est magis eligenda quam fortuna. Secunda: illud est magis fugiendum quod est per se causa mali, quam illud quod est causa per accidens: vt vitium est magis fugiendum quam casus. Consequenter ponit duas considerationes aspiciendo ad causas boni in speciali. Prima: illud quod est simpliciter bonum est magis eligendum quam illud quod est bonum alicui: vt sanari est magis eligendum quam secari. Secunda: illud est magis eligendum quod est bonum per suam naturam, quam illud quod nō est bonum per naturam suam: vt iustitia est magis eligenda iusto. Et sunt istæ duæ considerationes de causa formali boni. Deinde ponit tres consideratio nes inspiciendo ad causam materialem boni. Prima illud quod conuenit meliori est magis eligendum: vt illud quod conuenit deo, est magis eligendum quam

C illud quod conuenit homini: Secunda: illud quod est propriū melioris, est magis eligendum: vt illud quod est proprium dei, est magis eligendum, quam illud quod est propriū hominis. Tertia: illud quod inest prioribus est magis eligendum: vt sanitas est magis eligenda quam robur & quam decor: quia sanitas consistit in prioribus, scilicet in commensuratione calidi, frigidi, humidi, & sicci: & decor consistit in commensuratione membrorum exteriorum: & robur consistit in neruis & ossibus. Deinde ponit considerationes inspiciendo ad causam finalem boni. Prima: finis est magis eligendus his quę sunt ad finem. Secunda: medio

D rum ordinatorum in finem: illud quod est propinquius fini est magis eligendum. Tertia: medium possibile est magis eligendum quam mediū impossibile .i. quam medium difficile.

AMPLIVS duobus effectiuis existentibus cuius finis melior, & ipsum melius.

ISTVD EST secundum capitulum, in quo ponit duas considerationes ex parte causę efficientis boni. Prima, duobus existentibus effectiuis: cuius finis est melior: ipsum est magis eligēdum: vt virtus est magis eligenda quam medicina: quia virtus est effectiua beatitudinis & medicina sanitatis. Secunda: si sint duo effectiua, quorum finis vnius superet finem alterius: illud est magis eligendum.

E Deinde ponit alias consideratio nes. Prima: si sint aliqua duo bona: & aliquis nesciat, quod est magis eligendum, debet respicere ad quod sequitur maius bonum, & illud eligere. Secunda: plura bona sunt paucioribus eligenda: dum tñ illa nō ordinentur ad vnū finē: quia plura bona ad vnum finem ordinata, non sunt magis eligenda q̃ finis, ad quem ordinantur. Ex qua consideratione elicitur hæc auctoritas: vbi vnum propter alterum, ibi tantum vnum est. Tertia: nihil prohibet quædam nō bona quibusdam bonis esse magis eligenda: sicut beatitudo & tristitia, quæ sunt non bona, sunt magis eligenda quàm fortitudo & iustitia. Quarta: bonum quod possidetur cum delectatione, est magis eligendū q̃
F illud quòd possidetur cum tristitia: vt virtus est magis eligenda quàm pecunia. Quinta: vnumquodque est magis eligēdum in tempore, in quo magis proficit, quàm in tempore in quo non proficit: vt prudentia est magis eligenda in senectute, quàm in iuuentute: quia senes communiter capiuntur ad regendum Rempub. & nō iuuenes. Nemo enim iuuenes eligit duces, cum non constet eos esse prudentes: sed fortitudo magis proficit in iuuentute quàm in senectute. Sexta: illud quod proficit in omni tempore, est magis eligendum: vt iustitia & temperantia sunt magis eligenda quàm fortitudo. Septima: positis duobus bonis: illud quo habito non indigemus altero, est magis eligendum illo quo habito adhuc indigeremus altero: vt iustitia est magis eligenda fortitudine: nam si omnes essemus iusti, non indigeremus fortitudine; sed si omnes essemus fortes, adhuc indigeremus iustitia: & hoc loquendo de fortitudine corporali. G

AMPLIVS quando duo aliqua fuerint valde sibimetipsis similia.

ISTVD EST tertium capitulum, in quo philosophus docet terminare problemata de eligendo & fugiendo, inspiciendo ad conditiones accidentales boni. Et primo ponit talem considerationem: illud est magis eligendum quod est propinquus, & similius bono: & hoc in bonis & non in malis, seu ridiculosis: nam licet simia sit similior homini quàm equus in ridiculosis: non tamen in bonis. Alia consideratio: illud quod cum difficultate acquiritur, magis est eligendum eo, quod faciliter acquiritur, postquam supple est acquisitum. Alia consideratio: si aliquid est melius alio: etiam optimum illius erit melius optimo alterius: vt si homo sit melior equo: optimus hō erit melior optimo equo. Alia consideratio: bonum ex circunstantia .i. determinatione non diminuente, est magis eligendū quàm bonum necessarium: vt bene viuere est magis eligendum quàm viuere. Et subdit quòd aliquando meliora non sunt magis eligenda; vt philosophari est simpliciter melius quàm ditari: tamen indigenti est magis eligendū ditari quàm philo-

Quo terminātur pblemata in eligendo, vel fugiendo, circa conditiones accidētales boni. H

A philosophari. Ex quo habetur hæc auctoritas. Melius est ditari quam philosophari supple indigenti. Alia consideratio; si amittamus aliqua duo bona de quorum amissione sumus tristes, illud est melius de cuius tristitia minus vituperamur. Alia consideratio: illud est magis eligendum: cuius vsus, actus, & operationes sunt magis eligenda. Alia consideratio: illud est magis eligendum, cuius superabundantia est magis eligenda: vt amicitia est magis eligenda pecunijs; quia superabundãtia amicitiæ est magis eligenda quàm superabundantia pecuniarum. Alia consideratio, illud est magis eligendum, quod est propter se eligendum quam B illud quod est propter aliud eligendum; vt gloria est magis eligenda quàm decor. Alia consideratio: illud quod est propter melius bonum est magis eligendum, quàm illud quod est propter minus bonum: vt illud quod est propter virtutem, est magis eligendum, quàm illud quod est propter delectationem corporalem.

An considerationes de bono magis eligendo sint recte positæ.

QVAERITVR. Vtrum considerationes positæ in textu sint sufficientes. Arguitur primo, quòd non: quia minus diuturnum est magis eligendum quàm magis diuturnum; igitur. Antecedens patet: quia ferrum est diuturnius pane, & tamen non est magis eligendum. Secundo sic: bonum simpliciter, & bonum C alicui conuertuntur: igitur vnum eorum non est melius & eligibilius altero: cuius tamen oppositum dicitur in vna consideratione. Antecedens patet: quia omne bonum simpliciter est bonum alicui: similiter bonum alicui, est bonum simpliciter. Tertio sic: iniustitia est in genere, & iustum non est in genere: vt patet per philosophum: & tamen iustum est melius iniustitia: igitur. Quarto sic: non bona non sunt eligibilia: ergo non sunt bonis eligibiliora. tenet consequentia: quia comparatiuus præsupponit suum positiuum. Antecedens patet: quia nullum non bonum est eligibile: ergo non bona non sunt eligibilia. Quinto sic: illud non D est melius, quod habet conditionem mali sibi annexam: sed illud quod est difficilius ad acquirendum, habet conditionem mali sibi annexam: puta laborem: igitur. In oppositum est philosophus in textu. In quæstione erunt tres arti. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo quod Aristot. in isto tertio ostendit qualiter terminantur problemata cõtracta & comparata, contracta & non cõparata, cõparata & non contracta. Et dicunt contracta: quia terminant per rõnem eligibilitatis & fugibilitatis: seu in quibus ponũtur isti termini eligendum & fugiendum. Sed comparata tantum sunt quæ sunt secundum magis & minus: & talia propriè pertinent ad accidens: cum magis & *Art. 1.* *Quid in isto tertio intendat Aristot.*

A eligibiliora paucioribus bonis, si talia bona non ordinantur ad illud vnum bonum. Ad secundam dicitur, quòd electio potest capi dupliciter. Vno modo strictè: & sic verum est, quòd est tantum mediorum ad finem. Aliomodo large pro quacunq; volitione: & sic dico, quòd potest esse ad finem.

Non bona eligibiliora quibusdã bonis, quomodo.

QVARTO sciẽdum, quòd circa textũ incidit talis difficultas: qualiter nõ bona sunt eligibiliora quibusdam bonis. Pro cuius solutione supponitur, quòd ad hoc, quòd aliqua dicantur non bona non requiritur, quòd vtrumque sit non bonum, sed sufficit, quòd tantum vnum sit non bonum: quia illis duobus demonstratis verum est dicere, quòd sunt bona, vel non bona cum inter contradictoria non sit dare medium: sed non B sunt bona: ergo sunt non bona. Nec ad istam, ista sunt non bona sequitur copulatiua, sed magis sequitur propositio de subiecto copulato, quia ly et, inclusum in ly ista, non capitur copulatiue, sed complexiue: & idem dicendum est de quodam sophismate, quod mouet Ari. in elenchis: vt posito, quòd sint nouem vidẽtes, & vnus cęcus. Respondet, quòd illo casu plures sunt non videntes quàm videntes: quia illi decem non sunt videntes: sed tantum nouem, & tamen illi decem sunt non videntes: quia non sunt videntes: ergo sunt non videntes per locum a contradictorijs. Et hæc de primo artic. Quantum ad secundum.

DVBITATVR primo, vtrum bonum ex circunstantia sit magis eligendum quàm bonum necessariũ: & vtrum hic C maxima sit vera bonum proprium est melius bono communi. Ad primam partem, dicitur, quòd bonum ex circunstantia potest capi dupliciter. Vno modo, generaliter pro bono sumpto cum quacumque determinatione, siue sit diminuens, siue distrahens, siue alterius modi: & sic non oportet bonum ex circunstantia esse magis eligendum, quàm bonum simpliciter. Aliomodo capitur pro bono sumpto cum determinatione tantum restringente: & sic tale bonum est magis eligendum quàm bonum simpliciter: vt bene velle est magis eligendum quàm velle. Ad secundam partem respondetur, quòd duplex est bonum commune: quoddam est tale, quo plures possunt simul, & semel eo vti sic, quòd vsus vnius non impedit vsum D alterius, sicut est pax: & de tali non intelligitur regula cum illud sit magis eligendum quàm bonum proprium. Et sic capitur illud dictum commune, cum dicitur, quòd bonum commune est magis eligendum bono proprio. Aliud est bonum commune quo non possunt plures vti simul: & semel: sed vsus vnius impedit vsum alterius: & de tali intelligitur regula: puta quòd bonum proprium est magis eligendum quàm tale bonum commune: cuius vsus vnius impedit vsum alterius.

Quodmagis eligendum bonum ex circunstãtia, an necessarium proprium vel commune.

Bonũ nobilius magis eligendum bono minus no-

DVBITATVR secundo vtrum istæ maxime sint veræ: bonum nobilius est magis eligendum bono minus nobilis. Et si omnes essemus iusti non indi-

bili; Et si omnes essem⁹ &c. an utra propositiones.

E indigeremus fortitudine. Ad primam dicitur, quòd triplex est nobilitas: quædam quæ acquiritur per pecunias: vt cum quis acquirit potentiam, vel dignitatem per diuitias: & de ista dicit Boetius: Si nobilis es, lauda parentes: si diues, lauda fortunam: si bonus, lauda teipsum. Alia est quæ non est nisi dispositio, & inclinatio ad bonas operationes, quæ est acquisita a progenitoribus: & de ista dicit Boetius, quòd nobilitas est laus ex meritis parentum proueniens. Alia est animi, quæ non est nisi ipsa virtus: & de istis duabus intelligitur consideratio. Pro secunda parte supponitur, quòd duplex est fortitudo, scilicet corporalis, quæ consistit in neruis, & ossibus: & de tali non intelligitur consideratio: nam si omnes essemus iusti adhuc indigeremus tali fortitudine ad prouidendum nobis de necessarijs. Alia est fortitudo virtus, per quam resistimus iniustis: & per quam aggredimur terribilia vbi oportet, & quando oportet, & de tali intelligitur consideratio: nam si omnes essemus iusti non oporteret resistere iniustis: cum nullus esset iniustus.

Aliud ab animali currit, ergo aliud ab homine currit, an valeat

DVBITATVR tertio, vtrũ ista cõsequentia sit bona: Aliud ab animali currit: ergo aliud ab homine currit. Et videtur, quòd sic: quia ibi arguitur ab alietate superioris ad alietatem inferioris. Sed quòd non sequatur probatur: quia si nullus homo esset: antecedens posset esse verum, cõsequente existente falso: igitur. Respõdetur, quòd ad hoc, quòd bene arguatur, requiritur constantia inferioris: ideo debet sic argui: aliud ab animali currit, & homo est: ergo aliud ab homine currit. Et si quis dicat: non sequitur: aliud a vero erit falsum: & ista propositio, Deus est, est alia a vero: quia est alia ab illo vero, hominem esse animal: ergo ista propositio, Deus est, erit falsa. Respondetur: bene sequitur: sed sicut consequens est falsum, ita & maior, & minor: quia ly vero, in vtraq; supponit confuse, & distributiue: & etiam in maiori ampliatur pro omni vero, quod est, vel erit. Et siquis iterum dicat: non sequitur sortes differt ab animali, & homo est; ergo sortes differt ab homine. Antecedens probatur: quia aliquid differt ab animali, quod non differt ab homine: ergo non sequitur, sortes differt ab animali: ergo sortes differt ab homine. Assumptum patet: quia asinus differt ab animali, quod non differt ab homine, & asinus est: ergo aliquid differt ab animali quod non differt ab homine. Maior patet, a sorte differt asinus: ergo asin⁹ differt ab animali, quod non differt ab homine. Dico, quòd consequentiæ intermediæ non sunt bonæ propter terminos, qui distribuuntur ab illo termino Differt: vt patet intuenti. Et hæc de secundo articulo. Quantũ ad tertium fit:

Art. 3.

CONCLVSIO respõsalis: Considerationes positę in textu sunt sufficienter positæ ab Ari. vt patet in arti. Rationes etiam in articulis sunt solutæ.

IDEM autem loci vtiles: & ad demonstrandum quodlibet eligendum, & fugiendum.

A ISTE est secundus tractatus huius libri, in quo Philosophus docet terminare problemata comparata de accidente: ponens aliquas considerationes, quarum Prima est: si aliquid secundum naturam est tale, illud est magis tale, quàm quod non est tale secundum naturam. Secūda, illud quod facit alterum cui additur magis tale, est magis tale, quàm illud quod additum alteri non facit ipsum tale. Tertia, duobus appositis vni rei: illud quod facit totum magis tale, est magis tale; quàm illud, quod non facit totum tale. Quarta, illud quo ablato residuum fit minus tale: illud est magis tale, quàm reliquum, quo ablato residuum non fit minus tale. Quinta, illud quod est minus admixtum suo contrario, est magis tale, quàm illud quod B est magis admixtum: vt illud est albius, quod est nigro impermixtius. Sexta, duobus, vel pluribus suscipientibus aliquam rationem siue diffinitionem: illud, quod magis suscipit eam, est magis tale: vt diffinitio albi est color disgregatiuus visus: ideo, quod est magis disgregatiuum visus, illud est albius.

Proble. comparata de accidente, quomodo terminātur.

SI autem particulariter, & non vniuersaliter problema ponatur.

ISTE est tertius, & vltimus tractatus huius libri, qui diuiditur in duo capitula. In primo docet terminare problemata particularia: dicens primo, quòd omnes considerationes valentes ad destruendum, vel construēdum problema vniuersale, valent etiam ad construendum, vel destruendum C problema particulare: nam si aliquis ostendit aliquid inesse omni, etiam ostendit illud inesse alicui. Et subdit, quòd locus ab oppositis a casibus, a coniugatis, a generatione, & a corruptione valent ad terminandum problemata particularia: vt si aliquis ostendat generationem alicuius esse bonam, etiam ostēdet, quòd illud est bonum: & per consequens terminabit problemata particularia. Consequenter ponit aliquas cōsiderationes, quarum Prima est, si aliquid in aliquo genere videatur magis esse tale, quàm aliud in alio genere: si ipsum non fuerit tale, nec reliquum: vt si disciplina videatur esse magis bona, quàm voluptas, & non sit bona, neque voluptas erit bona. Secunda, ad terminandum problema particulare: non solum oportet sumere ea, quæ sunt in diuersis ge- D neribus, sed quæ sunt in eodem genere: vt si ponatur, quòd disciplina est bona: & ostendatur, quòd prudentia non est bona, etiam ostendetur quòd disciplina non est bona, per locum a maiori: quia si aliquod prædicatum non inest illi, cui magis videtur inesse, nec etiam illi, cui minus videtur inesse. Tertia, problemata particularia possunt terminari per hypothesim: vt supponendo, quòd si sit ita in vno, ita erit in reliquo. Et subdit, quòd qui vtitur hypothesi ad probandum problema particulare, probat etiam vniuersale; vt si quis concedat, quòd si prædicatum inest alicui, quòd etiam inerit alteri, tūc ostendet vniuersalem, puta quòd inerit omni.

Quō terminātur problemata particularia.

A tet ad sensum, cum videamus vnum subiectum maiorem formam recipere, quàm aliud: ergo non fit per additionem gradus ad gradum. Quarto sic, talis intensio fit per separationē contrarij à contrario: vt videtur dicere Arist. in textu cum dicit, quòd illud est albius quod est nigro impermixtius. Quinto sic, talis intensio fit per maiorem radicationem in subiecto: quia quanto aliqua forma est magis radicata in subiecto, tanto est magis talis. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articu. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd forma dicitur intendi per additionem gradus ad gradum in eodem loco, & situ se penetrantes adinuicem: vt quando albedini additur vnus gradus albedinis, idest vna pars albedinis, tunc intenditur albedo. Et si quæras, quis est ille gradus albedinis? Dico, quòd ille gradus est vna pars albedinis, quæ de nouo acquiritur cum alia præcedenti in eodem loco, & situ penetrans simul aliam, cum qua facit maiorem albedinem. Et si quæras, vtrum isti gradus distinguãtur? Dico, quòd omnes gradus, per quos aliqua forma intenditur, distinguũtur realiter, quia vnus potest esse sine alio, immo vnus aduenit post alium, & prius generatur vnus, quàm alius. Dico tamen, quòd ex omnibus illis fit vna totalis forma, quæ est diuisibilis in illos gradus, qui sunt partes integrantes illam totalem formam.

Sco. li. 1. d. 17. q. 1. & 2.

B

Forma intēditur

SECVNDO sciendum, ꝙ ista propositio de rigore sermonis est falsa, forma intenditur: quod ego probo, quia vel pars præexistens intenditur, vel pars de nouo adueniens, vel compositum ex vtraque. Non præexistens, quia illa præexistens non est maior: hoc est, non habet plures gradus post aduentum, quàm ante: licet sit alicui coniuncta, cui prius non erat: vnde signetur illa pars præexistens a & sit a, & pars adueniens sit b, compositum ex vtraque sit c: tunc manifeste apparet, quòd a non intenditur, cum non sit maior pars, quàm prius: nec b, quia non præfuit: nec eadem ratione c: ideo proprie, & de rigore sermonis ista est falsa, forma intenditur, seu augetur. Et si quis dicat: quomodo ergo intellexerunt omnes doctores, qui dicunt formam intendi. Dico, quòd intellexerunt ad istum sensum, quòd forma composita ex forma præcedenti, & forma de nouo genita est perfectior, quàm forma, quę prius existebat. Ex quo patet, quòd forma, quæ sic componitur ex forma præcedenti, & forma sequenti non est eadem numero cum forma præexistēti, cum forma præexistens sit pars illius formæ, & eam tempore præcedat.

C

an sit bona propositio.

D

TERTIO sciendum, quòd formarum, quæ intenduntur, & remittuntur: quædam indiuisibiliter acquiruntur: vt formæ spirituales, quæ in anima recipiuntur. Aliæ sunt, quæ successiue acquiruntur, sicut sunt formæ corporales: vt caliditas, & frigiditas, quæ successiue in aliquo subiecto acquiruntur. Aliæ sunt, quæ partim indiuisibiliter acquiruntur, & partim successiue

Formarũ intensarũ & remissarum diuisio.

E siue, vt si crearetur vnum corpus luminosum in instanti in aere, cuius propinquę partes essent dispositæ ad terminum: tũc in instanti illuminaret illas partes propinquas, & successiue partes remotas: & tunc ex omnibus illis luminibus fit vnum lumen: cuius vna pars in instanti acquiritur, & alia successiue. Vnde formæ, quæ in instanti acquiruntur, habent primum instans sui esse: in quo verum est dicere, hæc forma nunc est, & immediate ante hoc non fuit: & etiam habent primum instans sui non esse, in quo verum est dicere: hæc forma nunc non est, & immediate ante hoc fuit. Sed formæ, quæ successiue acquiruntur, habent vltimum instans sui non esse, in quo verum est dicere, hæc forma nunc non est: & F immediate post hoc erit: & primum instans sui non esse. Sed de formis, quæ partim successiue acquiruntur, & partim in instanti acquiruntur, cum diligentia videndum est quę instantia habent.

QVARTO sciendum, quòd non est inconueniens aliquid dici magis tale sine additione gradus: vt si essent duo alba: quorum vnum habet quinque gradus albedinis: aliud sex, tunc illa sunt similia: deinde volo, quòd illud, quod habet sex gradus, deperdat vnum gradum: tunc illud erit magis tale; quia erit magis simile alteri albo. Et si quis dicat: ergo male dictum est prius, quòd forma intenditur per additionem gradus, cum illud dicatur magis tale non per additionem gradus, sed magis per remotionem. Dico negando cõsequentiam; quia G illud intelligitur de illis, quę per se, & primo intenduntur; & non de illis, quæ intenduntur ratione alterius, sicut sunt talia relatiua. Et si quis dicat, volo quòd sit vnum lignum calidum, cuius tota caliditas sit decem graduum: tunc arguo sic illa caliditas est intensior, quàm sua medietas, & sua medietas est remissior; ergo idem subiectum simul habebit caliditatem intensam, & remissam; & sic erit intensè calidum, & remissè calidum. Respondetur cõcedendo, quòd totalis caliditas est intensior, quàm sua medietas. Et quando tu infers; ergo in eodem est caliditas intensa, & remissa: potest concedi, & quando tu infers: ergo idem subiectum simul erit intensè calidum, & remissè calidum, negatur consequentia: H quia subiectum debet denominari secundum exigentiam suę totalis formæ, & non secundum exigentiam partis. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Quõ aliquid dicitur magis tale sine additione.

DVBITATVR primo, quo modo intelligitur dictum Arist. in textu, quòd illud est albius, quod est nigro impermixtius, cum ex illa auctoritate videantur duo sequi. Primo, quòd forma suscipiat magis, quæ est minus permixta suo contrario. Secundo, videtur sequi, quòd contraria possent simul esse in eodem: quia videtur dicere, quòd album permisceatur nigro, quod non esset, nisi album, & nigrum essent in eodem subiecto. Respondeo, quòd licet illa duo videantur sequi; tamen nullum illorum voluit habere Aristot.

Art. 2.

Quõ illud dicitur albius quod est nigro impermixtius.

De

A De primo probatur, quia tunc sequeretur, quòd nulla forma posset intendi, nec acquiri, nisi simul acquireretur suum contrarium; quia quando forma acquireretur, vel esset intensa, vel remissa, si remissa; ergo est magis permixta suo contrario; si intensa; ergo minus: & sic semper ibi esset contrarium. Nec videtur secundum, cum videatur sonare in multis locis, quòd contraria non possunt simul esse in eodem subiecto, & in eadem parte subiecti. Dico ergo breuiter, quòd dictum Arist. sic intelligitur: illud est albius, quod est nigro impermixtius, idest nigro dissimilius.

DVBITATVR secundo: vtrum contraria possint simul esse in eodem subiecto, & in eadem parte subiecti. Respon-

B detur pro nunc sine argumentis, quòd contrarietas non est nisi quædam oppositio, seu repugnantia. Et pro nūc est triplex: scilicet propositionum, terminorum, & formarum, seu rerum. Et oppositio propositionum est repugnantia propositionum ad essendum simul veras: Sed terminorū est repugnantia terminorum in prædicando simul vere de eodem subiecto. Sed formarum, est repugnantia duarum formarum in essendo simul in eodem subiecto. Et aduerte, quòd ad quamlibet talem oppositionem non sufficit repugnantia: sed requiritur etiam maxima distantia, & quòd sint nata fieri circa idem. Vnde propositiones contrariæ dicuntur fieri circa idem: quia debent esse de eodem vel consimili subiecto, & etiam contradictoriæ, vnde

An contraria possint simul esse in eodem subiecto.

C contrariæ magis videntur dista re, quàm contradictoriæ: quia distant secundum omnia supposita: sed contradictorias non oportet distare, nisi secundum vnum suppositum. Vnde si accipiamus duas contradictorias duarum contrariarum, illæ mediant inter duas contrarias. Vnde si dicas, quòd omnis homo currit: & ego dicam, nullus homo currit: alter mediabat dicendo, quòd nec sic, nec sic; sed quòd aliquis homo currit, & aliquis homo non currit: sic dicatur de terminis, quòd sint nati succesiue dici de eodem subiecto, & maxime distant: sic sunt termini significantes formas extreme contrarias, vt album, & nigrum.

DVBITATVR tertio, quę formę sint contrariæ? Respon-

D deo, quòd formæ, quæ natæ sunt fieri succesiue circa idem subiectum: & quæ maxime distant secundum intēsionem graduum: ita quòd non omnis caliditas est omni frigiditati contraria, sed summa caliditas summæ frigiditati: verum est tamen, quòd loquendo large de contrarietate dicimus sæpe, quòd media prædictorum contrariorum sunt contraria ad inuicem. Et hoc est quod dicitur, quòd contraria sunt compossibilia in gradibus remissis, sed non intensis, seu summis, vnde imaginatur, quòd summa caliditas sit duodecim graduum, & etiam frigiditas. Dico, quòd in illis gradibus non sunt compossibiles saltem naturaliter: quia in illa intensione, seu latitudine graduum contrariantur, sed in alijs sunt compossibiles: quia in illis

Quæ formæ sint cōtraria.

B proprie non contrariantur: & sic caliditas, vt decem est compossibilis frigiditati, vt duodecim: quia proprie in illis gradibus non sunt contraria. Sed restat vna difficultas quæ nigredo contrariatur albedini in pariete: non nigredo in alio pariete: quia tales non possunt fieri circa idem subiectum, cum accidentia non migrent de subiecto in subiectum: nec nigredo quæ postea erit in illo subiecto: quia illa nihil est: modo quod nihil est, nulli est contrarium. Respondetur, quòd omnis albedo perfecta est omni nigredini perfecte contraria: & omnis caliditas perfecta omni frigiditati perfecte cõtraria: propter, quod dicimus, quòd contraria sunt

Quæ nigredo contrariatur nigredini in pariete.

B sibiinuicem corruptiua. Et tunc debet exponi ista auctoritas. cõtraria nata sunt fieri circa idem: hoc est dictu, quòd formæ contrariæ possunt esse successiue in eodem subiecto, vel sibi similes. Et hic de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

C CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: Intensio formę fit per additionem gradus ad gradum, idest partis formæ alteri formæ. Ad rationes. Ad primam dicitur, quòd forma est bene simplex, & indiuisibilis in partes essentiales, puta in materiam, & formam: sed non in partes integrales. Ad secundam dicitur, quòd ex pluribus, quorum vnum non est in actu, nec aliud in potentia, non potest fieri vnum totum essentiale: tàmen bene vnum totum per se, quod vocatur totum integrale.

Art. 4.

Ad tertiam dicitur negando, quòd intensio fiat per dispositionem subiecti: licet bene talis dispositio subiecti iuuet ad intensionem formæ. Ad quartam patet solutio in secundo arti.

Ad quintam dicitur negando antecedens, puta, quòd intensio formæ fiat per maiorem radicationem. D

TOPI-

TOPICORVM ARISTOTELIS.

LIBER QVARTVS.

POST hæc autẽ de his, quæ ad genus, & proprium perſpiciendum: ſunt autem hæc elementa eorum, quæ ſunt ad diffinitiones: de eiſdem autem his raro conſiderationes fiunt diſputationes.

ISTE eſt quartus liber Topicorum, in quo Philoſophus docet determinare problemamata generis. Et diuiditur in tres tractatus. Primus in tria capitula. In primo, ponit conſiderationes inſpiciendo ad genus. Prima, ſi aliquid aſsignetur eſſe genus alicui ſpeciei, inſpiciendum eſt an illud prædicetur de quolibet contento ſub ſpecie: & ſi ſic, conſtruendum eſt problema; ſi non, deſtruendum eſt problema. Secunda, ſi aliquid aſsignetur eſſe genus alicuius; & non prædicetur in quid de ſpecie, problema eſt deſtruendum; vt album non eſt genus ad niuem, cum non prædicetur de niue in quid. Tertia, ſi genus non ponatur in eodem prædicamento cum ſpecie, mala eſt aſsignatio. Deinde ponuntur conſiderationes de ſpecie, quarum Prima eſt, ſi ſpecies prædicetur de genere in quid, mala eſt aſsignatio. Secunda, ſi ſpecies prædicetur de aliquo, de quo non prædicatur genus, mala eſt aſsignatio; vt ſi opinabile ponatur ſpecies ad ens, mala eſt aſsignatio; quia opinabile prędicatur de aliquo, vtputa de chimera, de quo non prædicatur ens. Tertia, ſi nulla ſpecies generis aſsignati prædicetur de illo, cui tale genus aſsignatur, mala eſt aſsignatio. Quarta, ſi genus, & ſpecies de æqualibus prædicẽtur, mala eſt aſsignatio. Quinta, ſi illud quod aſsignatur eſſe genus, prædicetur ſolum de pluribus differentibus numero, mala eſt aſsignatio. Sexta, ſi aliquid aſsignetur eſſe genus alicuius, videndum eſt ſi ſuperiora eius prædicentur in quid de illo; & ſi non, mala eſt aſsignatio.

Conſiderationes inſpiciendo ad genus, & ſpeciem.

RVRSVM ſi differentiam vt genus aſsignauit, vt ſi immortale genus Dei.

ISTVD eſt ſecundum capitulum, in quo Philoſophus docet determinare problemata generis

Quæ pro b mutua sunt determinanda in respectu ad differentiam.

generis inspiciendo ad differentiam ponens aliquas considerationes, quarum Prima est, si aliquis assignauerit differentiam pro genere, mala est assignatio; vt rationale pro animali: cum genus prædicetur in quid, & differentia in quale. Secunda, si differentia ponatur sub genere, mala est assignatio. Tertia, si aliquis posuerit genus sub specie, mala est assignatio; vt animal sub homine. Quarta, si quis ponat differentiam sub specie, mala est assignatio. Etiam si quis ponat genus sub differentia, mala est assignatio. Alia consideratio, si species participet aliquid de contrario generis, mala est assignatio. Alia consideratio, si species sit æquiuoca ad genus, mala est assignatio: quia genus, & species debent esse vniuoca. Alia consideratio, si genus habeat tantum vnam speciem, & non sit natum habere plures, tunc non est genus ad illam speciem. Alia, si genus dicatur transsumptiue de specie, mala est assignatio: quia omne genus proprie de specie prædicatur.

AMPLIVS si sit contrarium speciei aliquid considerandum, est autem multipliciter consideratio.

Quæ sunt determinanda problemata, inspiciendo

ISTVD est tertium capitulum, in quo Philosophus docet determinare problemata, inspiciendo ad contraria ipsius generis, quarum Prima est, si aliquid non habens contrarium, ponatur genus alicuius habentis contrarium: inspiciendum est si illud contrarium sit in eodem genere: & si non, est mala assignatio. Alia, si habens contrarium sit genus habentis contrarium, considerandum est si contrarium speciei sit in cōtrarium generis; & si non, mala est assignatio. Alia est, si contrarium speciei non ponatur in genere assignato, mala est assignatio. Alia, si genus, & species habeāt contrarium, tunc videndum est si aliquod est medium generis, & non speciei, vel econtra: & si sic, mala est assignatio. Alia, si genus habeat contrarium: species vero non, mala est assignatio. Consequenter ponit considerationē inspiciendo ad coniugata: dicens, quòd si aliquod principale assignetur gen⁹ principalis, tunc vidēndum est si cōcretum prædicatum sit genus concreti subiecti; & si sic, bona est assignatio: si non, mala est.

ad contraria generis, ad coniugata ad generationem, & corruptionem, ad priuatiue opposita, & relatiue.

Deinde ponit considerationem, inspiciendo ad generationem, & corruptionem; dicens, quòd si aliquid importans generationem, vel corruptionem assignetur genus alterius, considerandum est, si descendentia ab illo sunt genera illorum, quę descendunt a subiecto; & si sic, bona est assignatio: si non, mala est assignatio: vt si operari assignetur genus respectu huius, quod est ædificari: vidēdum est si operatū esse sit genus ad ædificatū esse. Consequenter ponit considerationes, inspiciendo ad priuatiue opposita. Prima, si priuatio opposita speciei sit in eodem genere cum specie, mala

A la est aſsignatio. Alia, ſi aliquid habens oppoſitum priuatiue ponatur genus alicuius ſpeciei habentis oppoſitum priuatiue, conſiderandum eſt, ſi oppoſitum ſpeciei ſit in oppoſito generis: ſi non, deſtruendum eſt problema: vt ſi cæcitas ſit inſenſibilitas ſenſus viſus, tunc viſus eſt ſenſus: quia ſicut oppoſitum in oppoſito, & propoſitum in propoſito.

Conſequenter ponit conſiderationem, inſpiciendo ad contradictoria: ſi oppoſitum contradictorium alicuius ſpeciei aſsignetur ſpecies alicuius generis, cuius non ſit genus ad oppoſitum contradictorium generis, non valet aſsignatio: vt ſi ſuaue aſsignetur genus huius, quod eſt bonum, tunc oportet videre ſi non bonum B ſit genus ad non ſuaue: & ſi ſic, bona eſt aſsignatio: ſi non, mala eſt aſsignatio.

Conſequenter ponit ſeptem conſiderationes, inſpiciendo ad relatiue oppoſita. Prima eſt, ſi ſpecies alicuius generis dicatur ad aliquid, etiam genus debet dici ad aliquid: & ſi non, mala eſt aſsignatio. Secunda, ſi ſpecies dicatur relatiue, & non id, ad quod dicitur genus, mala eſt aſsignatio. Tertia, ſi ſpecies referatur ad aliquid, tunc omnia genera illius ſpeciei debent dici ad aliquid. Quarta, ſi genus, & ſpecies referantur ad idem, debent referri ad idem in eodem caſu. Quinta, ſi relatiuum, & correlatiuum dicantur ad conuertentiam ſecundum ſimiles caſus, bona eſt aſsignatio. Sexta, ſi relatiuum poſitum genus ad ſuum C correlatiuum, non dicatur ad conuertentiam, mala eſt aſsignatio. Septima, ſi oppoſitum ſpeciei ſit in oppoſito generis, bona eſt aſsignatio: & ſi non, mala eſt aſsignatio: vt ſi ſenſus ſit ſcientia, ſenſibile erit ſcibile: licet quædam ſenſibilia non ſint ſcibilia.

RVRSVM ſi habitum in actum, poſuit autem actum in habitum, vt ſenſum motum per corpus.

ISTE eſt ſecundus tractatus huius libri, qui diuiditur in duo capitula. In primo, ponit aliquas conſiderationes inſpiciendo ad actum, & habitum. Prima ſi habitus ponatur ſpecies actus, vel econtra, mala eſt aſsignatio: vt ſi quis ponat ſenſum eſſe ſpeciem motus, cum ſenſus ſit habitus, motus vero actus, mala eſt aſsignatio. Secunda, ſi habitus ponatur ſpecies potentiæ, mala eſt aſsignatio. Tertia, ſi ſpecies participet genus ſecundum quid, mala eſt aſsignatio. Quarta, ſi genus aſsignatum ſit pars integralis illius, cuius aſsignatur, mala eſt aſsignatio, vt corpus, ſecundum quod eſt pars materialis, non eſt genus animalis. Conſequenter ponit adhuc aliquas conſiderationes de genere. Prima, ſi aliquid vituperabilium, vel fugiendorum ponatur ſub poſſe, tanquàm ſub gene-

Cõſiderationes circa actũ & habitum. D

E genere mali est aſsignatio: vt ſiquis dicat, poſſe furari eſſe genus ad latrocinandum, mala eſt aſsignatio: quia Deus, & ſtudioſus poſſunt praua agere: & tamen non ſunt praui, neq; mali: & debet intelligi de illis Dijs, quos antiqui colebant. Secunda, ſiquis ponat poſſe eſſe genus alicuius, quod eſt propter ſe eligendum, mala eſt aſsignatio: quia poteſtas eligenda eſt propter aliquod, ſcilicet propter actum. Tertia, ſi aliquid ſit in pluribus generibus, & ponatur in vno ſolo, mala eſt aſsignatio.

RVRSVS, ſi quod omnia ſequatur genus, vel differentiam dixit: plura enim ſunt, quæ omnia ſequuntur.

F

Aliæ conſideratio- nes de genere magis com.

ISTVD eſt ſecundum capitulum, in quo Philoſophus ponit aliquas conſiderationes de genere magis communes. Prima, ſi aliquid quod ſequitur ad omnia aſsignetur eſſe genus, mala eſt aſsignatio: vt ens non eſt genus entium: quia omnia eſſent eiuſdem generis. Secunda, ſi genus aſsignatum ſit in ſpecie, vt accidens in ſubiecto, mala eſt aſsignatio. Tertia, ſi aſsignatum pro genere non ſit vniuocum, mala eſt aſsignatio. Quarta, ſi genus, & ſpecies habeant contraria, quorum vnum ſe habet, vt melius, & alterum, vt peius: ſi contrarium melioris ponatur in loco peioris, mala eſt aſsignatio. Quinta, ſi ſpecies ſimiliter ſe habeat ad duo genera: quorum vnum ſe habet, vt peius, & aliud, vt melius: ſi ipſa ponatur ſub peiori, mala eſt aſsignatio. Sexta, ſi genus ſuſcipiat magis, & minus: ſpecies vero non, mala eſt aſsignatio. G

AMPLIVS ad conſtruendum perſpiciendum, ſi de quibus aſsignatum eſt genus in eo, quod quid eſt

ISTE eſt vltimus tractatus huius libri, in quo ponit conſiderationes conſtructiuas ad terminandum problemata generis. Quarum prima eſt, ſi aliquid aſsignetur pro genere alicuius videndum eſt: ſi prædicetur in quid de illo, & etiam ſi prædicetur de pluribus differentibus ſpecie: & ſi ſic, difficile eſt ſaluare quin illud ſit genus. Secunda conſideratio, ſi nomen principale aſsignetur eſſe genus alicuius, videndum eſt ſi caſus ab eo deſcendens ſit genus ad caſum alterius: & ſi ſic, bona eſt aſsignatio: vt ſi ſcientia dicatur genus muſicę, videndum eſt ſi ſciens dicatur, genus muſici. Et ſubdit vnum documentum, quòd ſi aliquid ſemper ſequatur ad aliud, & non conuertibiliter: licet difficile ſit oſtendere, quòd non ſit genus: non tamen oportet, quòd ipſum ſit genus: quia non ens ſequitur ad omne, quòd fit: vt bene ſequitur, domus fit: ergo domus non eſt, vel domus eſt non ens: & tamen non ens non eſt genus reſpectu illius: & hoc habet verum in permanentibus, & non ſucceſsiuis: quia illud, quòd fit in ſucceſsiuis, quando fit, eſt ens.

Cōſiderationes cōſtructiuæ ad terminãda problemata generis.

H

A *An sufficienter assignatæ sint terminationes problematum generis.*

QVÆRITVR, vtrum considerationes positæ ad terminandum problemata generis sint sufficienter assignatæ. Arguitur primo, quòd non: quia aliquod est genus, quod non prędicatur in quid de suis speciebus: igitur. Antecedens patet, quia coloratum est genus: & tamen non prædicatur in quid de pluribus, sed in quale. Secundo sic: Aliquando genus est ad aliquid, & non species: vt scientia dicitur ad scibile, & non grammatica, & logica, quæ sunt eius species: ergo non oportet quòd genus, & species sint in eodem genere. Tertio sic: Species aliquando est ad aliquid, B & non genus: vt scientia quę est species habitus est ad aliquid: & tamen habitus qui est de genere qualitatis non dicitur ad aliquid. Quarto sic: Non est necesse genus prædicari de pluribus, quàm species: igitur. Antecedens probatur: quia tam genus quàm species sunt species eiusdem generis, scilicet vniuersalis. Quinto sic: Differentia participat genus; cum suscipiat rationem generis: vt patet dicendo rationale est substãtia animata sensibilis: ergo male dicitur, quòd differentia non debet participare genus. In oppositum arguitur per Philosophum in textu. In quæstione erunt tres arti. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis, & eorum, quæ dicta sunt in textu C soluendæ sunt aliquæ difficultates. Prima, an genus, & species vniuersaliter sint in eodem prædicamento. Ad quam breuiter respondetur, quòd sic: quia omne genus prædicatur in quid de omnibus suis speciebus: sed quod est in vno prędicamẽto nõ prædicatur in quid de eo, quod est in alio pdicamẽto: igitur. Ex quo sequitur, quòd non est possibile aliquam speciem esse ad aliquid, quin suum genus sit ad aliquid, nec econtra. Aduerte tamẽ; quòd nihil prohibet vnum terminum secundum vnam significationem esse ad aliquid, & non secundum aliam: & hoc vult habere Aristo. quòd aliqua dicuntur ad aliquid secundum genus, vt scientia: non tamen, vt species: vt grammatica, & logica sunt species scientiæ: & tamen non sunt ad aliquid: vbi D scientia est ad aliquid secundum vnam significationem quam habet: non tamẽ secundum illam, secundum quam dicitur genus ad illa. Secunda difficultas, an genus prædicetur de pluribus quàm species. Et videtur, quòd non: quia genus non prædicatur de pluribus: quia hoc esset in vna propositione, vel in pluribus: non in vna: quia solum prędicatur de vno subiecto: nec in pluribus, cum idem non posit poni in pluribus propositionibus. Respondetur, quòd in pluribus: & licet secundum se non ponatur in pluribus, tamen bene secundum suum synonimum.

An genus & species sint in pdicamento.

An genus prædicetur de pluribus quàm species.

SECVNDO sciẽdum, quòd alia difficultas est talis: an diffe-

An differentia participet genus. E rentia participet genus. Pro cuius solutione supponitur, quòd participare capitur tripliciter. Vnomodo, vt idem est, quòd partem capere: & sic non capitur hic. Aliomodo, vt idem est, quòd prædicationem alterius suspicere, siue denominatiue, siue non; & isto modo differentia participat genus: quia ista est vera, rationale est animal. Aliomodo, vt idem est, quòd prædicationem in quid, seu per se alterius suscipere. Et sic dico, quòd differentia non participat genus: quia ista non est per se, nec in quid, rationale est animal, vt superius visum est.

An habitus, et priuatio sint in eodem prædicamento. Alia difficultas, an habitus, & priuatio sint in eodem genere, seu prædicamẽto. Ad quam respondetur breuiter, quòd habitus, & priuatio sunt in eodem prædicamento reductiue: F vt in illo prædicamento, in quo est visus per se, in illo reductiue est cæcitas. Et aduerte, quòd in terminis priuatiuis, & negatiuis potest inueniri genus, & species suo modo, sicut in terminis positiuis.

An medium inter cõtraria sit in eodem genere cum extremis. TERTIO sciendum, quòd alia difficultas est talis: an omne medium inter contraria sit in eodem genere cum extremis. Arguitur, quòd non, quia ęgestas, & superabundantia sunt de genere mali, & medium de genere boni. Secundo sic, lapis est medium inter sanum, & ęgrum: & tamen non est in eodem genere cum extremis. In oppositum est Philosophus in textu. Pro responsione est aduertendum, quòd non oportet, quòd medium sit in eodem genere moris cum extremis: licet G bene in eodem genere prædicamentali: & hoc intelligendo de medio conuenientiæ per participationem accessus, & recessus, & non de medio per abnegationem: non enim oportet, quòd lapis qui est medium per abnegationem sani, & ęgri sit in eodem prędicamẽto sicut sanum, & ægrum.

An ens dicatur vniuoce. QVARTO sciẽdum, quòd adhuc sunt duæ paruæ difficultates, Prima, an ens dicatur de omnibus secundum vnam, & eandem rationem. Ad quam breuiter respondetur, quòd ens non habet rationem, idest diffinitionem, licet bene habeat conceptum quidditatiuum, qui non est aliud quàm ipsummet ens cognitum, vel cognoscibile. Ex quo sequitur, quòd quando dicitur, quòd ens habet conceptum, illa debet capi loco illius, H ens est conceptus quidditatiuus prædicans in quid de omnibus non habentibus cõceptum simpliciter simplicem, cuiusmodi sunt differentiæ, & pasiones.

Gen⁹ an dicat totam essentiam speciei. Secunda difficultas: vtrum genus dicat totam essentiam speciei. Ad quam respondent aliqui quòd sic: tamen sub alio modo: nam genus dicit totam essentiã speciei sub modo distinguibili, & species sub modo iam determinato. Sed ista opinio est falsa: nam si genus diceret totam essentiam speciei, frustra in eius diffinitione poneretur differentia, quæ tamen secundum Arist. ponitur. Ideo dicitur, quòd genus non dicit totam essentiam speciei, sed solum vnam partem: nam species componitur ex genere,

A nere, & differentia tanquàm ex duabus realitatibus: quarũ vna est potentialis: alia actualis, puta differētia. Et hæc de primo art. Quantum ad secundum.

Art. 2. *Spẽs quo participet genus, & an una, & eadem possit esse in diuersis generibus.*

DVBITATVR primo, vtrum species participet genus secundum quid: & vtrum eadem species possit esse in diuersis generibus. Pro solutione primæ partis supponitur, quòd differentia est inter participare genus in quid, & secundum quid: quia illud participat genus in quid, de quo genus in quid prædicatur. sed illud dicitur participare genus secũdum quid, cui genus conuenit secundum partem. Ex quo dicitur, quòd species bene participat genus in quid: quia genus de ea quidditatiue prædicatur: sed non participat secundum quid: quia genus non conuenit speciei secundum partem: B non enim animal conuenit homini secundum partem aliquã: sed homo dicitur animal secundum totam rationem animalis. Ad secundam partem dicitur, quòd eadem species non potest poni in diuersis generibus: licet sit possibile idem nomen importare res diuersorum generum, cuiusmodi est corpus. Vnde terminorũ significantium res prędicamentales, quidam significãt æquiuoce, & quidam vniuoce: & quidã de suo significato principali vnum, & aliud de significato materiali: cuiusmodi sunt concreta accidentium: vt cenare importat comedere: qui quidem actus forte non est, nisi quidam motus, & tunc significat tẽpus: puta tempus serotinum: ratione cuius esset in prædicamento quantitatis: & etiam importaret respectum rei temporalis ad tempus: & sic est in prædicamẽto quando, & similiter dicatur de multis aliis terminis. C

An ens sit genus ad omnia entia.

DVBITATVR secũdo, vtrũ ens sit genus ad omnia entia? Et videtur, quòd sic: quia secundum Philosophum habetur, ꝙ si aliquid prædicetur de pluribus, difficile est saluare quin illud non sit genus: sed ens est huiusmodi: igitur. Item ens prędicatur de alijs secundum modum alicuius prædicati, & non nisi generis: igitur. Pro solutione dicitur primo, quòd ens nullo modo est genus: nam non est quid limitatum, neq; diuiditur per differentias formales: quod tamen requiritur ad hoc, quòd aliquid sit genus. Ideo respōdetur ad rationes. Ad primam, dicitur, quòd licet sit difficile saluare quin ens sit genus, tamen D non est impossibile. Ad aliam dicitur, quòd non prædicatur secundum modum alicuius prædicati: cum non sit prædicatum, neq; prædicabile, nisi forte capiendo prædicatum, & prædicabile large, vt alias visum est.

An sortem contingit non currere ergo sortem contingit currere.

DVBITATVR tertio, vtrũ ista consequentia valeat sortem contingit non currere: ergo sortem contingit currere. Et videtur, quòd non: cum ibi arguatur a propositione habente plures causas veritatis ad propositionem habentem tantum vnam causam veritatis. Pro cuius solutione supponitur, quòd vt in proposito sufficit: illud est causa veritatis, quod infert aliud, seu ad quod sequit ita esse sicut per aliud significatur sententia tota-

li in bona consequentia. Ex quo ponuntur aliquę propositiones. Prima, propositiones habentes easdem causas veritatis mutuo se inferunt. Secunda propositio, omnes ꝓpositiones mutuo se inferentes habēt easdem causas veritatis. Ex quo sequit, ꝙ copulatiua negatiua, & disiūctiua affirmatiua, de partibus contradicentibus illius copulatiue ante aduentum negationis habent easdem causas veritatis. Sequitur secundo, quòd propositio affirmatiua de prædicato infinito, & negatiua de prædicato finito habent easdem causas veritatis. Sequitur tertio, quòd propositio affirmatiua, & negatiua de contingenti specialiter capto, vbi modus vniformiter se habet, habent easdem causas veritatis. Tertia propositio, non ab omni propositione habente pauciores causas veritatis ad ꝓpositionem habentem plures, valet consequentia: quia ista, omnis asinus currit, habet pauciores causas, quàm ista, nullus homo currit: & tamen non valet consequentia. Quarta propositio, a propositione habente pauciores causas veritatis ad propositionem habentem plures: dummodo illæ pauciores sint partes illarum plurium, bene valet consequentia. Ex quo sequitur, quòd ab omni propositione supponente determinate ad propositionem de termino supponente confuse tantum, valet consequentia cęteris paribus. Quinta propositio, a propositione habente plures causas veritatis ad propositionem habentem pauciores, non valet consequentia formaliter. Ex quo sequitur, quòd a propositione de termino supponente confuse tantum ad propositionem de termino supponente determinate, non valet consequentia. Sexta propositio, negatiua habet tres causas veritatis. Prima, quòd subiectum pro nullo supponat. Secunda, quòd prædicatum pro nullo supponat. Tertia, quòd prædicatum, & subiectum pro eodem non supponant. Et hęc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit,

Sco. li. 1. Art. 1.

CONCLVSIO responsalis: Considerationes in textu positæ, sunt sufficienter assignatæ: vt patet in articulis, in quibus etiam soluuntur rationes ante oppositum.

Art. 3.

SOPHISTICARVM REDARGVTIONVM.

Siue (vt vocitant) Elenchorum Aristotelis.

LIBER PRIMVS.

De sophisticis autem elenchis & de his, quæ videntur elenchi: sunt autem paralogismi, sed non elenchi dicemus incipientes secundum naturam à primis. Quoniam ergo alij quidem sunt syllogismi; alij autem cum non sint, videntur; manifestum est.

Iste est liber Elenchorum Ari. in quo determinat de syllogismo sophistico. Et diuiditur in duos libros. Primus diuiditur in duas partes, scilicet prohemialem & executiuam. Et primo dicit, quod dicendum est de sophisticis elenchis: & de his qui videntur sophistici elenchi, ponens talem conclusionem. Syllogismorum quidam sunt veri: alij apparent veri, sed non sunt: quàm conclusioné probat quatuor rationibus. Prima: sicut est in rebus, ita est in orationibus syllogisticis: sed aliquæ res sunt tales quales apparét: & aliquæ non sunt tales quales apparent: ergo etiá sic est in syllogismis. Minorem probat primo in animatis tam ex parte animæ, quam ex parte corporis: ex parte animæ: quia quidam videntur habere habitum & etiam habent: alij vero videntur habere habitum & non habent. Ex parte corporis: quia quidam videntur esse pulchri & de facto sunt pulchri: alij videntur esse pulchri & non sunt pulchri. Secundo probat in inanimatis: quia quædam apparent argentea & etiam sunt: quædam apparent esse argentea & non sunt. Secunda ratio, sicut longè distantes a rebus iudicant de illis; sic imperiti in arte syllogizandi iudicant de syllogismis. sed longè distantes a rebus aliter iudicát quàm sit: ergo etiam imperiti in arte syllogizandi male iudicant de syllogismis. Tertia ratio: quandocunq; credimus sic esse in rebus sicut in nominibus, decipimur per syllogismum sophisticum: sed aliquando credimus sic esse in rebus sicut in nominibus: ergo aliquando decipimur per syllogismum sophisticum: ergo est aliquis syllogismus sophisticus. Minorem probat: quia ex quo non possumus portare res nobiscum, ideo in disputatione vtimur nominibus pro

Syllogismorum genera. D

E pro rebus: & quia nomina sunt finita, res autem infinitæ: ideo necesse est idem nomen plura si gnificare. Et subdit quod sicut igno rantes arté numerandi decipiũtur à scientibus: ita illi qui virtutes nominum ignorant de facili paralogizãtur. Quarta ratio: quia aliqui in disputando faciunt apparentes elenchos: ergo aliqui sunt apparentes elenchi. Antecedens probat: quia aliqui sunt qui magis volunt videri sapientes, & non esse; quàm esse & non videri: est.n. sophistica sciẽtia apparens & nõ existens. Sed sophista est vir copiosus à sapiẽtia apparente & non existente, Et subdit, quòd duo sunt opera sapientis. Primum, est non mentiri de notis: & illud pertinet ad respondentem. Secundum, est mentientem posse manifestari: & illud pertinet ad opponẽtem. Ex quo infert quòd illi qui volunt sophisticè arguere, necesse est quòd quærant sophisticas disputationes: quia per illas facilius consequuntur finem illorum, qui est vanagloria.

Scia sophistica quid.

Opera sapientis.

F

Consequenter determinat de generibus disputationis, dicens: quòd quatuor sunt genera disputationis, scilicet doctrinalis, dialectica, tentatiua, & litigiosa. Vnde disputatio doctrinalis, est quæ syllogizat ex proprijs principijs alicuius scientiæ: & non ex his quæ videntur respondenti: oportet enim eum credere qui discit. Dialectica est, quæ est collectiua contradictionum. Tentatiua, est quę syllogizat ex his quę viden[tu]r respondenti: & necesse est [ea]m scire qui se simulat habe[re] scientiam. Litigiosa est quæ syllogizat ex his quæ videntur esse probabilia & non sunt. Finaliter determinat de fine disputationis, qui dicitur metha: dicens quòd quinq; sunt methę, s. redargutio, falsum, inopinabile, solæcismus, & nugatio: per primum opponens sophista vult videri redarguere respondentem: per secundum vult sibi ostendere fallum: per tertium vult quod dicat aliquid contra propriam opinionem, vel opinionem sapientum: per quartum vult ipsum barbarizare: per quintum vult ipsum idem frequenter dicere.

Genera disputationis.

MODI autem arguendi sunt duo: nam alij quidem sunt secundum dictionẽ: alij vero extra dictionem.

H

Modi arguẽdi sophistica.

ISTA EST pars executiua huius libri, quæ diuiditur in quatuor tractat⁹. Primus in quatuor capitula. In primo determinat de sex fallaciis in dictione. Et diuiditur in octo particulas. In prima enumerat modos arguendi sophisticè: dicens quod duo sunt modi arguendi sophisticè, scilicet in dictione & extra dictionem. In dictione sunt sex, scilicet æquiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio accentus, & figura dictionis. Quod probat dupliciter. Primo inductiuè: quia æquiuocatio est fallacia in dictione, amphibologia, & sic de alijs: & non sunt plures: ergo tantum sunt sex fallaciæ in dictione. Secundo probat syllogismo: qa omnis deceptio facta ex eo, quod ex eisdem nominibus, vel orationibus non idem significatur, est fallacia in dictione: sed æquiuo-

A quiuocatio amphibologia, & sic de alijs sunt huiusmodi: igitur sex sunt fallaciæ in dictione. In secunda parte determinat de æquiuocatione, & amphibologia simul dicens ꝙ tres sunt modi ipsarum. Primus: quando nomen, vel oratio plura principaliter significat. Secundus: quando nomen, vel oratio significat aliquid transumptiuè. Tertius: quando compositum plura significat hoc est quādo dictio, vel oratio per se sumpta vnum significat: iuncta vero cum alia plura significat. In tertia parte ponit exempla de æquiuocatione, & primo de primo modo: & ponit duo exempla. Primum scientes discunt. Discere enim est æquiuocum ad dare disciplinam & recipere disciplinam. Secundū exemplum: vt quæ expediunt sunt bona: mala expediunt: ergo mala sunt bona. De secundo non ponit exempla: quia transumptiones apud diuersos sunt diuersæ. De tertio ponit duo exempla. Primum sedens surgebat: Secundum laborans sanabatur: secundum quem sic paralogizatur: quicunq; surgebat stat: sedens surgebat: ergo sedens stat: quicunq; sanabatur sanus est: laborans sanabatur: ergo laborans sanus est. In quarta parte ponit exempla amphibologiæ: de primo ponit vnum exemplum: vellem me accipere pugnantes: & sic paralogizatur: quoscunque vellem me accipere; vellem, quòd acciperent me: sed pugnantes vellem me accipere: ergo vellem quòd acciperent me. De secundo non exemplificat: quia transumptiones apud diuersos sunt diuersæ. De tertio ponit duo exempla. Primum: quod quis scit hoc scit: secundum quem sic paralogizatur: quicquid scit aliquid hoc scit: seculum scit: ergo seculum hoc scit. Secundum exemplum: quicquid videt hoc videt. In quinta parte determinat de fallacia compositionis ponens duo exempla de primo modo. Primum est, possibile est sedentem ambulare. Secundum est, possibile est non scribentem scribere: quæ debent distingui secundum compositionem, vel diuisionem. In sexta parte determinat de fallacia diuisionis ponendo duo exempla de primo modo. Primum: quæcunq; sunt duo & tria sunt paria & imparia: sed quinque sunt duo & tria: ergo quinq; sunt paria & imparia. Secūdum exemplum: omne quod est tantūdem alicui & amplius, est maius & æquale, sed aliquid est alicui tantundem & amplius, ergo aliquid est alicui maius & æquale. De secundo ponit duo exempla Primū: posui te seruum entem liberum: secundum quem sic paralogizatur: quemcunque posui entem seruum librum factus est libero seruus: sed te posui seruum entem liberum: ergo de te libero feci seruum. Secundum exemplum: quadraginta virorum centum reliquit diuus Achilles in bello. In sexta parte determinat de fallacia accentus ponendo duo exempla: & dicitur primo quòd fallacia accentus minus decipit in scripto quam in prolatione: & huius sunt duo modi. Primus prouenit ex eo quòd aliqua dictio potest regi diuersis ac-

Margin notes: *Aequiuocatio.* *Amphibologia.* *Fallacia compositionis.* *Fallacia figuræ diuisionis.* *Fallacia Accētus.*

B fis: accentibus vt *Metno longauas pereunte noctes lidia dormis:* vt habetur ab Horatio. Aliud exemplum a Vergilio.

Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi.

Secūdus modus prouenit ex eo ꝙ aliquid potest esse dictio, vel oratio; vt tu es quis es, sed quies est requies: ergo tu es requies. Similiter quicquid deus fecit inuitè fecit coactè: sed de⁹ fecit racemos in vite: ergo de⁹ fecit racemos in vitè coactè. In octaua parte determinat de fallacia figuræ dictionis: & ponit duos modos. Primus: quando masculinum interpretatur fœmininum vel neutrum vel econtra. Secundus est quando quale interpretatur quantum, vel econtra.

I

EORVM vero qui extra dictionem sunt: paralogismorum species sunt septem.

ISTVD est secundum capitulum, in quo philosophus determinat de fallaciis extra dictionem: & diuiditur in septem partes. In prima determinat de fallatia accidentis: dicens ꝙ fallatia accidentis fit ex eo ꝙ indifferēter tributum attribuitur rei subiectę & accidenti: & dat exēplum: vt choruscus est alter a Socrate & Socrates est homo; ergo choruscus est alter ab homine. In secunda parte determinat de fallaciā secundū quid ad simpliciter: dicens ꝙ fallacia secundum quid ad simpliciter fit ex eo ꝙ non procedit bene a dicto secundum quid ad dictum simpliciter: Nam quādocunq; arguitur à dicto secundum quid ad dictū simpliciter & econtra fit illa fallacia. Et ponit duo exempla. Primum: chimera est opinabilis: ergo chimera est. Secundum: asinus non est homo: ergo asinus non est aliquid. Dat etiam exemplum secundum partem integralē: vt æthiops est albus secundū dentes: ergo est albus. Et subdit ꝙ quando ambo contraria insunt secundum quid: & ex illis infertur quòd insunt simpliciter: tūc committitur illa fallacia. Sed quando duo contraria æqualiter insunt vni, sicut scuto pro media parte albo & alia parte nigro: tunc difficile est cognoscere fallaciam. In tertia parte determinat de fallacia ignorantiæ elenchi: dicens ꝙ habet fieri secundū ommissionem alicuius particulæ diffinitionis elēchi, in qua dicitur Elenchus est contradictio vnius & eiusdem: nō nominis tantum nec rei tantum, sed nominis & rei simul: non synonymi, sed ex his quæ data sunt de necessitate accidere: non connumerato quod erat in principio, ad idem secūdum idem similiter & in eodem tempore: quæ diffinitio sic intelligitur: Elenchus est syllogismus probatiuus & contradictiuus positioni respondentis. Vnde mittēs aliquam istarum particularum paraalogizat secūdum illam fallaciam, & dat duo exempla. Primum: duo sunt duplum vnius & non sunt duplum trium: ergo sunt duplum & non duplum. Secundum exemplum: hoc est duplum secundum longitudinē & non est duplum secundum latitudinem: ergo est duplum & non duplum. In quarta parte deter-

Fallacia extra dictionem.

G

Fallacia ignorātia elenchi.

H

E determinat de fallacia petitionis principij: dicens ꝙ habet fieri tot modis quot modis contingit petere principium; de quo visum est satis in summulis.

Fallacia petitionis principij.

In quinta parte determinat de fallacia consequentis: dicens ꝙ fallacia consequẽtis fit quando credimus consequentiam cõuerti quę non conuertit:vt qñ credimus ꝙ sicut ex añte sequit cõsequens: ita ex cõsequente sequit añs:& dat tria exempla. Primũ: si mel est, rubeum est: ergo si rubeum est, mel est; etiã si pluit terra est madida: ergo si terra est madida pluit. Secundo dat excẽplũ in rhetoricis: vt ille est corruptus: ergo est adulter, vel ille est errabundus de nocte. ergo est fur. Tertio dat exemplum Mellis si in speculatiuis: vt quod F factum est habet principium: ergo quod non factum est non habet principium. In sexta parte determinat de fallacia non secundum causam, vt causam: dicens ꝙ talis fallacia fit qñ illud quod non est causa accipitur tãquam causa ad inferendũ cõclusionem, & a falsitate cõclusionis fit regressus ad eam tãquam ad præmissam causam, & dat exemplum: omne contrarium corruptioni est generatio, sed vita est contraria corruptioni, & vita & anima sunt idem: ergo vita est generatio: consequens est falsum: ergo & aliquę præmissarũ, & non nisi ista, vita & aia sunt idem: igr. Et de ista satis visum est in secũdo Priorũ: quo solum fit in syllogismo ad impossibile.

Consequẽ tis.

In septima & vltima parte determinat de fallacia sm plures interrogationes vt vnã, dicens ꝙ hæc fallacia fit ex eo quòd plures interrogationes reputantur G vna: & de his datur vna responsio: vt sunt ne illa bona aut nõ bona; demonstrato vno bono & vno malo. Consequenter ostendit quomodo hęc fallacia committitur ex eo quòd aliquis credit terminum numeri pluralis similiter diffiniri sicut terminus numeri singularis, vt sicut cæcus est non videns aptus natus tamen videre, & credat quòd cęca sunt non videntia apta nata videre: tunc si quæratur, Vtrum ista sint cæca, aut videntia demonstrato vno cæco, & alio vidente, & si dicatur ꝙ sunt cæca, vel quòd sunt videntia: tunc cõmittitur talis fallacia.

Fallacia secũdum plures interrogationes.

An de elencho sophistico sit scientia.

M

QVAERITVR Vtrum de elencho sophistico sit scientia specialis tanquam de subiecto attributionis huius scientiæ.

Arguitur primo quòd non; quia si de syllogismo sophistico esset scientia, ipsa esset sophistica, sed scientia sophistica non est scientia, cum dicat philosophus in textu, quòd scientia sophistica est tantum scientia apparens. Secundo sic. De subiecto scientiæ debet præsupponi quid est & quia est, sed de syllogismo sophistico non præsupponit quid est, & quia est: cũ philosophus probet in textu ipsum esse. *1. Post. tex. c. 2.*

Tertio sic: de non ente non potest esse scientia: sed syllogismus sophisticus est non ens: vt patet per philosophum in textu dicentem; ꝙ syllogismus sophisticus est apparens & non existẽs. *1. Post. tex. c. 10.*

Quarto sic: Syllogismus sophisticus

E sticus est apparens & non existens. Quarto sic: Syllogismus sophisticus non est nisi priuatio syllogismi dialectici: ergo non videtur de ipso esse sciētia distincta a scientia syllogismi dialectici: cum dicat Ari. primo de anima: ꝙ habitus & priuationis eadem est scientia. Quinto sic: In omni sciētia sunt syllogismi sophistici: ergo scientia sophistica nō est scientia specialis distincta ab alijs. In oppositum est philosophus tradēs nobis scientiam de syllogismo sophistico. In quæstione erunt tres art. Quantum ad primum.

Arti. I. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo, ꝙ verus elenchus est syllogismus contradictorius positioni respōdētis: ita ꝙ supra syllogismum addit pro F bationem: & supra syllogismū dialecticum addit contradictionem positioni respondentis. Ex quo sequitur ꝙ Elēchus tria includit scilicet illationem inquātum est syllogismus: & probationem inquantum est dialecticus: & contradictionem inquantum est Elenchus: ita ꝙ contradictio est vltima differentia constitutiua eius; sed elenchus sophisticus seu syllogismus sophisticus ꝙ idem est: est apparens elenchus & non existēs ex hoc quia non syllogizat: vel quia non probat conclusionem contradicentem positioni respondentis. Ex quo sequitur, quòd duo requiruntur ad hoc quòd dicatur Elēchus sophistic⁹. Primum quòd appareat esse Elenchus. Secundum, quòd non sit sicut apparet: Per primum tangitur causa apparentiæ syllogismi sophistici seu elenchi. Per se G cundum tangitur effectus eius. Ex istis patet quòd triplex est Elēchus sophisticus scilicet peccans in forma tantum, & talis non est syllogismus: alius in materia tantum scilicet in probatione conclusionis contrariæ vel contradictorię positioni respondentis, & talis bene est syllogismus: alius peccans in materia & forma simul.

Ver⁹ elēchus qd, & quo. plex.

SECVNDO sciendum, ꝙ syllogismus sophisticus dupliciter accipitur. Vnomodo vt est quædam obliquitas seu defectus syllogismi dialectici. & isto modo se habet ad syllogismum dialecticum sicut priuatio ad habitum: & sic de ipso sic capto non est scientia distincta ab elencho: cum habitus & priuatio pertineant ad eandem scientiam. Aliomodo capitur H pro syllogismo apparenti generatiuo deceptionis: & hoc dupliciter. Vnomodo primò intentionaliter; & sic non est aliud quam syllogismus sophisticus, mentalis, vocalis vel, scriptus cuiusmodi est iste: omne sanum est animal. vrina est sana: ergo vrina est animal. Aliomodo capitur secundò intentionaliter: & sic nihil est aliud quàm quædam secunda intentio attributa per intellectum quo ad denominationem syllogismo sophistico mētali, vocali, vel scripto: cuius propria passio est generatiuum deceptionis: & sic de ipso est scientia tanquam de subiecto attributionis hui⁹ sciētiæ. Supponitur secundo ꝙ duplex est scientia sophistica scilicet vtēs & docens. Vtens est habitus conclusionis per vsum argu-

Syllog. sophisticus dupliciter.

Scīa sophistica duplex.

A argumentationis sophisticæ acquisitus vt essent habitus istius conclusionis: vrina est sana. facta per istum syllogismum: omne sanum est animal: vrina est sana: ergo vrina est animal: & sic non est vera scientia: sed sciētia solum apparens. Alia est docens quæ est habitus acquisitus per demonstrationē, docens formare argumentationes sophisticas, & eas debite soluere. Ex quo sequuntur duæ vtilitates scientiæ sophisticæ. Prima vtilitas: quia docet formare argumentationes sophisticas. Secunda: quia docet soluere argumentationes sophisticas.

An syllog. sophisticus sit subiectū in hoc li. TERTIO sciendum, quòd circa textum incidūt aliquæ difficultates. Prima: quomodo est possibile quòd sillogismus sophisticus possit esse subiectum
B huius scientiæ. cum Arist. quærat de ipso q̄d est, & ipsum probet. Ad hoc respondetur (vt aliàs visum est) quòd de subiecto scientiæ debet præsupponi quid est & quia est in processu demonstratiuo & scientifico, sed non in processu acquisitiuo & disciplinabili. *Sup. pag. 232. F* Secunda: quare Elenchus magis dicitur sillogismus contradictorius quàm aliquis alius: cum quilibet sillogismus concludat aliquam cōclusionem, quæ contradicit vel potest contradicere alicui positioni respondentis. Respondetur quòd sillogismus potest dici contradictorius quadrupliciter. Primo: quia infert conclusionem, quæ habet vel potest habere contradictoriā: & sic omnis sillogismus potest dici contradictorius. Secundo q̄a infert cōclusionem negatiuam, quæ magis denotat cōtradictionem quam affirmatiua: & sic
C omnis sillogismus cuius conclusio est negatiua, potest dici contradictorius. Tertio: quia infert conclusiones contradictorias: & sic nullus est sillogismus contradictorius. Quarto: quia infert conclusionem contradicentem vel saltē contrariantē pōni respōdētis: & isto mō Elenchus dicit̄ sillogismus cōtradictorius.

QVARTO sciendum quòd circa textum incidit talis difficultas: vtrum necesse sit vnū nomen plura significare? Et videtur q̄ non: quia nomen mere contingenter significat: q̄a mere ad placitum: igitur non est necesse ipsum plura significare. *An necesse sit vnū nomē significare plura.* Respondet̄ q̄ ibi capitur ly necesse pro conuenienti: ita q̄ sit sensus: conueniens est vnum nomen plura significare, si res supple excedant nomina. Vnde nomen dicitur significare suum significatū significatione, quæ nō est aliud quàm respectus rōnis vocis significatiuę ad rem significatam; ita q̄ tot sunt significationes in voce saltem denominatiuè, quot significata signāt: & ista significatio nō fit p̄ intellectū, sed per voluntatē imponētis vocē ad significādū. Ex quo sequit̄ q̄ nō oīs respectus rōnis seu secunda intentio fit per intellectum, sed q̄nq; per voluntatem. Secunda difficultas: vtrum nomen æquiuocū significet sua significat copulatiuè vel disiunctiuè. Pro cuius solutione supponitur primo, vt alias visum est q̄ nomen ęquiuocum, est nomen plura significans non importans aliquid ipsis cōmune, Vel sic: Terminus æquiuocus, est ter-
D

A est terminus significans sua significata mediantibus diuersis conceptibus non synonimis & totalibus. Vnde iste terminus canis, significet canem latrabilem & piscem marinũ mediantibus diuersis conceptibus. Et dicitur notanter non synonimis: quia aliter sequeretur ꝙ iste terminus homo, esset ęquiuoc⁹ ad fortem qui est Romę, & Platonem qui est Parisijs, cum significet mediantibus diuersis conceptibus. Dicitur notanter totalibus, ad differẽtiam orationum, quæ significat sua significata mediãtibus diuersis conceptibus partialibus constituentibus tamen vnum totalem conceptum.

Suverius pag. 55. q.n.57. e Supponitur vlterius ꝙ duplex est nomen æquiuocum scilicet a casu, & a cõsilio: de quibus alias

B satis visum est. Supponitur insuper ꝙ nomen æquiuocum significare sua significata copulatiuè potest intelligi dupliciter. Vnomodo ꝙ significet vnum & alterum, vel vnum vel alterum: & tunc bene significat copulatiuè vel disiunctiuè. Aliomodo ꝙ sub ordinetur copulationi vel disiunctioni plurium terminorum mentaliũ significãtiũ seorsum sua significata: & sic dico ꝙ non significat neq; copulatiuè neq; disiunctiuè: quia tunc nulla propositio in qua poneretur terminus ęquiuocus esset distinguenda: cum nulla talis esset propositio plures, cum esset quædam copulatiua vel disiunctiua. Et hæc de primo articulo. Quantum ad secundum.

Arti. 3. DVBITATVR primo. Vtrum iste terminus canis æquiualeat aggregato ex istis tribus terminis, animal latrabile, sydus

An hoc nomẽ, ca

cęleste, belua marina inconiunctè sumptis: sic ꝙ canis correspondeat tribus conceptibus in coniunctè sumptis. Respondetur breuiter ꝙ non: quia tunc se quęretur ꝙ iste terminus canis, non posset restringi per istam determinationem latrabile, ad standum pro latrabilibus: quod est falsum: quia tunc ista, canis latrabilis est substantia, non esset propositio: cuius tamen communiter oppositum dicitur. consequentia tamen probatur: quia aggregatum ex illis tribus terminis non potest restringi per talem determinationem: ergo nec ille terminus. Et si quis petat: quare ergo talis terminus dicitur æquiuocus, cũ non æquiualeat tali aggregato? Respondetur ꝙ ratio est, eo ꝙ sub ordinat diuisim & seorsum cuilibet conceptui. Ex quo sequitur ꝙ ista oratio, canis est substantia, potest esse oratio vna: puta si cõsideretur in ordine ad vnũ suorum conceptuum: & plures, si consideretur in ordine ad omnes suos conceptus. Sed restat parua difficultas quomodo ista oratio laborãs sanabatur, posset facere aliquem modum fallaciæ æquiuocationis? Respondetur quòd ex eo ꝙ aliqua dictio, vel aliquis terminus propter adiunctionem eius cum alia & alia dictione sumitur pro diuersis suis suppositis: quæ tamen sic sumpta, signficat vno conceptu: vt quicunq; sanabatur sanus est: laborans sanabatur: ergo laborans sanus est: ibi laborans in minore ampliatur pro laborantibus qui sunt & qui fuerunt: sed in conclusione stat solum pro laborantibus qui sunt: ideo secundum

C nu, æquaualeat aggregato ex tribus suis significatis.

D

Sot. li. 4. d. 9. q. 1.

A dum talem orationem fit tertius modus æquiuocationis; & hoc est quod dicit Albertus de Saxonia, quod talis tertius modus quandoq; fit eo quod arguitur a magis amplo ad minus amplum.

An sex sint fallaciæ in dictione, et septẽ extra dictionem.

DVBITATVR secundo. Vtrum sint tantum sex fallaciæ in dictione, & septem extra dictionem? Et videtur quod non; quia omnis fallacia est in dictione; igitur. Antecedens patet: quia omnis fallacia est Paralogismus: sed omnis Paralogismus est in dictione: igitur. Secundo sic: omnis fallacia est extra dictionem: igitur. Antecedens patet quia omnis fallacia est deceptio: omnis autem deceptio est in decepto & non in dictione: igitur. Item infinitis modis cõtingit arguere sophisticæ; igitur infinitæ sunt fallaciæ. Te- B net consequentia: quia fallacia non est aliud quàm argumentatio sophistica. In oppositum est philosophus in textu. Pro cuius solutione supponitur primo quòd fallacia capitur tripliciter. Vnomodo pro loco sophistico seu argumẽtatione vel oratione sophistica per quam aliquis decipitur: & sicut locus dialecticus diuiditur per locum maxima, & locum differentiam maxime, ita locus sophisticus. Vnde locus sophisticus differentia maxime non est nisi argumentatio sophistica vel habitudo illorum terminorum. Sed locus sophisticus maxima est propositio falsa confirmatiua, seu probatiua alicuius consequentiæ sophisticæ: cuiusmodi est ista, si nomen sit vnum significatum erit vnum. Secundo mõ capitur pro assensu quo C credimus quod aliquis processus sillogisticus valeat ad concludendum illud quod concludit, & tamẽ non valet: & sic fallacia est deceptio, seu assensus falsus cãtus in respondente. Tertio modo capitur pro idoneitate per quam quis est promptus ad decipiendum respondentem: & sic est in opponente: & sic communiter diffinitur quòd fallacia est idoneitas faciendi credere de non ente quòd sit ens, vel econtra. Supponitur secundo quod fallaciarũ duplex est causa scilicet causa apparentiæ & causa defectus. Vnde causa apparentiæ est principalis; & per ipsam sumitur distinctio fallaciarum, eo quòd sophista magis intendit apparere quàm esse. Supponitur tertio quòd fallaciæ in dictione nõ dicuntur in dictione, eo quòd fiant per dictiones: quia sic om- D nis fallacia essent in dictione: sed dicuntur in dictione: quia sumunt causam apparentiæ ex parte dictionis. Similiter fallaciæ extra dictionem non dicuntur extra dictionẽ, eo quod fiant sine terminis: sed quia sumunt causam apparentiæ est parte rei: vel quia possunt fieri sine dictionibus. Et est ex istis patet quid sit dicendum ad rationes.

An oratio æquiuoca sit distinguenda.

DVBITATVR tertio. Vtrum aliqua oratio sit distinguenda in qua ponitur terminus æquiuocus. Respondetur per aliquas propositiones. Prima: nulla propositio in qua ponitur terminus æquiuocus a consilio de rigore est distinguenda supple ratione illius termini æquiuoci: quia vel ille terminus æquiuocus ponitur per

E fe.i.fine determinatione distrahente: & tunc stat pro suo significato principaliori per illá regulam: Omne analogum per se positum stat pro famosiori suo significató: quæ regula sic debet intelligi: quando æquiuocum a consilio ponitur sine determinatione distrahente, tunc stat pro suo significato principaliori: & sic quando dr, homo currit:ibi homo,stat pro homine viuo:vel talis terminus ponitur cum dictione distrahente: vt dicendo,homo est pictus,vel homo pictus est: & tunc de rigore stat pro illo significato minus principali. Et notanter dicitur de rigore: quia secundum vsum communem logicorum sępe talis distinguitur. Secunda: omnis oratio, in qua ponit terminus æquiuocus à casu non restrictus,est distinguenda: vt ista F oĩs canis est substãtia. Vnde terminꝰ æquocus dr capi cũ restrictione,quando capitur respectu alicuius,quod solum sibi conuenit pro vno significatorum, vel duorũ,sic ꝙ non oĩum: vt canis est latrabilis: ibi capitur respectu dictionis sibi conuenientis ſm vnum significatũ tm: & tũc non est distinguendá virtute illius regulæ: talia sunt subiecta qualia permittuntur à suis prædicatis. Dñt tamen aliqui ꝙ adhuc talis est distinguenda:& ꝙ determinatio non potest terminum determinare, nisi sibi immediatè addatur: tũ ista est distinguenda, canis est coloratus: licet accipiatur respectu determinationis. Et ratio est: quia ly coloratum, conuenit sibi pro pluribus significatis: sed terminus æquiuocus dicitur poni sine restrictione, quando ponitur respectu alicuius, ꝙ conuenit sibi ꝓ omnibus suis significatis: vt canis est substantia. Et hæc de secundo artic. Quantum ad tertium sit.

Regula.

G CONCLVSIO responsalis: De syllogismo sophistico est scientia tãquam de scibili remoto. Ad rationes autẽ oppositum patet solutio in artic. *Arti. 3.*

ERGO sic dicendum est apparentes syllogismos & elẽchos, aut omnes reducendum est &c.

ISTVD est tertium capitulum, in quo philosophus docet reducere oẽs fallacias ad ignorantiã elenchi; ostendendo quõ deficiunt cõtra verum elenchũ. Et primo ponit talem conclusionem: omnes paralogismi fallaciarum peccant contra verum elenchum:quod probat syllogismo & inductione. Syllogismo sic:omnes syllogismi immodificati peccant contra verum elenchum: sed omnes paralogismi omnium fallaciarũ sunt immodificati: ergo omnes peccant cõtra verum elenchum. Inductione sic: primo de fallacijs in dictione: quia æquiuocatio, amphibologia, & figura dictionis hñt identitatẽ vocis, sed non significati: quæ requiritur ad verum elenchum:compositio,diuisio,& accentus non sunt eadem oratio aut idem nomen; quod requiritur ad verum elenchum. Secundo probat de fallacia accidentis, quæ peccat contra syllogismum: ergo contra elenchũ. Tenet cõsequentia, quia omnis elenchus est syllogismus. Añs ꝓbat

Fallaria quõ reducũtur ad elenchũ. H

A bat per exemplum: quia non sequitur: triāgulus hēt primo tres: triangulus est figura: ergo figura hēt primo tres; cū conclusio sit falsa, & pmisse veræ. Et subdit q̄ fm alii, fallaciā sciētes ab iudicijs redarguuntur. Tertio pbat de fallacia fm quid ad simpliciter: qa negatio fm quid alicuius non est negatio simpliciter: quod reqritur ad verum elēchum. Quarto probat de fallacia ignorantiæ elenchi: qa ipsa omittit aliq̄ particulā positā in diffinitione elenchi. Quinto probat de fallacia fm non cām vt cām: quia in omni elēcho oportet conclusionē de necessitate sequi ex pmissis: quod non sit in fallacia fm non cām vt causam. Sexto probat de fallacia petitionis principii: quia in elencho B non debet connumerari in conclusione quod erat connumeratū in pmissis. Septimo probat de fallacia consequentis: quia fallacia accidentis peccat contra elenchū: ergo & fallacia consequentis: tenet cōsequentia: quia fallacia cōsequentis est pars fallaciæ accidentis: quod debet sic intelligi q̄ ex quibuscunq; terminis pt fieri fallacia consequētis: & pōt fieri fallacia accñtis, sed non econtra; differūt tñ in hoc: quia ad fallaciā accñtis nō oportet facere plures consequētias: sed in fallacia consequentis vt plurimum fiunt plures consequentię. Octauo probat de fallacia fm plures interrogationes vt vnam: quia paralogismi hui⁹ fallacię non fiunt ex propōnib⁹: ergo peccant contra Elenchū, Ans patet: quia fiunt ex propōnibus plures, q̄ nō sunt propōnes. Et subdit philosophus, q̄ sicut idem est oratio & oratio vna: ita idē est diffinitio & diffinitio vnius rei: vt diffō hoīs, & vnius hoīs: & capit ibi vnū, transcēdenter. Et ex isto textu elicitur hæc auctoritas: eadē est propō & propō vna: & diffō & diffō vna: & p consequens propō plures nō debet dici propositio. C

FALLACIA autem fit in his quidem, qui sunt secundū æquiuocationem & orationē.

ISTVD est quartum capitulū, in quo philosophus oñdit cās apparentiæ oīum fallaciarū: & intendit talē conclusionē: in oī fallacia est cā deceptionis in intellectu nostro: quod probat inductiuè: quia in fallacia æquiuocationis & amphibologiæ accidit deceptio, eo q̄ nescimus distinguere inter dictionē multiplicem, vel orationē: Sed in fallacia cōpōnis & diuisionis: ex eo q̄ nescimus distinguere inter orationē cōpositam & diuisam. In fallacia vero accentus, ex eo q̄ nescimus distinguere inter dictionē accentu diuerso prolatā. In fallacia figuræ dictionis ex eo q̄ nescimus distinguere qd simile, & quid dissimile. Et subdit quòd scire distinguere inter similia & dissimilia est prope dicere verum, ex eo quòd ad cognitionem veritatis maximè facit cognitio similitudinis & dissimilitudinis. Et infert q̄ fallacia figuræ dictionis est fallacia in dictione: quod probat dupliciter. Primo: illa fallacia est in dictione, in qua fit magis deceptio cum aliquo disputando quàm cum seipso: sed talis est huiusmodi: igitur. Secūdo: D

Causa apparentiæ fallaciarum.

E quia talis fallacia figuræ dictionis causatur ex similitudine dictionis cum dictione : ergo est fallacia in dictione. Sed in fallacia accidentis accidit deceptio : quia nescimus an extrema iuncta cum medio debeant conuenire inter se, vel separari in conclusione: Sed in fallacia consequentis ex eo quòd nescimus distinguere inter antecedens, & consequens : ita quòd credimus quòd sicut antecedens infert cõsequens : ita econtra. Sed in fallacia ignorantiæ elenchi, & s̃m quid ad simpliciter, eo quòd nescimus distinguere inter dictum secundum quid & dictũ simpliciter : aut inter apparentem cõtradictionem, & veram contradictionem : Sed in fallacia petitionis principij & s̃m non causam vt causam, ex eo quòd nescimus
F distinguere quid notum & quid ignotum, & quæ præmissa aliquid facit ad illationem & quæ non : Sed in fallacia secundum plures interrogationes vt vnam decipimur ex eo quòd nescimus distinguere inter interrogationem plures & inter interrogationem vnam. Ex omnibus istis patet qũo causatur in nobis deceptio per istas fallacias.

QVONIAM autem habemus secundum quot fiunt apparentes syllogismi.

ISTE EST secundus tractatus, qui diuiditur in tria capitula. In primo ponit talem conclusionem ꝙ secundum eadem principia fiunt sillogismi sophistici peccãtes in materia & peccantes in forma. Pro cuius declaratione ponit quandam diui-

Syllog. sophistici diuisio.

G sionem sillogismi sophistici: dicens quòd aliqui sunt sillogismi sophistici peccantes in forma, & quidam peccãtes in materia, & quidam peccantes in materia & forma simul, & ostendit qui sunt peccantes in materia, dicẽs quòd illi peccant in materia; qui procedunt ex falsis, vel ex illis qui non probant cõclusionem; & tales sunt qui demonstrant ignorantiam respõdentis, quod est propriũ temptatiuæ. Ex quo remouet dubium : posset enim aliquis dicere quòd temptatiua est pars dialecticæ, sed dialectica procedit ex probabilibus: ergo & temptatiua. Ad hoc respõdet quòd temptatiua bene procedit ex probabilibus alicui: puta respondenti, non tamen simpliciter sicut dialectica. Exinde infert dñiam inter sillogismos sophisticos peccantes in materia, H & peccantes in forma : dicens quòd sillogismi peccantes in forma non ita monstrant ignorantiã respondentis sicut peccantes in materia: quia docti multotiẽs decipiuntur & magis in sophisticis peccantibus in forma quàm in materia. Consequenter ostendit suam principalem conclusionem. s. quòd sunt eadem principia sillogismorum peccantium in materia & forma : quia sunt ijdem loci sophistici qui faciunt deceptionem in sillogismo peccante in materia, & peccante in forma. Ex quo infert ꝙ eodem modo aliquis decipitur per seipsum disputando & cum alio disputando. Infert secũdo in quibus sophisticis apparet statim defectus : vt in fallacijs in dictione, in quibus faciliter potest videri defectus. Tertio infert

A fert quòd sillogiſmus ſophiſticus peccans in forma non dicitur ſillogiſmus licet bene ſophiſticus peccans in materia.

SECVNDVM autem quæ arguunt qui elenchis vtunt, non oportet temptare.

Ad quē, et quo ſpectat conſideratio de Elenchis.

ISTVD EST ſecũdum capitulũ in quo vult probare iſtã cõcluſionem, quòd ad nullam vnam artẽ pertinet cõſiderare omnes elenchos ſm rationes ſuas ſpeciales ſupple terminorũ: quod probat: quia ex terminis cuiuslibet ſcientiæ poſſumus facere Elenchos: ſed tales non pertinent ad aliquam vnã artem niſi omnes dicantur vna ars ſiue ſcientia. Minorem probat: quia infinita ſunt ex quibus conſtituuntur Elenchi om- B nium ſcientiarũ: ergo poſſunt eſſe infiniti Elẽchi: ſed de infinitis nõ habemus ſciẽtiam: igitur. Et ſubdit ꝙ ſi elẽchi ſint infiniti ẽt elenchi ſophiſtici erũt infiniti: & ꝑ conſequens nõ ꝑtinent ad vnã ſcientiã. Subdit conſequẽter quos elenchos debet conſiderare dialecticus q̃tum ad rationes proprias terminorũ & quos nõ: dicens ꝙ debet conſiderare elẽchos conſtitutos ex terminis logicalibus, & nõ ex terminis aliarum ſcientiarũ. Finaliter concludit quòd ad artem dialecticã pertinet cõſiderare omnes elenchos ſophiſticos: quia ad ipſam pertinet cõſiderare ſyllogiſmos dialecticos, contra quos peccãt elenchi ſophiſtici.

NON eſt autem differentia orationum quam dicunt quidam eſſe. has quidem ad nomen &c.

ISTVD eſt tertium capitu- C lũ, in quo philoſophus reprobat opiniones antiquorum diuidentium orationem in orationẽ diſputabilem ad nomen: & in orationem diſputabilem ad intellectum: & etiam quorundã dicentium ꝙ nulla oratio erat diſputabilis ad nomẽ: ſed ſi eſſet aliqua talis oratio multiplex tunc opponens debebat diſtinguere tale multiplex, vel reſpondens. Vnde illa oratio diſputatur ad nomen, quando opponens & reſpondens ferunt ſuos intellectus ad diuerſos ſenſus eiuſdem rationis: ita quòd vnus capit illam in vno ſenſu, & alius in alio: ſed illa diſputatur ad intellectum quando opponens & reſpondens ferunt ſuos intellectus ad eũdem ſenſum eiuſdem rationis. Deinde repro- D bat primam opinionem ponendo talem concluſionem: diuiſio orationis in orationẽ diſputabilem ad nomen & diſputabilem ad intellectum non eſt ſufficiens: quod probat tribus rationibus. Prima: quia eadem eſt oratio diſputabilis ad nomen & ad intellectum: igitur: talis diuiſio non eſt bona, cum non detur per oppoſita. Antecedens patet: quia opponens & reſpondens poſſunt credere illam orationem eſſe multiplicem & capere eam pro diuerſis ſenſibus. Secũda: omnis oratio eſt diſputabilis ad intellectum: & omnis oratio eſt diſputabilis ad nomẽ: igitur. Primam partem probat: quia poſsibile eſt quòd in qualibet oratione opponens & reſpõdẽs ferãt intellectus ſuos ad idẽ. Secundã partẽ ꝓbat: q̃a poſſibile eſt ꝙ in qualibet orõne

Antiquorũ error in diuidẽda oratione.

E opponens & respondens ferant intellectus suos ad diuersos sensus. Tertia: oratio non multiplex potest disputari ad nomen: quia potest capi a disputantibus vt multiplex: igitur. Cōsequēter reprobat secundam opinionem, & intendit talem cōclusionem: opponens arguendo contra respondentem: non tenetur distinguere multiplex: qđ probat tribus rationibus. Prima: nullus tenetur distinguere quod ignorat: sed possibile est ꝙ opponens ignorat multiplicitatē termini vel orationis: igitur. Secunda: opponens non tenetur docere respondentem: sed distinguendo multiplex ipsum doceret: igitur. Tertia: in non
F multiplicibus potest fieri disputatio ad nomen: ergo distinguendo multiplex non tollitur disputatio ad nomen. Finaliter ponit differentiam inter disputationem demonstratiuam, dialecticam & tentatiuam: dicens quòd in disputatione demonstratiua qui docet, non interrogat: sed in disputatione dialectica ille qui disputat, interrogat: sed in disputatione tentatiua quaeritur experimentum de scientia vel ignorantia respondentis.

An compositio, diuisio, accentus & figura dict. onu. sint fallacia.

QVAERITVR Vtrum cōpositio, diuisio, accentus, & figura dictionis sint fallaciae adinuicem, & ab alijs distinctae. Arguitur primo ꝙ non: quia cōpositio & diuisio non sunt fallaciae in dictione: igitur. Antecedens patet: quia fiunt in oratione: igi- G
tur non sunt fallaciae in dictione. Secundo sic: Fallacia compositionis & diuisionis habent eosdem modos & easdem causas apparentiae: igitur non sunt distinctae fallaciae. Tertio sic: Fallacia accentus fit in scripturis: igitur talis fallacia non est fallacia i dictiōne: igit. Quarto sic; Fallacia figurae dictionis nō est fallacia in dictione: igit. Añs patet: q1 oīs fallacia in dictione fit ex eo ꝙ eisdē noībus vel orōnib⁹ nō idē significam⁹: sed hoc nō fit in tali fallacia: igitur. Quinto sic: Oīs fallacia in dictione sumit causā apparētiae ex parte dictionis: sed ista nō est huiusmodi: quia pōt fieri in conceptibus, qui non sunt dictiones: igitur. In oppositum est H
philosophus in textu. In q̄stione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd propositio faciens fallaciam cōpositionis, est diuidendorum falsa vnio. i. acceptio terminorum ſm compositionē, ſm quam faciunt sensum falsum: qui si acciperentur ſm diuisionē, facerent sensū diuisū verū: vt in ista orōne; albū esse nigrū est possibile. Vnde si albū & nigrū diuidant: sic ꝙ ly possibile, ponat ad copulam, tunc erit vera; & de omnibus istis satis visum est in Sūmulis. Vnde fallacia compositionis committitur quando arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum: Et fallacia diuisionis, quando arguitur a sensu composito vero, ad sensum diuisum falsum. Vñ oratio dicitur facere sensum cōpositum, quando accipitur ſm sensum

Artic. 1.

Propō faciens fallaciā cōpositionis quid.

Pet. His. F.

A sensum magis debitum: qui fit quando cõiunctio vel aduerbiũ coniungit inter terminos: vel quando determinatio determinat determinabile, post qđ ponitur: vel quando aliquis modus determinat totam propositionem vel quando aliqua negatio posita in principio orationis cadit supra totum; sed si cadat solum supra subiectum fa. it sensum diuisum: Etiam quando negatio posita in principio hypotheticæ: si cadat supra totũ, facit sensum compositum: si cadat supra primam partem, facit sensum diuisum. Fit etiam quando in aliqua hypotetica ponuntur plures categoricæ quàm duæ per duas cõiunctiones vel aduerbia: tunc si duæ primæ categoricæ accipiantur pro vna parte, tunc facit sensum compositum: si vero prima categorica accipiatur pro vna parte, tunc facit sensum diuisum, vt omnes homines sunt asini, vel homines & asini sunt asini.

B

Tantum deum eẽ deum, est verum.

SECVNDO sciendum, quòd circa talem fallaciam mouetur tale sophisma: tãtum deũ esse deum est verum. Quod probatur quia verum est tantum deũ esse deum: igitur tantum deum esse deum est verum: per conuersionem. Improbatur: quia eius exponentes sunt falsæ, igitur ipsa est falsa. Respondetur ꝙ hoc complexum, tantum deum esse deum, potest capi personaliter, & sic nihil aliud est quàm deus: & sic non est concedenda: quia deus non est verum neq; falsum: capiendo verum & falsum vt sunt differentiæ propositionis. Secundomõ pt capi materialiter: & hoc dupliciter. Vnomõ ꝓ tali orõne & sibi simili, & tunc sophisma est falsum: q̃a tale cõplexũ non est propõ. Alio mõ ꝓ propõne, quæ subiacet tali dicto: puta pro ista, tantum deus est deus: & hoc dupliciter: quia vel vt est propositio exclusiua, & sic est falsa; vel vt est propositio de subiecto excluso & sic est vera, & est sensus: illud quod est talis propositio, & non est non talis propositio, est verum. Et ex isto patet ꝙ omnis oratio de infinito est distinguenda: vt hominem esse animal est verum: & sic de alijs. C

An terminus possit supponere pro q̃, q̃ non significat.

TERTIO sciendũ, ꝙ circa fallaciã accentꝰ incidit talis difficultas: Vtrum terminus possit supponere pro aliquo vel aliqui bus, quæ vel quod non significat? Et videtur ꝙ sic: quia hoc cõplexũ, propositio si est necessaria, supponit ꝓ quolibet ente mundi, & ẽt pro chimera: & tñ nõ significat chimerã. Item iste terminꝰ hõ, in ista propõne: hõ imaginatur asinus, supponit pro asino rõne ampliationis: ex quo propositio est vera stante casu, ꝙ veniat sortes indutus pelle asini gradiens ad modum asini: tunc illa est vera, homo imaginatur esse asinus: & tunc subiectum & prædicatũ supponunt pro eodẽ: & tñ hõ nõ significat asinum: igitur. In oppositum arguitur: quia bene sequitur, iste terminus supponit pro illo: ergo significat illud, ab inferiori ad superius. Pro solutione supponitur quòd istæ propositiones differũt, homo significat asinum, & asinum homo significat: quia prima valet tãtũ sicut hõ significat id, quæ est asinus, sub D

E nus, sub illa ratione qua est asinus: & hoc est falsum. Secunda est vera ratione ampliationis: qui quando ponitur ante ampliatur, sed non appellatur. Secundo supponitur ꝙ ille terminus significat, importat actũ qui potest ferri supra illa quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt, vel possunt esse, vel imaginari esse: & sic ista propositio, asinum homo significat: valet tãtum sicut, homo significat illud quod est, vel fuit, vel erit, vel potest esse, vel imaginari esse asinus: & sic est verum in casu posito. Supponitur tertio ꝙ omne complexum significat omne illud quod significant seu partes, quia complexum non videtur significare nisi ratione partium. Ex quo sequitur ꝙ istud complexum, om-
F nis propositio si est necessaria significat omnem propositionem & rõne coniunctiones significat principaliter omne illud de quo verũ est dicere, ꝙ sit propõsi est necessaria. Supponit vlterius ꝙ quilibet terminus supponeus pro aliquo dicitur significare illud; & hoc capiendo significare large, vt idẽ est ꝙ intellectũ de re cõstituere: & non capiendo significare strictè: sic ꝙ sit impositum ad significandum illud & per hoc potest solui difficultas.

An ista sit vera: tu hodie comedisti crudum.

QVARTO sciendum quòd circa fallaciam figuræ dictionis dubitatur, vtrum ista sit vera: tu hodie comedisti crudum; posito casu quòd hodie comederis coctum quod heri fuit crudum. Et arguitur quòd sit vera, sic arguendo: quod heri emisti hodie comedisti: sed crudum heri emisti: ergo crudum hodie comedisti. Respondetur quòd G istæ duæ multum differunt: tu hodie comedisti crudum; & tu hodie crudum comedisti: nã in ista, tu comedisti crudum: ly crudum, appellat cruditatem per modum adiacentis rei quam comedisti, & hoc pro tempore comestionis; sed in illa, crudum comedisti: ly crudum, appellat cruditatem per modum adiacentis per tempore præsenti sub disiunctione ad præteritum: ita quòd appellat cruditatem inesse vel in fuisse rei quam comedisti. Ex quo patet qui in dicto casu ista est falsa, comedisti crudum: vbi ista est vera, crudum comedisti: similiter dicatur de ista, Papam verberaui, & ego verberaui Papam. Et hæc de primo articu. Quantum ad secundum. H

Artic. 2.

An sit aliqua ꝓpõ mentalis distinguenda.

DVBITATVR primo. Vtrum aliqua propositio mentalis sit distinguenda? & videtur quòd non: quia nullus conceptus mentalis vltimatus est æquiuocus: cum quilibet talis significet naturaliter modo nihil videtur esse naturalis similitudo diuersorum. Item omnia illa quæ ponuntur in mente, explicite ponuntur: igitur. In oppositum arguitur qui nisi sic eadem propositio esset simul vera & falsa: vt ista, omnes homines sunt asini, vel homines & asini sunt asini: quæ non distinguaẽ, erit vera & falsa. Respondetur quòd de hoc sunt duo modi dicendi: vnde dicunt aliqui quòd ad identitatem propositionis vocalis vel scriptę sufficit identitas, & ordo terminorum vocalium: & sic dicunt prę

dictam

A dictam propositionem esse vnã, & eandem, quando est cathegorica, vel hypothetica: sed ad mẽtalem hoc non sufficit, sed requiritur eadem pausa: & sic dicunt, quòd non esset eadem propositio: & isti dicunt, quòd eadem propositio vocalis est simul vera, & falsa, sed non eadem mentalis. Aliud dicunt, quòd ad identitatem vocalis, vel scriptę requiritur identitas conceptuum. Et isti ponunt talem propositionem, quòd si nulla mentalis est vera, neq; vocalis: & dicũt, quòd nulla, & eadem propositio est simul vera, & falsa: & de illa propositione dicunt, quòd secundum, quòd aliter, & aliter pausatur, & fit ordinatio, secundum hoc est alia, & alia propositio: & sic non distinguitur nisi ad ostendendum, ꝙ respondens nõ B ignoret talem, & talem pausationem, seu ordinationem terminorum, & de bonitate intellectus, & intelligentis talem pausationem.

An ista sit concedẽda, sortes est equũ non currere,

DVBITATVR secundo, vtrum ista sit concedenda, sortes est equum non currere? Et videtur, quòd sic: quia bene sequitur. sortes est, & sortes non est equum currere: ergo sortes est equum non currere. consequentia patet a negatiua de prædicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito. Item bene sequitur, sortes est nullum equum currere: ergo sortes est omnem equum nõ currere: per legem æquipollentiarum. Et vltra bene sequitur, sortes est omnem equum non currere: ergo sortes est equum non currere. tenet consequentia a dicto vniuersali ad dictum particulare, vel in definitum. In oppositum arguitur: quia sortes nõ est equus C non currens: ergo non est equũ non currere. Pro solutione supponitur, quòd ly equum non currere, potest capi dupliciter. Vno modo materialiter: & hoc dupliciter. Vno modo pro ipsa oratione, & qualibet sibi simili. Aliomodo pro ista propositione, equus non currit: & qualitercunq; capiatur, propositio est falsa. Aliomodo capitur personaliter pro ista oratione, equus non currẽs: & sic etiã propositio est falsa: quia sensus est, sortes est equus non currens: & illa est falsa. Vnde ad rationes. Ad primã dicitur, quòd non bene arguitur: quia totum prędicatum non infinitatur. Ad secundam dicitur, quòd ista est falsa, sortes est nullum equum currere: & etiã ista sortes est omnem equum non currere: & per consequens D ista, sortes est equum non curre re. Dico vlterius, quòd ad dictum vniuersale non sequitur dictum particulare.

An termin⁹ æquiuocus possit distribui quandoque pro quolibet suo significato,

DVBITATVR tertio, vtrum terminus æquiuocus in aliqua propositione possit distribui pro quolibet suo significato. Et arguitur primo, quòd sic: quia terminus ęquiuocus indifferenter accipitur siue significat sua significata: igitur potest distribui pro quolibet suo significato. consequentia patet: quia talis terminus potest accipi cum signo vniuersali, modo non videtur quare tale signum faciat illum terminum accipi pro omnibus suis significatis. Secũdo sic: In ista propositione, omnis canis est latrabilis: ibi ly canis, distribuitur pro suis significatis igitur

E igitur. In oppositum arguitur: quia tunc sequeretur, quòd omnis propositio in qua sic sumeretur terminus æquiuocus ęquiuoce tentus, esset propositio vna: quia quælibet talis ęquiualeret propositioni copulatiuę. Pro solutione supponitur, quòd propositio potest capi dupliciter. Vno modo strictè pro propositione vna: & sic ibi nō est propositio, canis est substātia: cum non sit propositio vna. Alio modo capitur large pro omni oratione, quę habet modum propositionis: & sic dicitur, quòd ista oratio, canis est substātia est propositio, & bene distinguenda.

Supponitur secundo, quòd titulus dubij habet duplicem sensum. Vnus est, vtrum terminus æquiuocus in propositione categorica vnica distributione possit distribui pro quolibet suo

F significato: vt in ista, omnis canis est substātia. Secundus sensus est, vtrum terminus æquiuocus in propositione hypothetica pluribus distributionibus possit distribui pro quolibet suo significato: vt in ista copulatiua, omnis canis est latrabilis: & omnis canis est sydus cęleste: & omnis canis est belua marina. Istis suppositis ponitur talis cōclusio: impossibile est terminū æquiuocum æquiuoce tentum, in propositione categorica vnica distributione distribui pro omnibus suis significatis: quia tunc nullus talis posset restringi, neq; talis propositio est distinguenda: sed in propositione hypothetica diuersis distributionibus posset distribui: vt patet per exēplum. Et si quis dicat: terminus æquiuocus à cō filio potest distribui in propositione cathegorica: ergo etiam terminus æquiuocus a casu. Respondetur, quòd non est simile: quia nulla propositio, in qua ponitur terminus æquiuocus a cōsilio est distinguenda: quia talis terminus ponitur sine determinatione: & sic accipitur pro significato principaliori: vel cum determinatione, & hoc dupliciter: vel cum determinatione distrahente: & sic capitur pro significato minus principali, vel cū aliqua alia, & sic capitur pro significato principaliori. Nā analogum per se positum; idest sine determinatione distrahente stat pro famosiori significato. Et hęc de secūdo art: Quantū ad tertiū.

CONCLVSIO responsalis: Fallacia compositionis, diuisionis, accentus, & figurę dictionis sunt sufficienter asign. atę, & sunt a seinuicem distinctæ: vt satis patet in textu. Ad rationes. Ad primam patet solutio. Art. 3.

H Ad secundam dicitur, quòd non est incōueniens eundem paralogismum fieri secundum diuersas causas apparentiæ: & secundum hoc fieri secundum diuersas fallacias. Ad tertiam dicitur negando consequentiam; quia ibi non capitur dictio strictè: sed, vt se extendit ad scripturas. Ad quartam dicitur, quòd licet fallacia figurę dictionis non fiat ex eo, quòd eisdem nominibus, vel orationibus plura significamus in veritate: tamen bene secundum apparentiam. Ad quintam patet quid sit dicendum de tali paralogismo.

LITIGIOSVS autē, qui quodammodo sic se habet ad

A ad dialecticam, vt falsigraphus ad geometriam.

Syllogismorũ aliquorũ ad inuicem comparatio.

ISTE est tertius tractatus huius libri, qui continet vnicum capitulum, in quo comparat aliquos syllogismos adinuicem. Et ponit quinque conclusiones.

Prima, syllogismorum litigiosorum quidam est peccãs in materia, & quidam in forma, & quidam in materia, & forma simul. Et subdit, quòd syllogismus temptatiuus est sophisticus: quia quicunque syllogismi videntur esse secundum propria principia artium specialium, & tamen non sunt, semper sunt syllogismi sophistici: sed syllogismus temptatiuus est huiusmodi: igitur. Secunda, syllogismi falsigraphi non sunt sophistici: quia illi syllogismi, B qui procedunt ex propriis principiis scientiarum specialium non sunt litigiosi: sed syllogismi falsigraphi sunt huiusmodi: igitur. Minorem probat per duo exempla. Primũ est Hypocratis, qui voluit probare circulum posse quadrari: vt omnes lineæ ductæ ab eodem puncto ad idem punctum, sunt æquales: sed quarta pars circuli, & quarta pars quadrati sunt huiusmodi: igitur, illa argumentatio procedit ex principiis geometriæ, male tamen intellectis: quia maior debet intelligi de lineis ductis per idem punctum. Secundum exemplũ est exemplũ Bryssonis sic dicentis; vbicunq; est reperire maius, & minus, ibi est reperire æquale; sed est reperire quadratum maius circulo, & quadratum minus circulo: ergo est ibi reperire quadratum æquale circulo: ecce quomodo maior male intelligitur: & quia debet intelligi in illis, quæ sunt eiusdem rationis. Tertia, idem est syllogismus sophisticus, & litigiosus sub alia tamen & alia ratione. Dicitur enim litigiosus inquantum finis eius est apparens victoria; & dicitur sophisticus inquantũ finis eius est apparẽs gloria. Quarta, syllogismus litigiosus sic se habet ad dialecticum, sicut falsigraphus ad demonstratiuum: quia litigiosus paralogizat ex principiis dialecticæ; sed falsigraphus ex principiis demonstratiuę. Ex quo infert differentiam illorum: quia falsigraphus non potest applicari ad plures artes, cum sit ex propriis principiis alicuius artis: sed litigiosus bene potest applicari ad plures artes. D

Conditiones dialecticæ.

Quinta, quatuor sunt conditiones dialecticæ. Prima, dialectica non est alicuius generis determinati. Secunda, nullius conclusionis est ostensiua. Tertia, quòd non est talis, qualis est scientia vniuersalis, scilicet Metaphysica. Quarta, quòd ipsa est interrogatiua. Et subdit, quòd tales conditiones possunt conuenire temptatiue: quia multis non habentibus artes speciales conuenit temptatiua: vt patet de idiota. Ex quo infert, quòd omnes scientes, & idiotæ possunt vti dialectica; quia omnes vtentes sermone nituntur diiudicare, & cognoscere quid verum, & quid falsum, & etiam idiotæ.

FALSVM autem in aliquo est ostendere, & orationem ad inopinabile ducere.

B ISTE est vltimus tractatus qui diuiditur in quatuor capitula. In primo vult ostendere de cautelis. Et primo ponit quinq; cautelas ad ducendum aliquem ad metham falsi. Prima, quòd opponens debet latenter interrogare suum respondente. Secunda, quòd opponens debet multa interrogare: quia in multiloquio non deest peccatum. Tertia, quòd opponens debet laudare solutiones respondentis. Quarta, opponens debet se transferre ad materiam, in qua est idoneus. Quinta, opponens debet dicere respondenti, quòd nõ disputet contra ipsum, vt ducat ipsum ad falsum. Cõsequenter ponit cautelas, per quas opponens ducit respondentem ad metham inopinabilis. Et sunt quinq;. Prima, quòd opponens debet videre de qua secta sit respondens: & contra ipsum allegare opinionem plurium. Secunda, opponens debet

Cautela ducendi aliquem ad methã falsi.

F videre ad contrarietatem quæ est in voluntatibus, & dictis. Non enim eadem volunt, & dicunt homines: dicunt enim quasdam decoratissimas orationes, & volunt ea quæ videntur sibi prodesse, vt voluptuose viuere. Tertia, si respondens dicat aliquid secundum naturam, tunc ducendus est ad contrarietatem quæ est secundum legem: vt iustitia est bona secundum legem, non tamen secundum naturam. Quarta, opponens debet considerare contrarietatem, quæ est inter plures, & sapientes. Sapientes enim dicunt magis esse obediendum legibus quàm patri: dicunt etiam, quòd melius est injuriam pati quàm alteri nocere. Quinta, opponens debet interrogare ea quæ habent vtramq; partem probabilem: vt vtrum sit magis obediendum de eo quàm legibus si dissentiant. G

DE facere autem nugari, & quid dicimus nugari, iam monstrauimus.

ISTVD est secundum capitulum, in quo ostendit quomodo aliquis ducitur ad metham nugationis: & primo, quomodo ducitur vere. Secundo, quomodo ducitur apparenter. Præmittit ergo talem suppositionem: opponens sophista volens ducere respondentem ad metham nugationis debet supponere, quod nomẽ in oratione semper idem significat: & dat exempla. Primum est de duplo: duplum enim per suppositionem factam idem significat per se sumptum, & in oratione: sed per se tantum valet sicut duplum dimidij: ergo, & in oratione cum illo termino dimidij dicendo duplum dimidij, & tunc est nugatio: quia sensus est: duplum dimidij, dimidij duplum. Secundum exemplum est de subiecto, & propria passione: vt, abundans per se sumptum tantum valet sicut numerus habens medium: ideo si dicatur quaternarius est numerus abundans erit nugatio, cum sit sensus: quaternarius est numerus, numerus habens medium. H

Quõ ducimur ad methã nugationis.

Consequenter ostendit quomodo aliquis apparenter ducitur ad metham nugationis: nam si concedatur suppositio prius dicta, tunc non concluditur nugatio nisi apparenter.

SOLECISMVS autem quale quid est, dictum est

prius

A prius: est autem hoc facere, & non facientem videri.

ISTVD est tertium capitulum, in quo docet ducere respondentem ad metham solecismi. Et dicit, quòd solecismorum quidam sunt veri, & quidam apparentes. De apparentibus dat duo exempla. Primum: Cecilianus dicit ficus esse secundæ declinationis masculini generis: ideo si quis diceret, ficus maturas apparenter duceretur ad solecismum. Et ponit duas cautelas. Prima, maxime possumus ducere respondentem ad solecismum vtendo neutro genere pro masculino: quia neutrum in aliquibus habet conuenientiam cum masculino. Secunda, opponens aliquando debet mutare B locutionem: vt istam, lapis est: in istam, lapidem esse.

Quo' ducimur ad methas solecismi.

DIFFERT autem nõ parum si ordinentur quodam modo ea quæ circa interrogationem sunt.

ISTVD est vltimum capitulum, in quo ponit cautelas ducentes ad redargutionem: & diuiditur in tres partes. In prima, dat quasdam cautelas contra quemlibet respondentem. Prima, quòd opponens debet ponere suas præmissas sine ordine: vt respondens credat, quòd ex ipsis nihil possit concludi. Secunda, opponens debet interrogare multa: quia difficile est simul multa conspicere. Tertia, opponens debet festinare suum respondentem. Quarta, opponens debet turbare suum respondentem, & facere ipsum iratum: conturbati enim, & irati minus de veritate sentiũt. Quinta, opponẽs debet occultare suũ propositum. In secunda parte ponit cautelas contra respondentes proteruos. Prima, si opponens velit habere propositionem affirmatiuam, ipse debet interrogare negatiuam, & econtra. Secunda, si respondens concesserit plures singulares vnius vniuersalis, tunc opponens contra eum debet inferre vniuersalem, ac si omnes singulares concessisset. Tertia, si velim⁹ aliquã propositionem concedi a respondente, nos debemus eam interrogare cum sua contraria: quia falsitas suæ contrariæ facit ipsam videri probabiliorem: ex quo habetur ista auctoritas: Opposita iuxta se posita magis elucescunt. Deinde dat duas cautelas contra respondentes fatuos. D Prima, si respondens concesserit aliquod in probabile, oportet laudare suam conclusionem. Secunda, oportet inspicere si dixerit aliqua contraria. In tertia parte ponit quinq; cautelas contra respondentes subtiles. Prima, opponens debet sibi dare aliquod multiplex & semper in alio sensu capere quàm respondens. Secunda, si opponens videat solutionem respondentis, oportet, quòd non instet contra eum ne respondens det illam solutionem. Tertia, quòd opponens se transferat ad propositum, in quo possit arguere, sicut fecit Lycophron: qui cum nesciret nisi tangere lyram, & proponeretur sibi aliud instrumentum, semper extolebat lyram inter omnia alia instrumẽta. Quarta, si respondens quærat ab opponente quam conclusionem vult

Cautela ducentes ad redargutionem

Cautela contra respondentes subtiles.

E vult inferre, debet eam tacere. Quinta, non oportet interrogare conclusionem, neque præmissas: sed oportet uti eis tanquam concessis.

An omnis syllogismus sophisticus sit bonus.

QVAERITVR, vtrum omnis syllogismus sophisticus sit bonus syllogismus. Arguitur primo, quòd syllogismus peccans in materia, non sit bonus syllogismus: quia in omni syllogismo oportet conclusionem sequi propter præmissas: sed in syllogismo peccante in materia, conclusio non sequitur propter præmissas, cum præmissæ sint falsæ: igitur. Secundo, syllogismus peccans in materia, non est argumentatio: ergo non est syllogismus. Antecedens patet, quia syllogismus peccans in materia, non facit fidem de re dubia, cũ procedat ex falsis: & falsum de nullo facit fidem. Tertio sic, syllogismus peccans in materia, deficit etiam in forma; igitur nõ est bonus syllogismus. Antecedens patet, quia materia syllogismi sunt duæ propositiones, & tres termini: modo si aliquis syllogismus in hoc deficiat, non est bonus. Quarto sic, omnis syllogismus est bonus, in quo seruatur, natura syllogismi simpliciter: sed in syllogismo peccante in forma, seruat natura syllogismi simpliciter; igitur. Minor patet, quia natura diuisi debet seruari in vnoquoque diuidentium.

Quinto sic, paralogismi peccantes circa fallaciam petitionis principij, sunt boni syllogismi simpliciter: & tamen illi peccant in forma: quia peccant in veritate, & probatione, quæ sunt forma propositionis, & syllogismi: igitur. In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

PRIMO sciendum, quòd syllogismus sophisticus potest capi dupliciter. Vnomodo, vt sophisticus, idem est quod apparens talis qualis non est, & secundum hoc dicitur syllogismus sophisticus, qui apparet aliquid probare, & non probat. Aliomodo, vt idem est, quòd apparens esse bonus, & non est: & secũdum hoc syllogismus sophisticus, qui videtur inferre cõclusionem: quam tamen non infert dicitur sophisticus. Et aduerte quòd sicut habetur in textu, Triplex est syllogismus sophisticus, scilicet peccans in materia, peccans in forma, peccans in materia, & forma simul. Vnde materia in proposito capitur dupliciter. Vnomodo, vt iam aliàs visum est pro tribus terminis, & duabus propositionibus: & sic dico, quòd syllogismus peccans in materia illo modo non est bonus syllogismus. Aliomodo capitur pro conditione materiæ, scilicet probabilitate, veritate, & necessitate: sic videlicet, quòd ille syllogismus dicitur peccare in materia, qui peccat in probabilitate, idest cuius præmissæ nõ sunt probatiuæ conclusionis. Sed per formã in proposito nos intelligimus modũ, & figurã: sic videlicet, quòd ille syllogismus, qui non est dispositus in modo, & in figura dicitur peccare in forma, & talis non est syllogismus. Ex quo sequitur, quòd diuisio

Syllog. sophisticus quot modis capitur.

Triplex est syllog. sophistic.

A sio syllogismi in syllogismũ peccantem in materia,& forma, est diuisio æquoci, vt aliàs visũ est.

Et aduerte,quòd sicut syllogismus habet suam materiam, & formam: ita etiam dictio. Vnde materia dictionis sunt literæ, & syllabæ; sed forma dictionis dicitur modus proferendi. Ex quo sequitur, quòd identitas literarum, syllabarum, & dictionum non facit orationem esse vnam formaliter, sed materialiter: sed modus proferendi facit orationem esse vnã formaliter. Ex quo patet, quòd orationes, quæ habent aliũ,& alium modum proferendi sunt diuersæ: sicut sunt oratio composita,& diuisa: aliàs eadem oratio. esset simul vera, & falsa [illegible]

SECVNDO sciendum, ꝙ B pro ampliori declaratione quæstionis mouetur talis difficultas: vtrum syllogismus peccans in materia sit bonus syllogismus dialecticus,aut demonstratiuus? Ad quam respondetur breuiter quòd neque est syllogismus dialecticus,neque demonstratiuus: quia omnis syllogismus dialecticus, aut demonstratiuus debet esse probatiuus suæ cõclusionis: sed sic non est de syllogismo peccante in materia: igitur;licet tamen possit esse bonus syllogismus simpliciter. Dicitur vltra, quòd si talis syllogismus videatur probare conclusionem, quã non probat, tunc peccat contra syllogismum dialecticum,& etiã demonstratiuum:sed si videatur procedere ex necessariis, & secundum quòd ipsum,peccat proprie contra syllogismum demonstratiuum: non tamen oportet, ꝙ quilibet syllogismus peccans in materia,siue procedens ex falsis, peccet contra syllogismum dialecticum,vel ꝙ sit syllogismus sophisticus: vt patet de syllogismo,qui ꝓcedit ex manifeste falsis:in quo nulla est causa apparentiæ probabilitatis:non oportet etiam quemlibet syllogismũ sophisticum peccantem in materia procedere ex falsis:sed sufficit,quòd procedat ex præmissis, quæ videntur probare conclusionem,quam non probant. C

Vtrũ syllogis peccãs in materia sit bonus.

TERTIO sciendum, quòd cum quælibet fallacia sit deceptio:quæreret aliquis quid intelligendum est per deceptionem? Respondetur, ꝙ deceptio est assensus alicuius falsi, vel dissensus alicuius veri. Ex quo sequitur, quòd contingit aliquem decipi dupliciter. Vnomodo assentiendo falso. Secundo,assentiendo vero. D Sed quæreret aliquis vtrum talis assensus sit assensus conclusionis, vel præmissarum. Et arguitur, quòd sit conclusionis: nam fallacia debet esse assensus illius,a quo locus sophisticus denominatur: sed denominatur a conclusione,& non a præmissis; igitur. Sed in oppositum arguitur,nam alicuius argumentationis sophisticæ conclusio est necessaria: ergo assensus eius non est deceptio: quia nullus decipitur assentiendo vero, & necessario. Antecedens patet de oratione peccante penes fallaciam ignorantiæ elenchi: cuius conclusio, vt plurimum est necessaria. Respondetur breuiter, quòd fallacia est assensus huius propositionis: hæ præmissæ probant hanc conclusionem,Nam assensus est fallacia, per quã homo formaliter deci-

Quid per deceptionem intelligitur.

E decipit:sed in fallacia petitionis principij, & in multis alijs homo decipitur sic assentiendo:igitur.Secundo,dicitur, quòd fallacia quandoq; est assensus huius propositionis: hę præmissę probant hanc conclusionem contrariã,vel contradictoriam positioni rñdentis: patet in syllogismo peccante penes fallaciam ignorantiæ elenchi, vbi non est defectus nisi ex parte conclusionis. Dicitur tertio, ꝙ fallacia quandoq; est duo assensus, scilicet huius propositionis,hę præmissę probant hanc conclusionem: & assensus conclusionis: quia si aliqua cõclusio alicuius paralogismi est falsa: hę præmissæ apparenter probant illam cõclusionem: sic, quòd ibi causetur assensus conclusionis, tunc G homo in tali paralogismo decipitur assentiendo tali conclu-F sioni.

QVARTO sciendum,quòd adhuc incidit talis difficultas: vtrum stet aliquam fallaciam esse in dictione,& extra dictionẽ. Pro cuius solutione supponitur, quòd fallacia in dictione sumit causam apparentiæ ex parte dictionis sic quòd non potest fieri sine dictionibus.Sed fallacia extra dictionem,est quæ sumit causam apparentiæ ex parte rei significatę, vel intentionis, vel cõceptionis: sic quòd potest fieri sine dictionibus ad placitum institutis, vel earum considerationibus.Hoc supposito respondetur ad dubium,quòd non: quia vocatur fallacia in dictione: quia non potest fieri sine dictionibus ad placitum institutis, vel earũ considerationibus. Sed vocatur fallacia extra dictionem; quia

Quid est fallacia dictione. Quid est fallacia extra dictionem.

G potest fieri sine dictionibus ad placitum institutis. Si ergo eadem fallacia esset in dictione,& extra dictionem, illa posset fieri sine dictionibus ad placitum institutis: & non posset fieri sine dictionibus ad placitum institutis: quod implicat contradictionem. Et si quis dicat: vna fallacia potest habere plures causas apparentię,quarum vna se tenet ex parte rei, & alia ex parte dictionis. Respondetur, quòd hoc non potest stare: quia tunc sequeretur,quòd secundum diuersas causas apparentię causarentur diuersi assensus: quorũ vnus esset fallacia in dictione, & alius fallacia extra dictionẽ. Ex quo patet falsitas illorum qui dicunt eundem syllogismum esse in dictione,& extra dictionem secundum diuersas causas apparentię. Et hęc de primo arti. Quantum H ad secundum.

Arti. 2. An dialectica non sit alicuius generis.

DVBITATVR primo, vtrum dialectica non sit alicuius generis determinati, nec alicuius cõclusionis ostẽsiua, nec talis qualis est metaphysica:& vtrum nomen idem significet secundum se,& iunctum alteri. Pro solutione primæ partis supponitur, ꝙ duplex est dialectica, scilicet vtens, & docens. Docens, quæ docet diffinire,diuidere, arguere, & verum a falso discernere: & ista est vera scientia, & alicuius generis scibilis, sicut sunt aliæ scientiæ. Alia est vtens,quæ non est nisi noticia siue firma, siue formidolosa, siue vera, siue falsa acquisita per vsum argumentationis: & talis non est vera scientia,neq; alicuius generis scibilis determinati, & de ista intelligitur textus. Et talis non est

A est ostensiua alicuius conclusionis supple scientificæ, & demonstratiuæ: cum non sit, licet bene posit esse ostensiua probatiua quo ad rationes communes, & probabiles, & consequentias probatiuas: & per hoc soluitur secunda pars. Ad tertiam dicitur, quòd metaphysica, & dialectica non sunt omnino similes: nam metaphysica dicitur esse communis propter communitatem subiecti; sed dialectica dicitur esse communis per applicationem: quia applicatur ad omnes alias scientias, docendo componere argumẽtationes ex terminis cuiuslibet scientiæ.

Ad quartam dicitur, quòd nomen per se sumptum, & nomen iunctum cum alio semper idem significant: licet nõ semper pro eodem, & æqualibus accipiantur propter proprietates logicales, restrictiones, ampliationes, B determinationes, suppositiones, & distributiones.

Vtrũ species generi apposita causet nugationem. DVBITATVR secundo, vtrum species apposita generi causet nugationem: vt sic dicendo, animal homo. Ad hoc dicunt aliqui, quòd quamuis genus appositum speciei faciat nugationem: nõ tamen species apposita generi; cuius rationem assignant: quia species determinat ipsum genus: igitur. Item nulla oratio congrua est nugatio: sed talis oratio est congrua: igitur. Item minus commune potest determinare magis commune: igitur. Aliter tamen est dicendum de mente Scot. quòd *Lib. 3.* sicut genus additũ speciei causat nugationem ita & species addita generi: & hoc probatur primo auctoritate Philosophi 8. Topicorum. quòd si vniuersali dicto addatur particulare, C superfluum erit & nugatio. Etiã dicit septimo metaph. quòd nugatio est in præponendo differentiam superiorem, & addendo inferiorem: vt animal habens duos pedes bipes. Etiam potest probari ratione quam facit. 5. metaph. quia quandocũq; rationes positæ pro nominibus includunt nugationem: & ita illi termini: sed sic est, quòd rationes generis, & speciei sunt huiusmodi: vt patet dicendo, substantia animata sensibilis animal rationale: ibi est vera nugatio, cum diffinitio ibi immediate addatur diffinito: puta diffinitio animalis ipsi animali. Et si quis dicat, vtrum sit ibi nugatio, animal rationale: quia sicut homo includit animal, ita & rationale. Respondetur quòd non eodem modo: quia differentia includit genus denominatiue: & species includit genus D per se, & quidditatiue. Et per hoc soluuntur rationes alterius opinionis, negando omnes suas suppositiones. Et si quis dicat, ibi non est nugatio, homo animal: ergo neque animal homo. Antecedens probatur, quia aliàs non essent ponendæ propositiones de modo loquendi inconsueto: vt dicendo, omnis homo animal non est. Respondent aliqui, non admittendo tales propositiones, in quibus fit talis nugatio: Posset tamen dici probabilius, quòd ibi vnum non additur alteri tanquàm pars vnius extremitatis: quia vnum est subiectum, & aliud prędicatum.

T. c. 43.

T. c. 34.

DVBITATVR tertio,

E vtrum syllogismus tentatiuus sit syllogismus sophisticus. Pro cuius solutione, supponitur primo, quòd differentia est inter syllogismum falsigraphum litigiosum, & tentatiuum: quia syllogismus falsigraphus, est, qui procedit ex propriis principiis alicuius scientiæ male intellectis; cuiusmodi sunt syllogismus Hypocratis, & Brysonis, de quibus visum est in textu. Sed syllogismus litigiosus est idem quòd syllogismus sophisticus. Sed tentatiuus est, qui quærit de scientia, vel ignorantia respondentis: vnde talis potest capi dupliciter. Vnomodo quantum ad suam materiam, puta ad terminos, & propositiones: & sic non distinguitur contra demonstratiuum, vel dialecticum: vt visum est in primo Topicorum, & sic non est sophisticus. Aliomodo accipitur in quantum procedit ex communibus, & probabilibus: vt videtur procedere ex propriis principiis alicuius scientiæ: & sic potest dici quodam modo syllogismus sophisticus; quia videtur procedere ex propriis principiis alicuius scientiæ, & non procedit: & sic capiebatur in textu. Et hæc de secundo articulo. Quantum ad tertium sit.

Vtrū syllog. tentatiuus sit syllog. sophisticus

F

G

CONCLVSIO respōsalis: Syllogismus peccans in forma, non est bonus syllogismus: & hęc relinquitur satis probata ex dictis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur, quòd ex præmissis falsis etiam de necessitate bene potest sequi conclusio, & nihil contra nos.

Ad secundam dicitur, quòd argumentatio potest capi dupliciter. Vnomodo large pro quacunque argumentatione siue sit probatiua, siue non. Aliomodo stricte pro argumentatione probatiua: & hoc visum est in secundo Priorum. Ad tertiam, & quartam patet solutio, & etiā ad quintam.

H

ELEN-

A # ELENCHORVM C

ARISTOTELIS

LIBER SECVNDVS.

Vtilitates soluendi paralogismos.

DE responsione autem, & quo oportet soluere: & ad quid, & ad quam vtilitatem huius orationes prosunt post hæc dicendum: vtiles ergo sunt ad philosophiam propter duo. Primum quidé, quoniam sæpe secundum dictionem fiunt, melius habere faciunt quotiens singulum dicitur, & quæ similiter & quæ
B aliter in rebus.

Istius libri diuisio.

ISTE est secundus liber Elenchorũ, in quo Philosophus determinat de solutionibus argumentationum sophisticarum. Et diuiditur in quatuor tractatus. Primus continet vnicum capitulum, in quo ponit vtilitatem soluendi paralogismos: dicens, quòd duæ sunt vtilitates. Primo sunt vtiles ad philosophiã: quod probat de fallaciis in dictione: quia sciens distinguere multiplex, scit faciliter distinguere aliter esse in rebus, & orationibus: quod est vtile ad philosophiam. Secundo probat in fallaciis extra dictionem: nam per solutiones earum euitamur decipi per eas. Secundo, sunt vtiles ad gloriam respondentis: quia solutio paralogismorum facit respondentem videri exercitatum circa omnia. Deinde remouet vnam cauillationem: nam aliquis posset dicere, quòd iste secũdus liber est superfluus; quia omnes prædictæ vtilitates videntur haberi per primũ librum: quia in primo libro manifestatur, ex quibus fiunt syllogismi sophistici: & quomodo fiunt: modo ille qui cognoscit talia, cognoscit defectus eorum. Respondet, quòd aliud est scire defectum paralogismi, & scire soluere eum in propria forma, quod habetur per istum secundum. D

Cauillationis remotio.

PRIMVM ergo quidem sicut syllogizare dicimus probabiliter, quandoque magis, quam vere.

Quo soluuntur quò nes sophisticæ.

ISTE est secundus tractatus, qui diuiditur in duo capitula. In primo ponit talem conclusionem: ad argumentationes sophisticas est danda apparens solutio: quia respondens debet illo modo soluere, quo opponens arguit: sed opponens sophista non arguit: sed videtur arguere: ergo respondens non debet soluere, sed debet videri soluere.

 Dein-

E Deinde remouet vnum dubiū: crederet aliquis, quòd respondens nullo modo deberet soluere postquàm opponens non arguit. Respondet Philosophus, quòd immo debet soluere, ne videatur redargui apud assistentes, & ne videatur ignorare solutiones talium paralogismorum, scilicet, quòd in disputatione sophistica respondens debet distinguere orationem multiplicem, si sibi ponatur antequam opponens concludat contra ipsum, quod probat duabus rationibus: Prima, respondens debet illud facere, per quod acquirit apparentem sapientiam: sed distinguendo multiplex, acquirit apparētem sapientiam: quia oratio multiplex non distin-

Dubij remotio de eodem.

F cta est vitiosa: ergo respondens sophista debet vti responsione. Secunda, sicut est de interrogatiōes plures, ita est de interrogatione multiplici: sed ad interrogationes plures non est respōdendum vnica responsione: ergo nec ad orationem multiplicem est danda vnica responsio, sed plures, quæ dantur per distinctionem. Finaliter remouet vnum dubium: posset enim quis credere, quòd si oratio esset vera in vtroq; sensu, non esset distinguenda. Hoc remouet Philosophus dicens, quòd licet sit vera in vtroq; sensu, tamen est distinguenda: quia faciendum est de oratione multiplici sicut de quęstione plures: sed quęstio plures est distinguenda, licet sit vera in vtroq; sensu: igitur & oratio plures.

Alterius dubij remotio.

RESPONDENDVM autem in his quidem, quæ videntur sic dicentem: etenim sic minime ad se fiet elenchus. O

ISTVD est secundum capitulum, in quo ponit aliquas cautelas respondentis ad euitādum interrogationem vnam: & sunt quinq;. Prima, si opponens proponat respondenti aliquàm interrogationem probabilem, quę non videtur probabilis respondenti: tunc ipse respondens non debet simpliciter concedere, ne videatur duci ad opinabile: nec debet simpliciter negare, sed debet dicere: videtur mihi. Secunda, si opponens proponat aliquod inopinabile, tunc respondens debet etiam dicere: videtur mihi. Tertia, si opponens velit probare aliquod negatum a respondente, tunc respondens habet sibi dicere, ꝙ petit principium: quia tunc apparebit assistentibus, quòd respondens bene dicat. Quarta, si opponens aliquid inferat ex dictis a respondente per aliquam similitudinem, tunc respondens debet dicere, quòd ipse non capit in illo sensu, in quo dedit illam propositionem. Quinta, respondens non debet respondere nisi prius interrogatio fuerit perfecta: vt est ne homo animalium, vel est ne hoc, quod est Danaum, possessio Danaum, &c. H

Quinque respondētis cautela.

QVONIAM autē recta solutio est manifestatio falsi syllogismi, secundum quam interrogationē accidit falsum.

ISTE tertius tractatus huius libri, in quo docet naturam solutionum paralogismorum. Et diuiditur in quattuor capitula. In primo dicit, quòd duplex est solutio,

A solutio, scilicet recta, & non recta. Solutio recta, est manifestatio syllogismi falsi secundum quancumq; eius positionem, secundum quam accidit falsum: hoc est, solutio recta est falsitas argumentationis secundum omnem modum, secundum quem talis argumentatio dicitur falsa.

Quid est solutio recta.

Deinde ponit diuisionem syllogismorum falsorum: dicens, quòd duplex est syllogismus falsus: quidam est peccans in materia, & quidam in forma. Et subdit, quòd syllogismi peccantes in materia soluuntur per interemptionē vnius pręmissæ, vel ambarum præmissarum, & hoc si sint falsæ. Sed peccantes in forma, soluuntur per negationem consequentiæ, vel per distinctionē, si sit multiplicitas in ipsis. Finaliter remouet vnū dubium: posset enim aliquis credere, quòd solutiones paralogismorum satis habentur per primum librum. Ad hoc respondet, quòd multum differt soluere aliquàm orationem statim, & sine præmeditatione longa, & soluere cum longa præmeditatione: nam, immediate aliquid præuidere est difficile: & per exercitationem videre est facile: quia exercitatio habetur per istum secūdum librum.

Syllogis. falsorum diuisio.

B

HORVM igitur qui sunt secundum æquiuocationem, & amphibologiam elenchorum: alij quidem habent interrogationē aliquam, &c.

ISTVD est secundum capitulum, in quo Philosophus docet soluere paralogismos fallaciarum in dictione. Et diuiditur in quattuor partes. In prima ponit duas distinctiones. Prima, C paralogismorū æquiuocationis, & amphibologię, quidā habent præmissas multiplices, & non conclusionem: alij habent conclusionem multiplicem cum aliqua præmissarum. Secunda propositio multiplex aliquando est vera secundum vnum sensum, & falsa secundum alium: aliquādo vera in vtroq;, & aliquando falsa. Ex quo patet, quòd omnis oratio multiplex posita in syllogismo est distinguenda: & concedenda in sensu vero, & negāda in sensu falso. Ex quo patet quomodo sunt soluendi paralogismi fallaciarū æquiuocatiōis, & amphibologię. Et subdit vnū documentum, quod si multiplicitas lateat respondentem, & ipse concesserit orationē multiplicem sine distinctione: tunc si opponens fortiter instet, sic quòd possit percipere multiplicitatē: tunc debet corrigere suam solutionem: & dicere, quòd cœpit propositionem prius concessam in sensu vero. In secunda parte docet soluere paralogismos cōpositionis, & diuisionis: dicens, quòd soluuntur ostēdendo, quòd non est eadem oratio composita, & diuisa. Et ponit septem exempla. Primum, quo vidisti percussum, hic percussus est: sed oculo vidisti hūc percussum: ergo oculo hic percussus est. Secundum, quo percussus est hic, hoc tu vidisti: sed baculo percussus est hic: ergo baculo tu vidisti. Soluit istos duos dicens, quod non est idem videre oculis illum qui percussus est, & videre illum qui percussus est oculo. Tertium, tu vidisti nunc existētes in pireo na-

Documentum.

D

Quo soluuntur paralogismi compositionis & diuisionis.

B ues in Sicilia ens : hæc enim est distinguenda:quia ens potest referri:& hoc,quod est in Sicilia: & sic est composita & falsa:posito,ꝙ nunc sis in pireo,vbi nō videas naues existentes Sicilia: vel ens potest referri ad hoc, quòd est in pireo, & tunc est diuisa,& vera. Quartū, bonus sutor malus est: vnde si fiat pausa post ly sutor, est diuisa,& falsa: sed si fiat pausa post ly bonus, est composita, & vera. Quintū, quicquid est malorum illud est malum : sed malorum est disciplina bona: ergo disciplina bona est mala. Sextum, quemcunque nunc vere dico nunc factū esse, ille nunc factus est : sed te vere dico nunc factum esse: ergo tu nūc factus es. Septimum, quicunq; potest citharizare:ci-
F tharizat, sed non citharizans potest citarizare : ergo non citharizans citharizat. In tertia parte docet soluere paralogismos accentus:dicens, ꝙ non fiunt multæ deceptiones in accentu:& ponit vnum exemplū: vt bonum est viros iustos pendere, & bonum est viros iustos non pendere : ergo bonum est idem pendere, & non pendere: Soluit: dicens , ꝙ pendere non idem signat media breui, & media longa. In quarta parte docet soluere paralogismos figuræ dictionis:dicens, ꝙ tales dicūt solui negando consequentiam: nam propter conuenientiam aliquorum in voce, non sequitur conuenientia eorum in significato,aut modo significandi, vel econtra. Deinde docet soluere in speciali:& primo quādo mutatur vnum prędicamentum in aliud : & hoc patet per exēpla:

Quo soluitur paralog. figura dictionis.

Cōtingit vnum, & idem videri, & videre:ergo contingit vnum idem facere,& fieri. Deinde ponit exempla,in quibus prædicamentum substantiæ mutatur in prædicamēta accidētis. Primū; quicquid heri habuisti, & modo non habes,amisisti:sed heri habuisti decem digitos, & modo non habes:ergo decem digitos heri amisisti. dicitur, ꝙ ibi mutatur quid in quantum: ideo neganda est consequentia. Deinde ponit exemplum , in quo quid mutatur in aliquid,sic:quicquid aliquis non habet,non dat illud : sed vnum solum denariū aliquis non habet : ergo vnum denarium aliquis non dat. neganda est consequentia : qa ibi mutatur quid in aliquid. Deinde ponit exemplum mutando substantiā in qualitatem,vt econtra : quicunq; dat aliquid leuiter,cito dat: sed illud,ꝙ dat, nō habuit cito : ergo illud , quod dat,non dat:ibi mutatur qualitas in substantiam:quia cito est de prædicamēto qualitatis,& ꝙ pertinet ad prædicamentū substantiæ. Aliud exemplum : aliquem percussisti sola manu:sed solam manum non habes: ergo percussisti aliquem , per illud quod non habes. consequenter ponit tres solutiones antiquorum. Prima,quòd tu habes vnā solam manum : quia qui habet plures , habet vnam solam manum. Secunda, concedit, quòd tu habes vnam solam manum qua percussisti: negat tamen te habere vnā solam manum. Tertia, concedit. quòd aliquid dat, quòd non habet:quia si aliquis det alicui bonum vinum,quod postea fiat acetū : tunc ille de-

dit

A dit, quod non habuit. Istas tres importat: quia non est recte sol uere, sed tantum ad hominem: ergo non bene. Antecedens patet: quia cōcedendo oppositum illarum solutionum adhuc possunt solui per distinctionē, quæ est inter prædicta. Consequenter ponit vnum paralogismum, in quo mutatur quid in quale: vt iste homo discit tarde, & non cito didicit: ergo didicit, quod discit. Consequenter dat vnum exēplum, in quo mutatur quid in vbi: vt quicquid bibisti est in te: cyphum bibisti: ergo cyphus est in te. Aliud exemplum, in quo mutatur singulare in plurale: vt quicquid sciuisti, per doctrinam, vel inuentionem sciuisti: sed istas conclusiones sciuisti: ergo eas per doctrinam, vel inuentionem sciuisti: sed tu nō sciuisti per doctrinam: ergo tu sciuisti per inuentionem, quod B tamen est falsum per casum de monstratis duabus conclusionibus: quarum vnam scis per doctrinam, & aliam per inuentionem. Soluit negando consequētiam: quia numerus singularis mutatur in numerum pluralē: Consequenter dat vnum exemplum, in quo mutatur quid in quale quid: vt coruscus est alter ab homine: coruscus est homo: ergo coruscus est alter a se ipso. Soluit negando consequētiam: quia ibi mutatur quid in quale quid: omne enim commune est quale quid: & singulare hoc aliquid. Ex prædictis infert Philosophus vnam solutionem generalem omnium paralogismorum in dictione: dicens, quòd respondens debet semper dicere, quòd accipit propositionem in sensu opposito, in C quo capit opponens.

Alius paralog. in quo quid in quale mutatur

An tantum sint duo modi soluendi paralogismos.

QVAERITVR, vtrum sint tantum duo modi soluendi paralogismos, scilicet per interemptionem, & per distinctionem. Et arguitur primo, quòd non; quia tot sunt modi soluendi quot sunt modi syllogismorum peccantium: sed tres sunt modi talium syllogismorum: quia quidam peccant in materia tātum: quidam in forma tantum: quidā in materia, & forma simul. Secūdo sic: Nullus syllogism9 debet solui per distinctionē: ergo non sunt duo modi soluendi. Antecedens ꝓbatur, quia oīs syllog. habens falsitatē, debet solui per interemptionē falsitatis: sed omnis syllog. qui soluitur est falsus: igitur. Tertio sic: Multiplex significat sua significata disiunctiue: ergo nullum multiplex debet distingui. Antecedēs patet per Philos. 2. Topi. dicentem, ꝙ ad construendum, vel destruendū multiplex, sufficit ipsum construere, vel destruere in vno sensu: quod non esset, nisi importaret sua significata disiūctiue. Quarto sic: multiplex significat sua significata copulatiue: ergo nullū multiplex est distinguendum. Antecedens probatur per Philos. 1. Periher. vbi dicit, ꝙ si tunica imponatur ad significandū hoīem, & equum: erit idē dicere, tunica est alba, & dicere, hō est albus, & equus est albus. Quinto sic: Solutio ad hominem, & ad tempus sunt solutiones rectæ: ergo D sunt plures, quàm duæ.

B In oppositum est Philosophus in textu. In quæstione erunt tres articuli. Quantum ad primum.

Art. 1. PRIMO sciendum, quòd pro declaratione quæstionis supponitur primo, quòd solutio recta est manifestatio falsi secundum quancúque positionem accidat falsum: cuius declaratio visa est in textu: sed solutio apparens est manifestatio apparens alicuius falsi non reddendo causam. Secundo supponitur, quòd interemptio idem est, quòd negatio, & est duplex, scilicet interẽptio consequentiæ, & propositionis positæ in consequentia. Interemptio consequentiæ habet fieri in syllogismis peccantibus in forma. & interemptio propositionis habet fieri in syllogismis,

Quid est solutio recta, & apparens

F quorum aliquæ præmissæ sunt falsæ: Vnde interẽptio consequentiæ habet fieri in omnibus paralogismis fallaciæ figuræ dictionis: & in omnibus paralogismis fallaciarum extra dictionem: exceptis illis, qui fiunt penes fallaciam petitionis principij, qui directe, & immediate non soluuntur, nec per interemptionem, nec per distinctionem: sed respõdens debet dicere opponenti, ꝙ petit principium. Iste tamen modus soluendi reducitur ad interemptionem: quia dicendo, ꝙ petit principium, interimitur probabilitas: interemptio vero propositionis habet fieri in omnibus paralogismus accipientibus aliquam propositionem falsam. Tertio, supponitur, quòd distinctio est manifestio alicui⁹ multiplicis dictionis, vel orationis. Ex quo patet, quòd omnis solutio recta fit per interemptionẽ, aut per distinctionem. Et si quis arguat, nulla est solutio recta: igitur. Antecedens patet; quia vel esset argumenti veri, vel apparentis: non apparentis: quia talis debet esse apparens, nec veri: quia argumentum verum est insolubile. Dicitur, quòd ad argumentum apparens non solum debet dari solutio apparens, sed etiam recta: vnde in syllogismo apparenti sunt duo, scilicet causa apparentiæ, & causa defectus, quo ad primum debet dari solutio apparens: quò ad secundum debet dari solutio recta.

Quid est distinctio

G

SECVNDO sciendum, ꝙ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima: vtrum sit necesse ibi determinare de solutionibus paralogismorum. Respondetur, quòd est necesse secundum quid, idest si velimus habere perfectam scientiam de syllogismis sophisticis, & si nos non velimus redargui: sed non est necesse simpliciter, cum possumus bene esse sine talibus solutionibus. Et siquis arguat: quicunq; scit aliquid componere, scit ipsum soluere: sed per primum librum scimus componere syllogismos sophisticos: ergo etiã per illum scimus resoluere. Respondetur, quòd hoc fuit satis solutum in textu: potest tamen dici, quòd non oportet, quòd quicunq; scit, idest habet scientiam componendi, habeat etiam scientiam resoluendi illud: immo multotiens videmus oppositum. Et si quis inferat: dialecticus habet considerare de istis solutionibus: quia habet considerare de illis, quæ peccãt contra syllogismum

Difficultates circa tex. incidentes.

H

A dialecticum. Respondetur quòd non oportet nisi forte per accidens: sed habet cõsiderare primo & per se qualiter componãtur syllogismi dialectici.

Tertio sciendum, quòd secunda difficultas est ista; vtrũ aliquis syllogismus sophisticus sit soluẽdus per negationem cõsequentiæ? Et videtur ꝙ non; quia hoc maxime esset: quia talis consequentia appareret esse & non esset: sed hoc non: quia nihil apparet esse aliud quam sit; quia nihil apparet esse aliud q̃ ens; ergo nihil apparet esse aliud quàm est, consequentia videtur esse bona ab æquiualentibus. Pro solutione supponit ꝙ ista duo signa. s. idem & aliud sunt signa q̃ tantummodo referunt terminos substãtiales: ideo

B dñr signa ꝑdicamenti substãtię: sicut ista tale & quale dñr signa terminorum accidentalium, & non referunt nisi terminos accidentales. Exemplum primi: vt sortes est aliud q̃ Plato. i. sortes est alia substantia q̃ Plato. Exẽplum secundi: vt sortes est talis qualis est Plato i. sortes est aliqualis & talis est Plato. Ex quo sequitur ꝙ differentia est inter istas duas propões, sortes apparet esse aliud q̃ ipsum est: & sortes apparet esse aliud q̃ est. Prima valet tm̃ sicut ista, sortes apparet esse ens alicuius speciei, & ipse non est illius speciei: & secũda valet tantum, sicut sortes apparet esse aliud quàm ens, & est falsa: Ex isto ponuntur tres cõclusiones. Prima, aliquid apparet esse tale quale nõn est: vt syllogismus sophisticus apparet esse bonus & non est. Secunda, aliquid apparet esse aliud quàm ipsum est: nam aliquid apparet C esse alicuius speciei, & tamen illius non est: vt si sortes à longè videatur gradiens sicut asinus & indutus pelle asinina, appareret esse speciei asini, & tamẽ nõ esset. Tertia, aliquid non apparet aliud quàm est: ideo ista est falsa, aliquid apparet esse aliud quàm est: quia sensus est, aliquid apparet esse aliud quàm ens. Et per hoc soluitur difficultas:

Quarto sciendum quòd est alia difficultas: Vtrum ista sit concedenda, aliquis propositionem veram credit esse falsam? Et videtur quòd non: quia ex ipsa in bona consequentia sequitur vna falsa: igitur. Antecedens probatur: quia bene sequitur aliquis propositionem verã credit esse falsam: ergo aliquis credit propositionem veram esse falsam: sed consequens est falsum, & bona consequentia: quia nomina & verba transposita idẽ significant. Pro solutione supponit quòd dñia est inter istas propões, aliquis credit propositionem esse falsam, & aliqs propõnem veram credit esse falsam: nàm secunda est modalis diuisa: & est sensus, aliquis propositionem q̃ est vera, credit esse falsam, & hoc est verum. prima est modalis composita: & est sensus, aliquis credit istam propositionem esse veram: propositio vera est falsa: & in illo sensu est falsa: & per hoc soluitur difficultas: Vnde credere aliquam propositionem non esse veram non est aliud quàm assentire firmiter illi propositioni tanqnam veræ. Et hæc de primo art. Quantum ad 2m.

An ista sit concedenda. Aliquis propositionẽ verã credit esse falsam.

D

Dubi-

E *Arti. 2.* DVBITATVR primo. Vtrum ista sit concedenda ad disputandum vocaliter requiritur sermo. Et probat ꝙ sit vera: quia disputatio vocalis non potest fieri sine sermone: ergo ad disputandum vocaliter requiritur sermo, consequentia patet ab æquiualentibus. In oppositum arguitur: quia bene sequitur, ad disputandum vocaliter requiritur sermo; ergo sermo requiritur ad disputandum vocaliter, consequentia tenet per illam regulam: nomina & verba transposita idem significāt; sed cōsequens est falsum, cū nullus sermo requiratur ad disputandum vocaliter. Item conuertens istius ad disputandum vocaliter requirit̄ sermo est falsa: igitur. Antecedens patet: F quia cōuertens est ista quod requiritur ad disputandū est iste vel iste sermo: modo ista est vna affirmatiua falsa cuius subiectū pro nullo supponit. Item contradictoria eius est vera: igitur ipsa est falsa. Antecedens patet; quia contradictoria est ista, nullus sermo requiritur ad disputandum vocaliter; & ista est vera: igitur. Pro solutione supponit̄ primo ꝙ accusatiuus positus post ly requiritur & rectus a parte ante supponit confuse tātum. Supponit secundo quòd aliqui dicunt quòd propositio tantum valet sicut ista disputatio vocalis non potest fieri sine sermone: vel sicut ista, impossibile est disputationem vocalem fieri sine sermone. Alij dicunt ꝙ ex quo istud verbum requiritur, confundit terminum ꝙ in ipso includitur actus syncategorematicus, qui non est pars extremi: ergo totum hoc G quod requiritur ad disputandum non est prædicatum. ergo debet resolui in vnam aliam vbi non ponitur talis actus syncathegorematicus: puta in istā ad disputandum vocaliter conuenit sermo, & postea tunc debet conuerti. Supponitur tertio quòd de ista nomina & verba transposita idem significant diuersi diuersimode glosant. Nam dicunt aliqui quòd sic est intelligenda, nomina & verba vbicunq; ponuntur idem significant, sed non eodem modo. Alij dicunt quòd est vera retenta eadem suppositione, ampliatione, & restrictione. Alij dicunt quòd est intelligenda: dummodo ponantur ex eadem parte extremi: & ista magis videtur esse de mente Arist. Et per H ista possunt faciliter solui rationes de contradictoria alias dictū est quomodo terminus qui supponit confuse tantum ratione signi confusiui specialis, in contradictoria debet supponere confuse & distributiuæ distributione imperfecta. Dicunt tamen aliqui quòd non habet cōtradictorium nisi prius resoluatur.

Aliud dubium de ista ad disputandum vocaliter requiritur sermo.

DVBITATVR secundo vtrum omnis propositio in qua ponitur terminus æquiuocus sit distinguenda. Et arguitur quòd sic: quia aliqua propositio in qua ponitur terminus æquiuocus est distinguenda: ergo & omnis consequētia patet: quia nō videtur maior ratio de vna quàm de alia. Item omnis propositio plures est distinguenda: sed omnis propositio in qua ponit̄ terminus æquiuocus est pro-

An propositio in qua ponitur terminus æquiuocus sit distinguenda.

A propositio plures: igitur omnis propositio in qua ponitur omnis talis terminus est distinguēda. In oppositum arguitur: quia nulla propositio vna est distinguēda, omnis propositio est propositio vna: igitur nulla propositio est distinguenda. Consequentia tenet in celarent. Et minor probat per philosophum dicentem, ꝙ idem est propositio & propositio vna. Pro solutione supponitur ꝙ propositio capitur dupliciter. Vnomodo stricte pro propositione vna: & sic nulla est distinguenda. Aliomodo capitur large pro omni oratione habente modum propositionis: & sic propositio plures est bene propositio. Supponitur secundo ꝙ vt communiter dicitur, propositio dicitur æquiuoce de propositione vna & B propōne plures, & hoc a consilio.s. de propōne vna primo, & de ꝓpōne plures secundario: & sic tenendo illam regulam: talia sunt subiecta qualia permittuntur a prædicatis tā in æquiuocis a cōsilio q̄ a casu ista est concedenda, propō est distinguenda: oīs propō est distinguenda: propō est propō plures: omnis propō est propositio plures: qa in omnibus istis a parte subiecti ponitur terminus æquiuocus a consilio.s. iste terius propō & prædicatū .s. distinguēda vel plures solū cōuenit sibi pro vno significato.s. pro propōne plures: & ꝑ consequens virtute illi⁹ regulæ, ꝑdicatū restringit subiectum ad standū ad propōnē plures: iñ logici non aduertentes ad talē acceptionē negāt tales propōnes. Isto supposito ponuntur aliquę conclusiones probabiles. Prima: nulla propositio in qua ponitur terminus æquiuocus a cōsilio est distinguenda; & ista iā prius fuit probata secunda: aliqua propositio in qua ponitur terminus æquiuoc⁹ a casu est distinguenda ratione illius termini æquiuoci: qa illi propōni correspondent plures conceptus ꝓpōnales coniuncti: vt ista, canis est substātia; pro quo poniē talis regula: Omnis propō in qua ponit terminus æquiuoc⁹ cui correspondēt plures conceptus ꝓpōnales, est distinguenda. Tertia: aliqua propō in qua ponitur terminus æquiuocus restrictus est distinguēda, vt patet de ista, canis est coloratus. Quarta: nulla propositio in qua ponitur terminus æquiuocus restrictus ad vnum solum significatum, est distinguenda: sicut ista, canis est latrabilis, & per istas propositiones faciliter soluunē rōnes.

Conclusiones ex p̄dictis.

C

D

DVBITATVR tertio. Vtrum ista sit concedenda sine quacūq; distinctione, homo est pictus? Et videtur ꝙ non: quia bene sequitur, homo est pictus: ergo pictū est hō, ꝑ conuersionē simplicē consequens est falsum, cum subiectū non restringat ꝑdicatū. Itē bene sequiē, hō est pictus: ergo aīal rōnale est pictū: sed consequēs est falsū: igit cōsequētia patet ꝑ locū a diffinitione. Itē nulla substātia aīata est picta: oīs hō est substātia animata: ergo nullus homo est pictus. In oppositum arguiē ꝑ illā regulā: talia sunt subiecta &c. quæ sic intelligiē, vt dicūt aliq: qñ a parte subiecti ponitur terminus æquiuocus: & à pte ꝑdcati ponitur terminus sibi conuenens solū pro vno significato, tūc fiat ꝑ.

E cise pro illo: sed homo est terminus æquiuocus ad hominem verum & hominem pictum; igitur. Sed contra hoc arguitur; quia si sic, sequeretur quòd ista, esset concedenda; deus est accidens: virgo Maria est lignum: & sic de alijs; cōsequens est falsū: patet tamen consequentia: quia iste terminus deus, æquiuoce significat deum & istum terminum, deus: & prædicatum solū sibi conuenit pro termino: igitur. Propter istam dicunt aliqui ꝙ prædicta regula solum intelligenda est de termino æquiuoco a casu: ideo dicunt, quòd istæ sunt concedendæ, canis est sydus cęleste: canis est latrabilis. Secundo inferunt quòd ista est neganda, homo est pictus, & sibi consimiles. Alij sunt qui

F non vident rationem, quare in vna magis restringat quam in alia: ideo dicunt ꝙ regula debet intelligi, si propositio affirmatiua categorica est vera pro aliquibus suppositis & falsa pro aliquibus: tunc verificatio fiet pro illis suppositis, pro quibus ꝓpositio est vera; vt ista, hō est currens: dato ꝙ aliqui homines currant & aliqui non: & sic possunt solui orationes: ideo videas quid tenendū est. Et hæc de secūdo art. Quantum ad tertium sit.

CONCLVSIO responsalis ad quæsitum: tantum sunt duo modi soluendi paralogismos scilicet per interemptionē & per distinctionem. Et hæc cōclusio relinquitur probata ex dictis. Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur ꝙ paralogismi peccantes in materia & in forma soluuntur eisdem solutionibus sicut alij: ideo pro ipsis nō est ponendus vnus G modus soluendi. Dicitur vlterius quòd concessio non est solutio, sed magis debet dici responsio: cum non sit manifestatio falsi. Ad alias satis patet solutio in 1. articulo.

AD illos autem, qui secundum accidens: vna quidem & eadem solutio est ad omnes.

ISTVD est tertium capitulum, in quo docet soluere paralogismos extra dictionem: & diuiditur in septem partes. In prima docet soluere paralogismos accidentis: dicens quòd ad omnes paralogismos fallacię accidentis est vna solutio, scilicet negatio consequentiæ: quia non oportet quòd si præmissæ vniantur vel diuidantur cum medio in præmissis, quòd propter hoc vniantur vel diuidantur inter se in conclusione: & H ponit diuersos paralogismos. Primus, tu scis bonum; & bonum est quod intendo interrogare: ergo tu scis illud quod intendo interrogare. Secundus, tu cognoscis coruscum, & coruscus est veniens: ergo tu cognoscis venientem: & soluuntur isti duo; quia est variatio appellationis. Tertius, hæc statua est opus, hæc statua est tua; ergo statua est opus tuū. Quartus, ille canis est tuus, & est pater; ergo est pater tuus. Quintus, in foro sunt raro pauca, & pauca sunt pauca; ergo pauca sunt raro pauca; & ibi committitur fallacia, eo quòd in ipsis indebite arguitur a diuisis ad coniuncta. Et subdit philosophus quòd si aliquid attribuatur accidenti, ꝙ non oportet

Quō soluūtur paralogismi extra dictionē.

tet

A ter illud attribui rei subiectæ, nisi subiectum & antecedens pro eisdem adæquate supponerent. Deinde improbat tres solutiones antiquorum ad dictos Paralogismos. Prima, quòd non est inconueniens aliquem cognoscere & ignorare: sed erat incõueniens aliquem cognoscere & ignorare secundum idem. Reprobat hanc solutionem: q̃a omnium paralogismorum eiusdem fallaciæ debet esse idẽ modus soluendi generalis; sed talis non est huiusmodi; igitur. Et subdit ꝙ non est inconueniens eandem orationem habere plures defectus: & tunc talis non poterit solui per talem modum dicẽdi antiquorum. Secunda solutio antiquorum dicẽtium omnia esse multum & paucum, eo quòd multum & paucum dicuntur relatiua. Reprobat hanc solutionẽ; dicens quòd talis solutio nihil valet: quia nõ manifestat falsitatem. Tertia solutio antiquorum erat ꝙ ista est distinguenda, iste canis, est pater tuus. Hanc reprobat philosophus: dicens quòd solum nomen multiplex vel orõ multiplex est distinguenda: sed ibi non est nomen, nec oratio multiplex: igitur. Subdit etiam quòd nulla oratio truncata est distinguenda sicut ista, prudentia est disciplina malorum, vel ista, aufert mihi iram. In secũda parte docet soluere paralogismos secundum quid ad simpliciter: & primo dat solutionem generalem scilicet negando consequentiam: quia non est idem dictum simpliciter & dictum secundum quid: dicens quòd considerandum est ad cõ

Improbat solutiones antiquorũ.

B

tradictionem, si scilicet sumatur in præmissis secundum quid & in conclusione simpliciter: & ponit nouem paralogismos. Primus, quod non est est opinabile: ergo quod non est, est. Secundus; aliquid quod est non est homo: ergo aliquid quod est, non est. Tertius, sortes iurat se periurare: ergo bene iurat. Soluit negando consequentiam: quia iurare, se periurare non est bene iurare simpliciter, sed solum secundum q̃d Quartus, qui suadet furtum, dissuadet non furtum: ergo qui suadet, dissuadet. Quintus, ego dico falsum. Soluit; dicens quòd ille qui dicit illam propositionem, dicit falsum simpliciter & verum secundum quid. Sextus: diuitiæ sunt bonæ bene vtenti, & non sunt bonæ male vtenti: ergo sunt bonæ & non bonæ. Septimus, iustum est magis eligendum quam iniustum; ergo mori iuste est magis eligendum quam mori iniuste. Soluit: dicens quòd mori est magis eligendum quo ad agere quam iniustum, sed non quo ad pati. Octauus, scio hanc rem esse mihi adiudicatam: ergo scio hanc rem esse meam. Vltimus, iniuste passus dicit se fuisse passum iniuste: ergo dicit iniusta. In tertia parte docet soluere Paralogismos ignorantiæ Elenchi: dicens quòd omnes soluuntur; quia obmittũt aliquam conditionem necessario requisitam ad contradictionem: vt tu scis de corusco quòd est veniens & ignorans quòd est musicus: ergo tu scis & ignoras.

C

D

In quarta parte docet soluere Paralogismos petitionis: prin-

principij i dicens quòd omnes soluuntur dicēdo opponenti ꝙ petit principiū. In quinta ꝑte docet soluere paralogismos fallaciæ consequentis: dicēs ꝙ oēs soluuntur per negationē consequentiæ: quia licet prima consequentia sit bona, non tñ oportet ꝙ secunda sit bona: vt qñ arguitur à destructione añtis, ad destructionem consequentis: vel a pōne consequentis ad positionē añtis. In sexta parte docet soluere paralogismos ſm non cām vt causam: dicens ꝙ tales soluūtur dicendo ꝙ ꝑ ꝑ ꝑmissam superfluam non sequitur impossibile. In septima parte docet soluere paralogismos ſm plures interrogationes vt vnā: dicens ꝙ ad paralogismos huius fallaciæ nō est respondendum vnica responsione cum interrogatio fuerit plures: sed debent dari plures responsiones. Et hoc probat per vnum simile: nam licet propositio habens terminum æquiuocum cum sit vera in vtroq; sensu: vel falsa in vno & vera in alio: non tñ debet dari vna solutio simpliciter. s. concedendo, vel negando: quia apparenter duceretur ad metham. Similiter dicendum est de interrogatione plures. Et ponit vnum exemplum: vt si quæratur, sunt ne illa bona, vel mala demonstrato vno bono, & vno malo: si respōdeatur quòd sunt mala: ergo bonum est malum: & si respondeatur quòd sunt bona: ergo malum est bonū: ideo debet dici, hoc est bonū & hoc est malum.

IN illis autem quæ deducunt ad idem frequenter dicere manifestum.

G ISTVD EST quartum capitulum, in quo soluit paralogismos ducentes ad nugationem, & ad solæcismum: & intendit duas conclusiones. Prima, ad soluendum paralogismos nugationis, oportet negare illud principium: sophisticum nomen significat idem per se sumptum & iunctum cum alio: quia illud non videtur verum saltem in relatiuis & passionibus: quia duplum per se sumptum significat dimidium: iunctum vero cum dimidio non plus significat ipsum. Patet etiā in passionibus: quia simitas per se significat nasum: sed quando iungitur cum isto termino nasus, non significat nasum. Secunda: volens euitare nugationem debet addere subiecto determinationem, vel nomē ad suum adiectiuum. Docet secundo soluere paralogismos ducentes ad solæcismum: H dicens quòd debet responderi, quòd non bene arguit: quia incongruum non est verum, neq; falsum, & ponit exemplū quod veræ dicis esse, hoc est: sed lapidem veræ dicis esse: ergo lapidem est.

OPORTET etiam intelligere; quoniam omnium orationum aliæ quidem sunt faciles conspici.

ISTE EST vltimus tractatus huius libri, in quo determinat de his quæ sunt digna solutione: & de his quæ non sunt, & de syllogismo fatuo: & diuiditur in tria capitula. In primo ostendit quæ orationes sunt faciles ad soluēdum & quæ diffi- *Quæ orationes faciliter soluuntur.*

A difficiles: & dicit primo ꝙ omnes orationes, quæ fiunt secundum æquiuocationem sunt faciles: vnde fere omnes orationes secundum dictionem sunt faciles ad soluendum, & quasi ridiculosæ. Et ponit duo exempla de æquiuocatione. Primũ, vir sedens ferebatur gradatim: ista est duplex: nam primo significat ꝙ sedens ferebatur per gradus: & sic potest esse vera. Secundo significat ꝙ vir sedens gradiendo ferebatur: & sic est falsa. Secundum exemplum: boreas non est purus: quia affligit pauperem. Vnde purus duo significat. Vnomodo idem est quod innocens: & sic boreas non est purus: quia destruit pauperem. Aliomodo idẽ est quod serenus, vel purgans, & sic est purus. Subdit tamen ꝙ aliquæ B orationes factæ secundum æquiuocationem dicuntur difficiles: quia illæ sunt difficiles de quibus sapientes iudicant diuersimode: sed aliquæ orationes æquiuocationis sunt huiusmodi: nã zeno credebat, quòd ens tantum vnum significaret: alij vero dicebant, quòd ens & vnum multipliciter dicebatur. Consequenter soluit orationem solubilem: dicens ꝙ duplex est, scilicet acris & non acris. Vnde oratio acris siue difficilis ad soluendum, est quæ maxime dubitare & facit respondentem maxime alligat. Et dicit quòd est duplex, scilicet peccans in materia & peccans in forma. Et dicit quòd orationes peccantes in materia sunt acriores, hoc est difficiliores ad soluendum quàm peccantes in forma: quia

Oratio solubilis quomodo soluitur.

peccantes in forma non decipiunt nisi ignorantes logicam: C sed per peccantes in materia peritissimi decipiuntur. Et dicit quòd oratio peccans in materia dicitur esse acerrima quãdo ex præmissis valde probabilibus infertur propositio valde improbabilis. Sed dicitur minus acris, quando præmissæ non sunt multum probabiles: sunt tamen aliqualiter probabiles, & concludunt vnum manifeste falsum: Dicit etiam quòd interrogationes peccantes in forma illa est maxime acris de qua est dubium si sit syllogistica, vel non: sed illa dicitur minus acris, quæ faciliter apparet, quòd non est syllogistica. Ex quo infert, quòd orationum peccantium in forma aliquæ sunt digne solutione, & aliquæ non: vt in D quibus non est aliqua præmissarum, propter quam sequatur conclusio: sed illa est digna solutione quando faciliter nescimus distinguere an sit syllogistica, vel non. Et subdit incidentaliter diuersos modos soluendi dicens quòd aliquando fit solutio ad ipsam orationem aliquando fit solutio ad hominem ostẽdendo quòd male ordinat præmissas suas, sicut in syllogismo fatuo: cuius præmissæ non sunt bene ordinate: aliquando etiam fit solutio ad tempus quando respondens nescit soluere: & tamen cũ multis dictis pertransit tempus. Et dicit philosophus, quòd illa solutio est pessima, quæ eget plus temporis quàm disputatio exigat.

Orationis peccãtis in forma diuisio.

Ex

E Ex quantis ergo & qualibus fiunt disputantibus paralogismi & quomodo.

Recapitulatio.

ISTVD est secundum capitulum, in quo philosophus recapitulat ea, quæ dicta sunt in istis libris & libris Topicorum: dicens quòd dictum est ex quātis fallacijs fiunt deceptiones: dictum est etiam quomodo respondens ducitur ad metham: dictum est etiam de cautelis, de solutionibus: & quæ sit vtilis & quę non: & quomodo soluuntur apparenter & quomodo nō: Etiam in Topicis dictum est de prædicatis, de propositionibus, & de problematibus quatuor prædicatorum, & de considerationibus ad arguēdum de omni problemate, & de modo opponendi & respondendi dialecticè.

F

OPORTET aūt nos non latere, quod accidit circa hoc negocium.

Quæ ab antiquis logica sint inuenta.

ISTVD est vltimum capitulum, in quo philosophus ostēdit modum inuentionis logicæ, & dicit primo quòd illa quæ primo inuenta fuerunt à primis inuentoribus, parua erant, sed per succesionem temporis augmentum acceperunt: & dicit quòd primo inuenta fuerunt principia communia: & dicit quòd licet principia sint parua in magnitudine, sunt tamen maxima in virtute & difficillima ad inueniendum: quibus inuentis, facile est addere: & dicit quòd tempore suo de hac arte nihil erat traditum quod haberet aliquid ordinis: immo tradita erāt sine ordine: puta habendo multas regulas & multa argumenta sine quocunque ordine. Ex quo infert quòd talis doctrina, quę erat ab antiquis, tradita erat facilis: quia ibi non erant nisi quædam regulæ sine demonstratione. Et subdit quòd de syllogismis sophisticis nihil pœnitus erat traditum ante tempus suum saltem per modum artis: ex illo vult habere quòd fuit verus inuentor hujus scientiæ, & se compleuisse sufficienter hanc artem: ideo concludit quòd de non bene dictis, & de omissis detur sibi venia: & de inuentis & bene dictis dentur sibi grates. G

An philosophus sufficienter doceat soluere paralogismos extra dictionem. H

QVAERITVR Vtrū philosophus sufficientèr doceat soluere paralogismos extra dictionem. Arguitur primo quòd non: quia paralogismi petitionis principij peccant in forma, & tales debent solui per distinctionem, vel per negationem cō sequentiæ: igitur non bene docuit soluere tales syllogismos. Maior patet: quia omnis syllogismus sophisticus peccat in materia, vel forma: sed paralogismus petitionis principij non peccat in materia: ergo in forma. Secundo sic: Petitio principij peccat contra argumentationem: ergo peccat in forma. Antecedens patet: quia petitio principij non facit fidem de re dubia cum nihil probet: igitur. Tertio sic: Petitio principij peccat contra syl

logi-

A logismum simpliciter: ergo peccat in forma. Antecedens patet per philosophũ in textu: & præcipue in primo, vbi dicit q̃ omnes paralogismi sunt immodificati. Quarto sic: Ad interrogationē plures, danda est vna responsio. Antecedēs patet: quia ad omnem propositionem, quæ sic est vera, q̃ nullo modo est falsa, danda est vna responsio; sed aliqua interrogatio plures est huiusmodi: igitur. Minor patet; quia ista est interrogatio plures, Vtrum isti sunt videntes, demonstrato vno ceco & vno vidente, & tamen est falsa: igitur. Quinto sic: Interrogatio plures est propositio, cum propositio diuidatur in propositionem vnam, & propositionem plures: sed ad omnem propositionem respondendum est vna responsione igitur. In oppositũ est,

B philosophus in textu. In quæstione erunt tres arti. Quantum ad primum.

Arti. 1. PRIMO sciendum, q̃ circa textum incidunt aliquæ difficultates. Prima, vtrũ ad hoc quòd aliqua oratio faciat fallaciam æquiuocationis, vel amphibologiæ, requiratur: quòd principaliter plura significet. Et videtur quòd non; quia æquiuocatio, & amphibologia possunt fieri, secundum illam orationem, quicquid ridet habet os: pratum ridet: ergo pratum habet os: & tamen ibi non est aliquis terminus, qui principaliter plura significet: neque ipsa oratio principaliter plura significat. Ad hoc respondetur, quòd nunquam est æquiuocatio, vel amphibo-

Propō, vt faciat fallaciā æquiuoca. vel amphibolog. quid requirit.

logia, nisi sit aliquid distinguendum, & hoc saltem secundum principium, vel secundum modum. Dicitur secundo, quòd non requiritur, quòd terminus, vel oratio principaliter plura significet. C

SECVNDO sciendum, q̃ secunda difficultas est talis: Vtrum ista sit concedenda, aliquid significat, quòd non significat? Et videtur q̃ sic: quia chimera aliquid significat; cum sit nomen, & tamen nihil significat: quia chimera non est imaginabilis: ergo non est significabilis. Consequentia probatur: quia ad hoc q̃ aliquid possit significari, oportet q̃ sit imaginabile, & antecedens probatur: quia implicans contradictionem non imaginatur; sed chimera implicat contradictionem: ergo non imaginatur. D

Aliqd si gnificat, quod non significat an concedenda.

Pro solutione supponitur quòd illa propositio potest habere multos sensus. Vnus est q̃ iste terminus, aliquid, significat aliquid q̃ significat iste terminus non materialiter captus: & sic conceditur; nam aliquid significat illam vocem quæ non significatur per seipsam. Alius sensus est q̃ aliquid significat aliquod quod non est significatiuum; quia significat rem, quæ est lapis, quæ non est significatiua. Alius sensus est: aliquid significat aliquid & non significat illud; & sic est falsa; & ad improbationem visum est aliàs, quomodo chimera potest dupliciter diffiniri. Vnomodo quòd est aliquid compositum ex capite leonis &c. & sic bene est imaginabile & si-

Pa. 224. A.

B gnificat. Aliomodo vt est compositum ex impossibilibus posse componi: & sic est, imaginabilis & significabilis.

TERTIO sciendum, ꝙ tertia difficultas est ista; Vtrum ista propositio, omnia sunt eadem sibi: possit causare aliquam fallaciam. Pro cuius solutione supponitur ꝙ illud signum omnia, potest capi dupliciter. Vnomodo collectiue: & sic est vna indefinita falsa: nam omnia simul collecta non sunt eadem sibi: & isto modo non causat proprie aliquam fallaciam: cum ipsa sit simpliciter falsa: vnde ly omnia, captum collectiue facit terminum sequentem supponere confuse tantum: sub quo debet fieri descensus copulatus: vt omnes Apostoli Dei sunt duodecim: ly Apostoli Dei supponit confuse tantum, sub quo

F fit talis descensus: ergo isti Apostoli Dei & isti Apostoli Dei sunt duodecim. Aliomodo capitur ly omnia, distributiuè: & sic talis propositio est vera de rigore logicę propter reciprocationem, quæ sibi denotatur: & si isto modo præcise capiaẗ, nõ videtur facere aliquam fallaciã; si tamen caperetur ly omnia, vt subordinatur duabus propositionibus indisiunctim captis, posset causare fallaciam æquiuocationis. Sed restat alia difficultas, an inuenire principium sit difficilius, quàm alia sequentia inuenire? Et dicitur quòd non: quia principia cognoscuntur ab omnibus cognitis terminis; igitur: Ad difficultatem respondetur quòd duplicia sunt principia: quædam

Oia sunt eadem sibi: an lateat aliqua fallacia.

Principiũ inuenire, an difficiliꝰ, quam reliqua.

G sunt communia & simpliciter prima; & ista inuenire non est difficile, sed forte multum vtile. Alia sunt principia propria alicuius artis & scientiæ; & talia inuenire est difficile & multum vtile: nam ipsis inuentis, facile est aliquid ipsis addere.

QVARTO sciendum, quòd circa textum incidit talis difficultas; an diuisio orõnis in orationem faciliter solubilem & difficulter solubilem sit sufficiens? Et videtur quòd non: quia eadem oratio potest esse difficulter solubilis & faciliter solubilis: nam aliquis perfectiori modo potest intelligere vnam propositionem, quàm alter. Respondetur quòd illa diuisio est sufficiens: si facillitas & difficultas sumantur ex parte ipsarum orationum, & non ex parte intellectus. Et siquis dicat: si hoc esset verum, sequeretur quòd difficultas intelligendi res prouenirec ex parte ipsarum rerum & non ex parte nostri intellectus: quod est falsum: nam tota difficultas intelligendi res prouenit ex parte nostri intellectus: Respondetur, quòd difficultatem cognoscendi res prouenire ex parte intellectus intelligitur dupliciter. Vnomodo quòd res non cognoscatur sub tam perfecto gradu cognitionis, sub quo potest cognosci; & sic prouenit ex parte intellectus; vel quòd non cognoscatur sub tanto gradu perfecto cognitionis sicut illa res; & sic prouenit ex parte rei. Et hæc de primo arti. Quantum ad secundum.

Oratio an sit bene diuisa.

H

Obiectio.

DVBI-

A Artic. 2. *Ego dico falsū, an vera.* DVBITATVR primo, Vtrum hæc propositio, ego dico falsum sit vera, vel falsa: supposito quòd nihil aliud dicam. Arguitur primo quòd non: quia per illam propositionem taliter significatur, qualiter est: ergo ipsa est vera. Antecedens patet; quia per eam significatur me dicere falsum, & ita est: ergo ipsa est vera: & quòd sit falsa patet: quia falsificat seipsam: igitur. Pro solutione huius dubij est aduertendum, quòd illud dubium quærit de veritate & falsitate propositionum insolubilium: de quibus diuersæ sunt opiniones; vt aliàs videbitur in tractatu de insolubilibus. *Proposi-tio habēs reflexionē supra se & propō insolubilis differunt.* Sed pro nunc supponitur quòd differentia est inter propositionem habentem reflexionem supra se, & insolubilem. Vnde illa propositio dicitur habere reflexionem supra se; quæ aliquomodo seipsam significat; vt omnis B propositio est affirmatiua. Sed propositio dicitur insolubilis quæ significat seipsam sub ratione falsi. Et ex isto sequitur, quòd omnis propositio insolubilis est habens reflexionem supra se: sed non econtra: & dicitur insolubilis; quia cum difficultate est solubilis. Et aduerte quòd propriè ad insolubile tres conditiones requiruntur. Prima quod sit sophisma, ex quo apparenter & non vere sequatur cōtradictio, defectu cuius ista propō nō est insolubilis; hō est animal. Secunda: quòd aliqualiter seipsam significet mediatè, vel immediatè: defectu cuius ista non est insolubilis: tantum pater est. Tertia, quòd significet seipsam sub rōne falsi: ideo C ista non est insolubilis: omnis propositio est affirmatiua. Aduerte vlterius, quòd dicunt aliqui quod propositiones insolubiles non sunt propriè propositiones, sed propositiones plures: vt ego dico falsum subordinatur istis duabus propositionibus indistinctim captis; ego dico falsum: & hæc propositio est falsa, demonstrando per ly hæc primam propositionem. Alius est modus dicendi, quod qualibet propositio insolubilis est vna copulatiua, cuius prima pars denotatur per insolubile, & illa demonstrat illam eandem propositionem: vt hæc propositio, ego dico falsum: & hæc propositio est falsa: demonstrando per ly hæc primam propositionem: & isti duo modi sunt multum probabiles. Est tamen alius modus D qui tenet ipsas esse categoricas, sed ille est magis difficilis: & de istis aliàs videbitur in Insolubilibus. Vnde tenendo secundum modum, pro nunc respondetur ad dubium, quod talis est falsa: ad probationem dicitur, quod ad propositionem esse veram non sufficit taliter esse qualiter significat: sed requiritur taliter esse qualitercunque ipsa significat: & quod non sit falsificans seipsam: modo talis non est huiusmodi: igitur. Vnde stat aliquam propositionem esse falsam, quæ qualitercunque significatur esse ita est: ideo hoc non sufficit ad propositionem veram: sed cum hoc requiritur, quod non falsificet seipsam.

DVBITATVR secundo,

E Vtrum in aliqua bona consequētia ex vero sequatur falsum. siue sit in propositionibus insolubilibus siue non. Et videtur ꝙ nō per philosophum. 2. Priorum. In oppositum arguitur; posito casu ꝙ non sint nisi tres propositiones vniuersales scilicet omnis homo est asinus, nullus homo est animal: & hæc, omnis ꝓpositio vniuersalis est falsa: tunc arguitur sic; bene sequitur illa propositio vniuersalis est falsa, & illa: & non sunt plures: ergo omnis propositio vniuersalis est falsa: consequētia patet inductiue: & antecedens est verum, & consequens falsum: igitur. Item contradictorium consequentis dictę consequentię repugnat antecedēti, s. aliqua propositio vniuersalis non est falsa; igitur. Pro responsione est aduertendū quod dicunt aliqui ꝙ in istis insolubilibus ex vero potest sequi falsum. Sed aliter potest dici secundum alium modum, ꝙ in bona consequentia ex vero non sequitur falsum. Et faciliter respondetur ad rationes. Ad primam dicitur, ꝙ ibi non arguitur inductiue, cum cōsequens sit vna propositio hypothetica: Potest etiam dici, ꝙ ibi committitur fallacia secundum quid ad simpliciter; quia per antecedens exprimitur pars significati consequentis, & non totale significatum consequentis: ex quo consequens est vna propositio hypothetica copulatiua æquiualēs isti; omnis propositio vniuersalis est falsa: & hæc est falsa, demonstrando per ly hæc, primā partem copulatiuæ. Ad confirmationem dicitur, ꝙ illa non est sua contradictoria: sed ista, omnis propositio vniuersalis est falsa; quæ est disiunctiua de partibus cōtradicentibus partibus copulatiuę.

An ex vero sequatur falsum.

F

G

Dvbitatvr tertio. Vtrum ista consequentia sit bona: omnis propositio est affirmatiua: ergo nulla est negatiua. Arguitur primo ꝙ non: qa possibile est antecedens esse verum, & impossibile est consequens esse verum: igitur. Antecedens patet: nam possibile est illam esse veram: omnis propositio est affirmatiua; vt posito casu, quòd solum sit ista propositio, omnis propositio est affirmatiua: sed impossibile est illā esse veram, nulla propositio est negatiua, quandocunque formabitur: ipsa est falsa: quia significat, quòd nulla propositio est negatiua: & tamen ipsamet est negatiua. In oppositum arguitur: quia oppositum consequentis repugnat antecedenti: igitur. Respondetur semper tenendo primum modum, quòd talis consequentia non est bona, quia ibi arguitur ab vna propositione ad vnam copulatiuam: & istud faciliter potest videri tenendo illum secundum modum. Et hæc de secundo art. Quantum ad tertium sit.

Omnis propositio est affirmatiua: ergo nulla est negatiua an cōtra.

H

Conclvsio respōsalis. Philosophus sufficiēter docuit soluere paralogismos extra dictione: & hæc conclusio relinquitur satis probata ex dictis. Ad rationes: Ad primā dicitur, quòd minor est vera: loquendo de paralogismis, quorum solutio cadit supra aliquam præmissarum

Arti. 3.

A sarum: sed paralogismi quorum solutio cadit supra consequentiam debent solui per interemptionem consequentiæ. Vnde nō semper oportet aliquam præmissarum syllogismi peccantis in materia esse falsam: sed sufficit quòd non sit magis probabilis, quàm conclusio. Ad secūdam dicitur, quòd petitio principij bene peccat contra argumentationem probatiuam, & propriè dictam: sed non contra argumētationem generaliter dictam. Ad tertiam patet solutio. Ad Quartam negatur antecedens: & ad probationē dicitur, quòd C aliquando ad interrogationem plures bene potest dari vna responsio; non tamē sic est respondendum; ne videamur redargui apud assistentes. Et dico quòd talis responsio vna erit responsio vna: & hoc non est inconueniens. Ad quintam patet solutio: nam interrogatio plures, neque propositio plures est propositio: cum non sit propositio vna; modo dictum est in textu, quòd idem est propositio, & propositio vna.

QVOTATIONES (VT VOCANT) *siue mauis citationes Commentariorum, quæ sparsim in Summulis reperiuntur.*

284

QVOTATIONES
COMMENTARIORVM
MAGNAE LOGICAE.

Pag.

Pag.229 H,vt visum est in 2.Prio.pag.189 D,E,H
Pag.231 D,satis visum est in 1.Prior.pag.134 F
Ibid.in 1.Posterio.pag.195 D,& inde
Pag. 241 H,vt visum est in Summulis,pag.170 F
Pag.242 A,de istis satis visum est in 2.Prior.pag.185 B
Pag.246 G,vt visum est in Priorib.pag.140 F
Pag. 252 F,vt iam aliàs visum est,pag.232 E
Pag 259 E,vt superius visum est,pag.201 D
Pag.260 D,vt aliàs visum est,pag.27 E, 31 H
Pag.263 A,de quo satis visum est in Summulis, pag.118 D,& inde
Ibid.B, & de ista satis visum est in 2.Prior.pag 187 H
Pag. 264 D,vt aliàs visum est,pag.56 E
Pag. 267 H , & de omnibus istis satis dictum est in Summulis, pag.107 D
Pag.271 H,vt iam aliàs visum est,pag.233 C
Pag.273 F, vt visum est in 1.Topic.pag.233 B
Ibid. H,& de hoc visum est in 2.Prior.pag.188 E
Pag.277 H,aliàs dictum est,pag.112 D

ERRATA NOTABILIORA.

PAgella 2 G,deberet. lege:differt. 5 B,hæreticum:Henricum. 13 F,dist.31:13. 16 C,neque ad:neq; est. 18 A,quod est creatum: quod neque est creatum. 21 H, secundum : scilicet. 23 C, primum:principium. 27 B,nam:natura. 29 C,eiusdē: eisdem. 30 D, fundamentum : sed per fundamentum . 31 B,qua non: quasi in. 33 C, sit numero : sit vnus numero. 46 A,affinit: adsint. Ibid.C,eadem in specie : in eadem specie. 47 F,inferius & superius : inferius superius. 48 D,deus posset: deus non posset. Ibid.E,rationabilior : rationalior. 50 F,propositione:ꝓbatione: 53 C,male : materiale. 55 C,hoc est studiosus : homo est studiosus. 58 H,Scot.in 1 : Scot.in 2. 65 H,idest hoc aliquid : idest, est hoc aliquid. 70 F,homini : huiusmodi. 71 E,quantitatis: quātis: 80 H,realiter:realis. 89 C,autem : aut. 92 H,secundum modum : secundum secundum modum . 93 H,pro eodem : & pro eodem. 94 A,qñq; est:qñq; etiā. Ibid. homo est hoc est. 97 E,mediate: mediante quo. Ibid.C,habet:habet etiam. 99 B,Secundo modo: Secnndo. 101 D,Prædicamenta : prædicata. 106 B,notitiis con ceptibus: notitiis, seu conceptibus. Ibidem E,actu verbo: actu in verbo. 107 H, propositionalis est b : propositio a,est b. 108 D, vniuersaliter : non vniuersaliter. 109 F,propositio : oppositio . 118 D,substantia : subiecto. 119 B , quod idem ; eo quòd idem . 125 D , prædicatorum : prædictorum . 131 A , iustus : iniustus . 132 D, dicatur ad : dicatur ad quintam . 134 B,quod : quod est . 136 G, relatiua : regulatiua. 138 C,fit:fit. Ibid.D,subiecta : substantia. Ibid.G,aliud:aliquid. 141 F,H,valet:videlicet. 153 E, et est:vt est. 157 H, hoc est non est : hoc est , & non est. 164 A, secunda pro : pro secunda. 166 A, incōmensurabilem : cōmensurabilem. 171 G, non prædicatum : quando prædicatum. Ibid. dicunt ; debent. 172 A,intelligendum autem : intelligendum est. 174 A,syllogismus : quando syllogismus. Ibidem G, modo non est : modo non ens non est causa. Ibidem H,conclusiones ; plures conclusiones. 179 H , simile ; simul . 183 D, ne dicatur est ; ne ducatur ad. 184 B,si est; si non est. 189 E, consequentiæ:consequente. 190 F,condictio:conclusio. 201 F,dicit Sco: q.7. quotlib. Ibidem,intelligere Scot.lib.1.dist.39. in princ. propriæ resol. 203 Suppositio vera:suppositio est vera . 215 D, eius,de : eiusdem. 217 B,prædicamenta : prædicata. 222 D,a syllogismi : a simili. 224 E,diuisio; definitio. 226 C,diuisionem ; diffinitionem . 228 B,siue fugiendo : sine fugiendo. 229 E , & eius memoria : & ex eius memoria. Ibidem F, propositiones : propones. Ibidem quædam se : quædam sunt. 230 B, Mirando : miraculo. Ibidem G,duas : dans. 239 H,situm : si tùm. 241 F,quòd quam:aliquā . 246 B,vt hoc: & hoc. 247 D,Et dic: & dicit. 252 H,intelligere: intelligitur . 262 E,quis est : qui es . 264 H, quæst.1. quæst.2.

286

265 B, non est aliud : non est aliud quàm. 268 G, qui in dicto: quod in dicto. Ibidem H, qui nisi : quia nisi. Ibidem, quæ non: quæ si non. 270 C, de eo : de Deo. 275 F, dicunt : debent. 276 A, importat : improbat. 277 H, de contradictoria : De contradictoria. 279 A, antecedens : accidens. 280 B, & facit : facit ; &.

FINIS.

C.

B in quale:in quid sunt duo,s. genus, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: & species. quæ prædicatur de pluribus differentibus numero.Si in quale hoc est dupliciter, vel in quale essentiale, & sic est differentia vel accidentale: & hoc dupliciter, Vel conuertibiliter, & sic est proprium: vel non conuertibiliter, & sic est accidens.

TERTIO sciendum, q pro declaratione secundæ partis quæstionis mouetur talis difficultas: Vtrum vniuersale sit gen^9 ad quinque vniuersalia. s. ad genus, speciem, differentiam, proprium, & accidens.

An vniuersale sit gens ad quinque prædicabilia.

Et arguitur q non: Vniuersale nō est vniuocum ad illa quinque:ergo non est genus ad illa: patet consequentia: quia nihil est genus ad aliqua, nisi sit vniuocum ad illa. Et antecedens F probatur, quia nihil est vniuocum ad substantiam, & accidens: sed sic est quòd aliquod vniuersale est substantia, vt hō: aliquod accidens, vt color: igitur &c.Secundo sic,nullum vniuersale est genus ad ista quinq;: ergo vniuersale non est genus ad quinque vniuersalia. Antecedens patet inductiue: quia nec genus est genus ad quinq; vniuersalia:nec species,nec dřia:& sic de alijs. Tertio sic. Si vniuersale esset genus ad quinque vniuersalia; sequeretur, q esset genus ad seipsum: consequens est falsum & impossibile. consequētia patet: quia esset genus ad omnia vniuersalia: & ipsummet est vniuersale: igit &c.

Quarto sic.si vniuersale esset genus ad quinque vniuersalia: vel esset genus generalissimum, G vel genus subalternum: non generalissimum; quia iam essent plura generalissima, quā decē: nec subalternum: quia genus subalternum debet contineri sub aliquo genere generalissimo: sed non est aliquod generalissimum, sub quo contineatur vniuersale: igitur. Quinto sic: Si vniuersale esset genus ad quinque vniuersalia, sequeret q genus & differētia essent species vniuersalis: & sic species prædicaretur de genere, & differentia; quod est falsum: quia membra bonæ diuisionis non possunt de se inuicem prædicari: neque vna species videtur prædicari de alia. In oppositum arguitur; quia illud est genus, quod vniuoce, & in quid prædicatur de pluribus, differentibus specie:sed vniuersale respectu quinque prædicabilium est huiusmodi:igitur. Quod prędicetur vniuoce:patet,quia prædicatur vno nomine, & vna ratione de ipsis. Quod prædicetur in quid,patet: quia ad interrogationem factam per quid de genere & specie conuenienter respondetur vniuersale: igitur. H Et quòd illa quinque differant specie, patet:quia notum est quòd plus differunt genus & species; quam genus, & genus: sed genus & genus differūt numero: ergo genus & species differunt plusquam numero: & non nisi specie igitur &c.

Vide 16. 6.q. quæstit.

Sed pro maiori declaratione supponitur quòd vniuersale potest capi dupliciter: Vnomodo primæ intentionaliter, seu pro denominato: & sic non est genus ad illas quinque intentiones.

A nes. Aliomodo capitur pro per se significato, seu secundæ intentionaliter: & sic est bene genus ad illas quinque intentiones. Et si quis dicat: vniuersale pro per se significato est vna secunda intentio: sed quælibet secunda intentio est vna numero: igitur non erit genus. Respondetur, quòd licet quælibet secunda intentio per se, vel per accidẽs sit vna numero; tamen a multis, seu ab aliquibus potest abstrahi conceptus, qui erit gen⁹, vel species; sicut in primis intentionibus. ideo restat soluere rationes. Ad primam dicitur, ꝙ nullũ vniuersale captũ pro per se significato est substãtia vel accidens: sed est ens rationis: ideo præsupponit vnum falsum: præsupponit etiam ꝙ vniuersale sit genus ad vniuersalia, capta pro denominato, quod est falsum. Ad secundam dicitur, ꝙ ibi est fallacia figuræ dictionis arguendo a suppositione personali ad simplicem: nec ibi arguitur ab vniuersali ad indefinitã: quia vniuersalis & sua indefinita debent semper habere subiecta in eodem gñe suppositionis: mõ qñ dicitur, vniuersale est genus, ly vniuersale supponit simpliciter, sicut in ista: aĩal est genus: sed in illa: nullum vniuersale est genus, supponit cõfuse & distributiue. Ad tertiam dr̃, negando cõsequẽtiam: & ad probationẽ dr̃, ꝙ vniuersale est bene vniuersale, sed non contentũ sub ipso vniuersali. Dr̃ vlteri⁹, ꝙ genus, qđ est species ad vniuersale, põt bñ denoĩatiue pdicari de ipso vniuersali, qđ est ei⁹ superi⁹: nec hoc est incõueniẽs in istis secundis intentionibus.

Obiectio.

B

Scot. vbi supra.

Ad quartã dr̃, ꝙ est genus subalternũ: & ad improbationem dr̃, ꝙ continet sub gñe gñalissimo, qđ est secunda intentio, seu ens rõnis: quod est vnũ generalissimum intentionale: iõ põt poni ordinatio in istis secundis intẽtionib. suo modo, sicut in intentionib. primis: nec hoc vr̃ esse inconueniẽs. Ad quintam dr̃, ꝙ oẽs istę conceduntur: genus est species: species est species: differentia est species: & sic de alijs; nec est incõueniens vnã speciẽ denominatiue pdicari de alia. Vnde qñ dr̃, genus est species; species, ibi denominatiue pdicatur de gñe, sicut in ista, hõ est species. Et si qs dicat: ergo idẽ denominatiue prædicabiť de seipso: nã sicut ista est denoĩatiua, genus est species: ita ista; species est species, cũ species sit species vniuersalis, sicut genus. Rñdeť, ꝙ istæ intẽtiones possunt capi dupliciter. vnomodo, vt quid, qñ ipsis aliquid attribuiť. Aliomodo, vt modus, qñ attribuunť aliis: vnde qñ dicitur, genus est species, genus accipitur vt qd: quia est illud, cui attribuiť species: & species accipitur vt modus; qa attribuitur alteri: & iũc dico, ꝙ non est inconueniẽs in istis intentionibus idẽ prędicari de seipso denominatiue: dummodo in subiecto accipiatur, vt quid: & in prædicato, vt modus, vel econtra.

C

Sco. in 4 dis. 1. q. 2.

Idem in Summulis Car. 6. B.

D

Sco. in 1. di. 2. q. 5. in respon sione ad secũdum arg. principale.

QVARTO sciẽdum, ꝙ circa textum incidit talis difficultas: Vtrum vniuersale de quo loquitur Porphyrius; sit substantia, vel accidens. Pro cuius declaratione supponitur, ꝙ Porphyrius principaliter intendit loqui de vniuersali pro per se signi-

An vniuersale sit substãtia uel accidens.

F tur aliqd extrinsecā diffinitio: & talibus diffinitionibus diffiniunt oēs secūdæ intētiones; & ēt omnia accidentia respectiua, & ēt absoluta:nā accidēs absolutum,siue in concreto,siue in abstracto non pōt diffiniri cōplete,& diffinitione quietāte intellectū, sine termino suę depēdētiæ, q est subiectū. Et siqs dicat, habet genus,& differētiā: cōcedo:& pōt intelligi quantum ad quodlibet eius:nihil intelligendo de sua depēdētia, vel termino illius depēdētiæ: cōcedo: ergo potest habere diffinitionem quidditatiuā, non datā per additamentum. Rñdeo, ꝙ potest bene asignari aliqua ratio per essentialia,indicās totam essentiam illius:,sed illa propriè non esset diffinitio : quia non esset expresiua perfecti conceptus eius; neque quietatiua intellectus: Et aduerte ꝙ duplex est diffinitio purè quidditatiua :q̄dam est,cuius oēs partes ptinēt ad quidditatē diffiniti, sed non vt genus & differentia : vt diffinitiones generum generalissimorum, quæ dantur per ens, & modum intrinsecum ipsorū. Alia est, quæ datur per genus & differentiam: & de illa communiter dicitur, quòd sola species diffinitur : & ibi capitur species tam pro specie specialissima, quàm subalterna.

Obiectio.

F *Definitio pure qdditatiua duplex.*

Ex 7. Metaph. 14.

Secundo supponitur quòd ad hoc quod aliquid sit proprie diffinibile diffinitione quidditatiua: quinque conditiones requiruntur. Prima, quòd sit ens positiuum : & per hoc excluduntur non entia, & etiam priuatiua. Secūda, ꝙ sit ens per se vnū: & p hoc excludunt entia per accñs;vt hō albus, hō niger: q̄ non hñt ꝓpriè diffinitionē qdditatiuā. Tertia, ꝙ sit ens reale.i.cui nō repugnet hre verum esse: & per hoc excluduntur entia rōnis : cuiusmodi sunt secundæ intētiones, quæ solum diffiniuntur diffinitione data p additamentum. Quarta, ꝙ sit vniuersale : & per hoc excluduntur omnia singularia : quorum dñiæ nō pñt dici quidditates:cum de rōne quidditatis sit, ꝙ sit cōicabilis: Quinta, ꝙ sit cōpositum.i.ꝙ nō sit ens simpliciter simplex: & per hoc excluduntur simpliciter simplicia:cuiusmodi est ens,dñiæ vltimæ, & ēt propriæ pasiones. Ex his dr̄ primo,ꝙ diffinitio gñis data in rōne pdicabilis,est quidditatiua data per additamentū:quia in ea ponitur ille ablatiuus specie, qui supponit pro fundamēto correlatiui generis:quod nullo modo pertinet ad quidditatē generis. Ex quo sequitur,ꝙ diffinitiones secundarum intētionum semper dantur per additamentū. Et si quis dicat: Porphyrius dicit, ꝙ diffinitio generis est descriptiua : debet intelligi, non est pure quidditatiua.

Vide Sc. in 4.d.1. q.2.

G

Corollaria.

H

QVARTO sciendū,ꝙ circa text.incidit vna difficultas: Qūo intelligitur,ꝙ gen⁹ prædicetur de pluribus differentibus specie : & ꝙ genus saluatur in vna specie. Et arguitur primo, ꝙ genus non prędicatur de plūrib⁹ dr̄ibus specie: ista est falsa; genus de omni specie prędicat; ergo ista est falsa genus pdicat de pluribus differentibus spetie. Patet consequentia:quiā istę propositiones sunt synonimæ: cū sint de eisdem terminis, eodē modo

Genus quomodo prædicatur de pluribus differentib⁹ specie.

B modo supponentibus. Respõdetur, quod ille terminus de pluribus non tenetur comparatiuè, sed positiuè: vt visum est: & ly specie nõ regit de ly pluribus, sed de ly differẽtibus. Et est regula: quod quando comparatiuus ponitur in oratione sine ablatiuo; recto ab eo; tunc tenetur positiuè: ideo ly specie, regitur de ly differẽtibus. Et si quis dicat: ergo supponit cõfusè & distributiuè: quia terminus rectus ab ista dictione Differt, & Differẽs, supponit cõfusè & distributiuè. Dr, quod verũ est, si regatur mediãte ppositione a vel ab. Sed quo ad secũdam partẽ, in qua quærit, Vtrũ gen^9 possit saluari in vnica specie? Respondet quod saluari in vnica specie põt tripliciter intelligi. Vnomodo secũdũ existẽtiã. Aliomodo secundũ potentiam. Tertiomodo secũdũ aptitudinẽ. Secundũ existentiã dico, quod genus põt saluari in vnica specie. Patet: quia destructis omnibus speciebus, dempto homine: adhuc homo est aĩal: & bñ sequit; homo est: ergo aĩal est. Sed dubiũ est, quid diceret Arist. vtrũ oẽs species possent destrui, dempta vna: cum sint de integritate vniuersi. De secundo dr, quod genus ſm potentiã põt saluari in vnica specie: nã Deus potest facere, quod oẽs species destruãtur, dempto homine: & tñ ibi erit animal: ergo genus ſm potentiam potest saluari in vnica specie. De tertio dr: quod genus secundum aptitudinem nõ potest saluari in vnica specie, saltem terminatiuè: sic quod non sit aptum natum esse in pluribus specieb. nam in qualibet specie de se natum est esse in pluribus, & prædicari de pluribus. Et dicit̃ notanter terminatiuè: quia fundamentaliter talis aptitudo potest saluari in vnica specie: cum animalitas, à qua non distinguitur talis aptitudo; possit saluari in vnica specie: et hæc de primo articulo. Quantum ad secundũ.

Regula.

Gen^9 an saluari possit in vnica specie.

Dubium

G

H

DVBITATVR primo. vtrum hic diffiniatur intentio generis, siue res subiecta intentioni. Et arguitur primo quòd diffiniatur genus pro denominato: quia illud hic diffinitur, quod prædicatur in quid de pluribus differentibus specie: sed res subiecta, seu genus pro denominato est huiusmodi: vt patet de animali, quod prædicatur in quid de homine, & de boue: ergo hic non diffinitur intentio generis, sed res subiecta. Secundo sic: Illud, quod hic diffinitur, prædicatur de pluribus differentibus specie: sed genus pro per se significato non prædicatur de pluribus differẽtibus specie: sed solum differentibus numero: cum sit species specialissima vniuersalis. Tertio sic: Genus & species sint species disparatæ: ergo vnum non debet diffiniri per reliquum: cum vna species disparata non diffiniat̃ per aliam. Confirmatio: quia totus processus Porphyrij non videtur esse nisi de re subiecta intentioni, vt patet ex suis exẽplis. In oppositum arguitur primo sic: illud diffinitur à logico, quod per se consideratur ab eo: sed res subiecta intentioni non consideratur per se a logico, sed solum per accidens: pro quanto sibi attribuitur aliqua intentio. Secundo sic; illud qđ diffinitur hic, debet esse vniuocum

Artic. 2.

An intentio generis, vel res subiecta diffiniatur.

Sco. q. 6. quotli. d. quòd intentio generis in colore & aĩali non differunt nisi numero.

Scot. i 4. d. 1. q. 2. in fin. 2. princ.